ܟܬܒܐ

ܡܠܦܢܘܬܐ ܕܐܒܗܬܐ ܣܘܪܝܝܐ

ACCURANTE R. GRAFFIN

PATROLOGIA SYRIACA

PARS PRIMA

AB INITIIS USQUE AD ANNUM 350

TOMUS PRIMUS



PARISIIS

EDIDERUNT FIRMIN-DIDOT ET SOCII, VIA IACOB, 56

INSTITUTI FRANCICI TYPOGRAPHI

MDCCC XCIV

a. Vaschalde

ܡܟܢܫܘܬܐ ܕܐܒܗ̈ܬܐ ܣܘܪ̈ܝܝܐ

PATROLOGIA SYRIACA

PARS PRIMA

AB INITIIS USQUE AD ANNUM 350

TOMUS PRIMUS

IMPRIMATUR

Parisiis, die 25 julii 1894.

† FRANCISCUS, Cardinalis Richard,

Archiepiscopus Parisiensis.

EXCUDEBANT FIRMIN DIDOT ET SOCII. — MESNILII AD STRATAM

ܡܠܦܢܘܬܐ ܕܐܒܗܬܐ ܣܘܪܝܝܐ

PATROLOGIA SYRIACA

COMPLECTENS OPERA OMNIA

SS. PATRUM, DOCTORUM SCRIPTORUMQUE CATHOLICORUM

QUIBUS ACCEDUNT

ALIORUM ACATHOLICORUM AUCTORUM SCRIPTA QUAE AD RES ECCLESIASTICAS PERTINENT

QUOTQUOT SYRIACE SUPERSUNT

SECUNDUM CODICES PRAESERTIM LONDINENSES, PARISIENSES, VATICANOS

ACCURANTE R. GRAFFIN

PH. AC TH. DOCTORE, LINGUAE SYRIACAE IN FACULTATE THEOLOGICA INSTITUTI CATHOLICI PARISIENSIS LECTORE

PARS PRIMA

AB INITIIS USQUE AD ANNUM 350

TOMUS PRIMUS

CUIUS

TEXTUM SYRIACUM VOCALIUM SIGNIS INSTRUXIT, LATINE VERTIT, NOTIS ILLUSTRAVIT

D. IOANNES PARISOT

PRESBYTER ET MONACHUS CONGREGATIONIS BENEDICTINAE GALLIARUM



PARISIIS

EDIDERUNT FIRMIN-DIDOT ET SOCII, VIA IACOB, 56

INSTITUTI FRANCICI TYPOGRAPHI

M DCCC XCIV

ELENCHUS

RERUM QUÆ IN HOC TOMO CONTINENTUR

AD LECTOREM

Habes prae manibus, optime Lector, primum volumen alicuius collectionis litteris syriacis deditae, non parvae quidem molis quam tamen, favente Deo O. M., absolvere contendemus. Quanam de causa, tale opus susceperimus, quaenam fuerit methodus ac ratio agendi, quomodo huic collectioni finem nos imponere posse speremus, his paucis accipe.

Cum pluribus abhinc annis litteras Syriacas docendi in Facultate Theologica Instituti Catholici Parisiensis munus susceperimus, nobis visum est nihil maiorem utilitatem maiusque decus his litteris Syriacis afferre quam si iuris publici fecissemus typisque mandaremus collectionem aliquam horum operum Syriace conscriptorum, quae undequaque his praesertim temporibus nostris conquisita, nunc iacent in praecipuis Europae nostrae Bibliothecis, sive nondum edita, sive typis iam mandata, ita tamen ut non sine nimia difficultate a pluribus adhiberi possint.

Etsi enim inter humanas litteras Syriacae primum locum obtinere nequeunt, nullo modo tamen negligi possunt ab eis qui litteris christianis studium operamque navaverunt. Plures enim exstant versiones Sacrorum Librorum lingua syriaca conscriptae; omnes enim norunt illam versionem quam *simplicem* ܦܫܝܛܬܐ vocant, ut omittamus alias versiones a Monophysitis conscriptas necnon aliquas alias quae etsi totam Bibliam non continent, tamen non parvi sunt momenti praesertim ubi agitur de apparatu critico Novi Testamenti.

Insuper hanc eamdem linguam Syriacam adhibent plures liturgiae scilicet, — liturgia chaldaica qua utuntur Chaldaei Catholici atque etiam

Nestoriani qui adhuc in Mesopotamia supersunt, — liturgia syriaca, quae duplex est, cum altera utantur Catholici et altera Monophysitae, — liturgia apud Maronitas usitata.

Denique a saeculo quarto usque ad saeculum decimum quartum plus quam ducenti auctores inter quos eminet Sanctus Ephrem, syriace ediderunt varia scripta quae ad res christianas spectant; et cum illae litterae syriacae ad orientales pertineant, et non directe pendeant ab ordine rerum quae in imperio romano sive apud Graecos sive apud Latinos reperiebatur, iam sequitur ibi necessario reperiri plura testimonia magni momenti ad explorandam veritatem fidei christianae necnon catholicae.

His positis, quo facilius pateat aditus ad opera variorum auctorum qui lingua syriaca usi sunt, in hac nostra Patrologia Syriaca imprimis dabimus textum syriacum operum omnium in quantum exstant quae ab auctoribus qui catholicam fidem profitentes his litteris syriacis usi sunt. Deinde nullo modo negligenda esse contendimus praecipua saltem opera aliorum acatholicorum auctorum, quorum saepius interest nosse testimonia ut unusquisque ipse iudicare possit et catholicae fidei veritatem agnoscere. Insuper plura reperiuntur quae ex graeco in latinum conversa magnam utilitatem prae se ferunt, sive quia iam perierunt textus graeci sive propter ipsam antiquitatem harum translationum; itaque tales translationes negligendas nullo modo duximus, easque reperies in hac voluminum collectione sub nomine scriptoris syriaci qui haec opera e graeco in syriacum sermonem transtulit. Si vero cognosci nequit quis sit auctor harum translationum, eas reponimus sub nomine ipsius auctoris graeci. Ne apocrypha quidem negleximus, quae obtinebunt locum et tempus quae requirunt.

At nullomodo necesse est historiam quamdam litteraturae syriacae aut catalogum auctorum qui hac lingua usi sunt adumbrare cum nuperrime clarissimus vir W. Wright opus plenissimum de his rebus scripserit quibus pauca tantum addere licebat[1].

Ut autem omnes illi textus ederentur secundum ipsam methodum criticae hodiernae, perlegere voluimus, etiam ubi agitur de textibus antea editis, varios codices qui asservantur in publicis Europae Bibliothecis,

[1] W. Wright, art. *Syriac literature* Encyclopaedia Britannica, Edinburgh, 1887, vol. XXII, pp. 824-856. — Cf. Gust. Bickell, *Conspectus rei Syrorum literariae*, Monasterii, 1871.

ita ut omnium codicum alicuius momenti qui, sive Parisiis in Bibliotheca Nationali, sive Romae in Vaticano, sive Londini in Musaeo Britannico adservantur, varias lectiones exhiberemus ne neglectis quidem illis codicibus maioris momenti qui in aliis publicis bibliothecis adsunt, scilicet Florentiae et Mediolani, Monaci et Berolini, Petroburgi, Oxonii et Cambrigii atque etiam aliquarum aliarum civitatum.

Illas vero omnes varias lectiones quas ex his variis codicibus colligere poterimus in fine paginarum impositas reperies. Referentur tamen hae omnes quae ad orthographiam spectant in ipsa codicum descriptione, ut quidem decet, cum revera variae lectiones proprie dici nequeant. Inter syriacos codices multi sunt signis vocalium destituti; puncta tantummodo praebent diacritica quibus discernantur varia nomina quae easdem habent consonantes et vocalibus tantum differunt. At horum punctorum non semper et ubique est eadem regula, eadem vis, unde quod ad varias lectiones pertinet non semper eodem modo legi debent; ut vero simplicior evadat nostra explicatio et facilius intelligi possit, de his singularem notitiam dabimus ad singulos codices in uniuscuiusque descriptione.

Et cum saepius conspectus ipsorum codicum multum iuvet ad has omnes adnotationes intelligendas, adhibita ipsa *heliotypia*, ut vocant, specimina saltem praecipuorum codicum in quibus opera uniuscuiusque auctoris continentur lectoris oculis subiciemus.

In fine uniuscuiusque paginae sigla codicum posuimus ita ut indicetur quinam sint illi codices qui nobis adfuerunt ut talem textum exhiberemus.

Illis vero syriacis textibus translationem latinam addemus. Ratio per se patet cur latine hos omnes textus transtulerimus : omnes enim linguae latinae studuerunt qui scientiis ecclesiasticis operam dant; insuper cum illi textus ad res ecclesiasticas pertineant, sine ulla difficultate latine verti possunt cum lingua latina utatur ipsa Romana Ecclesia.

Ut autem ex his syriacis textibus edendis maiorem utilitatem praebeamus his ipsis qui linguae syriacae student, in fine operum cuiuscumque auctoris lexicon reperies, ubi apponuntur omnia nomina cum omnibus suis formis quae ab hoc auctore adhibita fuerunt, simulque loca in quibus reperientur. Ne autem nimis crescat moles huius lexici, significationem latinam omittimus, cum ipsa reperiatur in translatione.

Insuper addidimus indicem nominum ac rerum, simul ac peculiarem indicem Sacrorum Bibliorum, ubi quidem opus fuerit.

Ut vero ordo reperiatur inter haec varia opera quae in Patrologia Syriaca continebuntur, seriem chronologicam servabimus; ita tamen ut distinguamus plures partes quae potius ad numerum voluminum quam ad varias aetates secernendas in litteris syriacis respicient. Hae autem partes variis numeris distinguuntur et novam seriem voluminum continent quae ita facillime designantur duobus numeris quorum primus *romanus*, ut aiunt, seriem significat et alter *arabicus* numerum ipsius voluminis in quacumque serie indicat.

In primo volumine cuiuscumque partis brevem aliquam notitiam reperies, quae tibi indicabit quidquid in ea continetur.

In hac vero prima parte habebis inprimis Aphraatis Demonstrationes XXIII, quas latine vertit, vocalium signis instruxit, notis illustravit atque etiam praefatus est R. D. Parisot, presbyter et monachus Congregationis Benedictinae Galliarum, quem quod elementa linguae Syriacae docuerimus, nobis decus et honos est. Deinde ea reperies quae supersunt ex scriptis S. Simeonis Barsabae atque etiam Bardesanis, et tandem huic primae parti finem imponemus addendo omnia apocrypha Veteris ac Novi Testamenti necnon translationes e Graeco factas quae ad haec tempora pertinent.

In edendis his syriacis textibus, ipsam formam voluminum ac textuum selegimus et versionis dispositionem in duabus columnis quibus iam utebatur *Abbé* Migne in sua *Patrologia Graeca*[1]. Omnes enim norunt quam facile ab omnibus tractari possint. Neque tempori neque sumptibus ullis pepercimus ut nihil desideraretur in his quae pertinent sive ad textuum correctionem sive etiam ad pulchritudinem impressionis eorum, et novos typos recudere non recusavimus. Cum omnes qui rebus syriacis studuerunt noverint typos quibus usus est Assemani in sua Bibliotheca Orientali[2], typos eosdem occidentales syriacos seligendos duximus, quanquam tamen minime contemnendi sunt ipsi typi qui *Estrangelo* nuncupantur aut etiam qui ab Orientalibus seu Chaldaeis adhibentur. Insuper etsi plerique codices vocalibus sunt destituti, tamen hos omnes

[1] J. P. Migne, *Patrologiae Cursus Completus, series graeca*, Parisiis, 1857-1866. 161 vol. in-4°.

[2] Assemani, *Bibliotheca orientalis*, Romae, 1719-1728.

textus cum vocalibus edendos censuimus ut nulla dubitatio in mente legentis remaneat, cum insuper prae oculis haberemus exempla iam ab Assemani edita in sua Bibliotheca Orientali.

Cum vero in his vocalibus apponendis non semper et ubique ipse Assemani easdem regulas servaverit, nos aliquando decernere debuimus quaenam praecepta a nobis sequenda essent, ut tandem nobiscum consentanei esse videremur. Ita v. g., ubi vocalis ܽ apponenda est litterae Vav aut vocalis ܺ litterae Iod, aliquando Assemani etiam in his casibus regulam generalem sequitur, et has vocales praecise ponit supra litteram praecedentem, aliquando simplicius supra litteras Vav et Iod, ita ut evadant hae figurae ܘܽ et ܝܺ; nos hunc secundum modum seligimus quia ipsae leges phoneticae nobis visae sunt id postulare, simul atque exempla scriptionis chaldaicae, et quia insuper secundum hanc methodum minor evadebat difficultas in typis adhibendis, cum minor esset ipsorum numerus.

Ut enim norunt omnes qui arti typographicae studuerunt, in syriacis textibus edendis separatim componebantur vocales et consonantes secundum duas lineas superpositas, ita ut saepius vocalis non reperiretur supra consonantem ad quam pertinebat aut etiam sub praelo evanesceret; nos vero ut minus fieret tale periculum, in eodem typo recudimus consonantem cum vocali, et quanquam neglexímus eos de quibus diximus tamen plus quam quadringentos typos diversos cudere debuimus.

In his vero typis delineandis partim secuti sumus ipsos typos iam ab Assemani editos; sed ut vera fateamur in pluribus ea correximus nitidiorum codicum exempla secuti. Multas gratias debemus A. Tattegrain qui Parisiis cum in ipsa Typographia Nationali typos orientales delineandi munere indutus esset, tanta diligentia ipsa consilia nostra exsecutus est, atque etiam C. Aubert[1], et filio qui in iisdem typis recudendis per annum integrum cum tanta solertia laboraverunt.

Ut tandem typi ipsi adhiberentur magni consilii atque auxilii fuerunt

[1] Constantius Aubert Vesuntione natus die 28ª Aprilis 1819, Parisios adiit A. D. 1837 et ibi obiit die 21ª Decembris 1892, qui per hos 55 annos maximis typorum fabricis cum Galliae tum Angliae operam dedit. Inter typos orientales ab ipso confectos notandi sunt illi qui asservantur Parisiis. in *Typographia Nationali*, scilicet in primis typi Aramaei, quos accurante Marchione de Vogüé A. D. 1883 descripsit, Coptici Thebani quos accurante Eugenio Revillout A. D. 1874, Phoenicii quos accurante Philippo Berger A. D. 1881 et 1883, Turcici quos accurante Barbier de Meynard A. D. 1887 describebat, etc.

Theotistus Lefevre, ipse director Typographiae Firmin-Didot et Sociorum, Mesnili ad Stratam, et Pamphilius Boudet[1], primus nepos et secundus gener illius alterius Theotisti Lefevre qui honor fuit et decus artis typographicae Galliarum, cuius aliunde omnia consilia ac praecepta in his voluminibus edendis servare contendimus[2].

Insuper maiores gratias debemus Mauritio Firmin-Didot qui exemplorum memor non patris tantum sed etiam avi et proavi nihil pepercit ut tandem pulchrior evaderet illa editio Cursus Patrologiae Syriacae.

Et tandem omnia iura praetermitteremus si nomen Mauritii d'Hulst Instituti Catholici Parisiensis rectoris notissimi hic non apponeremus, eique simul atque omnibus collegis nostris qui saepius et tam benigne consiliorum experimenta praebuerunt debitas gratias non persolveremus.

[1] Pamphilius Boudet praefuit typographiae Firmin-Didot, Parisiis, via Iacob, 56, ab anno 1868 ad annum 1878, deinde praepositus operariis surdis-mutis Mesnili ad Stratam obiit die 19ª Martis 1892, anno aetatis suae septuagesimo primo.

[2] Théotiste Lefevre, *Guide pratique du Compositeur et de l'Imprimeur typographes*, Paris, 1883.

R. GRAFFIN.

ܬܚܘܝܬܐ

ܕܐܦܪܗܛ ܕܗܘܐ ܚܟܝܡܐ ܦܪܣܝܐ

APHRAATIS SAPIENTIS PERSAE

DEMONSTRATIONES

PRAEFATIO

CAPUT PRIMUM

DE NOMINE ET PERSONA SAPIENTIS PERSAE

1. Codicum syriacorum inventio. Varia Scriptorum testimonia de auctore. — 2. Auctoris nomen. — 3. De Aphraatis loco et origine, et de situ geographico monasterii Sancti Matthaei. — 4. De tempore quo auctor scripserit. Aphraatis coaevi : obitus. An martyribus huius aetatis adnumerandus sit? — 5. Aphraatis condicio : an vitam monasticam egerit? an episcopus fuerit? De statu religioso et sede episcopali monasterii Sancti Matthaei.

1. Inter codices e cœnobio Deiparae Virginis, seu monasterio Scetensi, in deserto Nitriae, magnis impensis comparatos, et in Musaeum Britannicum, ab anno 1838 ad annum 1851, advectos, Willelmus Cureton textum primigenium operum Aphraatis, qui et Iacobus dicitur, Sapientis Persae (a Rosen et Forshall in Catalogo[1], iam nominati) reperit, quem in Spicilegio suo syriaco, et in praefatione codicis antiquissimi quatuor Evangeliorum significavit[2], atque Universitati Oxoniensi proposuit typis Clarendonianis excudendum. Re autem non impetrata, Cureton inceptum non effecit, et aliquot post annos fato cedens, opus amico, viro clarissimo Willelmo Wright, perficiendum commisit. Is suscepto muneri satisfecit, et anno 1869 Londini textum syriacum edidit Homiliarum Aphraatis Sapientis Persae[3]. Sic igitur Aphraates iuri suo resti-

[1] Rosen et Forshall, *Catalogus manuscriptorum orientalium qui in Museo Britannico asservantur*, Pars I, Londini, 1838, nº lvi, p. 86.

[2] W. Cureton, *Spicilegium syriacum, containing remains of Bardesan, Meliton, Ambrose, and Mara Bar, Serapion*, London, 1855, p. 102; *Remains of a very ancient recension of the four Gospels in Syriac, hitherto unknouwn in Europe, discovered, edited, and translated*, London, 1858. Vid. Praef. pp. vii, et praesertim lii et liii, in nota.

[3] W. Wright, *The Homilies of Aphraates, the Persian Sage, edited from syriac manuscripts of the fifth and sixth century in the British Museum*, London, 1869.

tutus est, quo falsae Gennadii et Armenorum adsertiones eum spoliaverant, cum ipsius operum non modicam partem Iacobo Nisibeno tribuerent, eruditis viris Assemani et Antonelli fidem facientes, ut deinceps dicendum erit.

At pro Aphraate nobis reclamant aliqua testimonia scriptorum syrorum (non quidem eiusdem aetatis, sed seriorum temporum), quibus ostenditur vir ille non plane apud gentem suam latuisse, et sanctitatis doctrinaeque nomen certe gessisse.

Ita Georgii, episcopi Arabum († 724), exstat epistola, inter duodecim quarta, cuius tria priora capita scripta sunt de Sapiente Persa. In primo quidem Georgius auctoris nostri condicionem, et tempus quo innotuit perquirit; in duobus vero quae sequuntur, varia eius doctrinae puncta (quandoque suis ponderibus, ut videbitur) examinat, cum tamen « valde doctum, acrem ingenio, scripturarumque sacerdotalium notitia quam maxime peritum declarans » : ܘܐܦ ܓܝܪ ܣܓܝ ܚܟܝܡ ܐܝܬܘܗܝ ܗܘܐ : ܘܚܪܝܦ ܘܡܠܝܦ ܗܘܐ ܒܟܬܒܐ ܟܗܢܝܐ ܐܝܟ ܕܡܬܚܙܐ : ܡܢ ܡܟܬܒܢܘܬܗ : ܡܫܡܠܝܐ.[1] Atque hoc primum de Aphraate documentum maioris est momenti quam ut ad ipsum saepius non redeamus.

At Sapiens Persa proprio nomine appellatur a lexicographo Syro Barbahlul (963), cuius haec sunt verba in suo Lexico syro-arabico : ܐܦܪܗܛ ܒܟܬܒܐ ܕܦܪܕܝܣܐ ܗܘܝܘ ܚܟܝܡܐ ܦܪܣܝܐ ܐܝܟ ܕܡܫܠܡܝܢ.[2] « Aphraates, in libro Paradisi (memoratus), est Sapiens Persa, ut tradunt ». Saeculo sequenti, Elias Nisibenus, seu Barsinaeus († 1049), aliquando apud Mossulum monachus, postea metropolita Nisibis, composuit opus chronographicum, in quo Aphraatem commemorat, eiusque inserit temporum supputationes « ab Adam ad Iacobum, et a Iacobi descensu in Egyptum usque ad initium aerae Seleucidarum », seu « annos domus Adam iuxta sententiam Aphraatis Sapientis Persae » ܫܢܝܐ ܕܒܝܬ ܐܕܡ ܐܝܟ ܪܢܝܐ ܕܐܦܪܗܛ ܚܟܝܡܐ ܦܪܣܝܐ. Haec tabella nigris rubrisque litteris scripta, in codice membranaceo formae maximae Musaei Britannici (Ms. Rich. 7,197) syriace et arabice disposita est. Eamdem edidit W. Wright syriace[3].

Nono post Aphraatem saeculo, scriptor eruditissimus Gregorius Barhebraeus († 1286) duplex de Aphraate protulit testimonium in Chronico eccle-

[1] Apud P. Lagarde, *Analecta syriaca*, Lipsiae, 1858, p. 110, ll. 2, 3; cf. p. 117, ll. 23, 24. W. Wright, *The Homilies of Aphraates*, p. 20. Vid. G. Ryssel, *Georgs des Araberbischofs Gedichte und Briefe*, Leipzig, 1891, p. 45; I. Forget, *De vita et scriptis Aphraatis, Sapientis Persae, Dissertatio historico-theologica, quam ad gradum doctoris s. theologiae in Universate Lovaniensi consequendum conscripsit*, Lovanii, 1882, pp. 12-13.

[2] Rubens Duval, *Lexicon Syriacum auctore Hassano Bar Bahlule*, Parisiis, 1888, c. 268.

[3] W. Wright, *The Homilies of Aphraates*, pp. 38, 39.

siastico, sect. 2, c. 10 : ܘܒܙܒܢܗ ܕܗܢܐ ܡܬܝܕܥ ܗܘܐ ܚܟܝܡܐ ܦܪܣܝܐ ܕܫܡܗ ܦܪܗܕ. ܘܐܝܬ ܠܗ ܟܬܒܐ ܕܡܬܥܝܪܢܘܬܐ ܣܘܪܝܝܐ ܘܐܓܪ̈ܬܐ ܟܒ ܠܘܬ ܐܬ̈ܘܬܐ ܕܐܠܦ ܒܝܬ.[1] « Huius tempore (Papae, scilicet, episcopi Seleuciae et Ctesiphontis, † 326 vel 335) innotuit Sapiens Persa, nomine Farhad, cuius exstat liber exhortationis syriace, cum epistolis viginti duobus iuxta litteras alphabeti. » Ita quidem codices Cantabrigiensis et Oxoniensis (Bodl. 122); at Londinensis (Rich. 7198) in plurali posuit ܡܬܥܝܪ̈ܢܘܬܐ *liber exhortationum*. Et in sectione prima, c. 26, postquam numeravit Athanasium Alexandriae, Eusebium Hemesinum, Ephraemum ceterosque, addit : ܐܬܝܕܥ ܕܝܢ ܘܐܦ ܚܟܝܡܐ ܒܘܙܝܛܝܣ ܐܦ ܚܟܝܡܐ ܦܪܣܝܐ ܐܪܬܕܘܟܣܐ ܗܘ ܕܟܬܒ ܟܬܒܐ ܕܬܚܘܝܬܐ.[2] « Inclaruit etiam sapiens Buzitis, et pariter sapiens Persa, orthodoxus, qui librum scripsit Demonstrationum. » Atque haec est codicis Cantabrigiensis lectio. Oxoniensis ponit ܘܐܦ ܒܘܙܝܛܝܣ, sensu non mutato. At in codice Londinensi, ad quem solum W. Wright respexerat, aliter legitur, scilicet ܚܟܝܡܐ ܒܘܙܝܛܝܣ ܚܟܝܡܐ ܦܪܣܝܐ « Inclaruit etiam sapiens Buzitis (qui est) Sapiens Persa ». Wright in scriptione nominis, de cetero nusquam forsan auditi, errorem amanuensis suspicatus, pro ܒܘܙܝܛܝܣ « Buziti » [ܐ]ܦܪܗܛܝܣ « Aphraatem » legendum coniecerat[3]. At ex aliorum codicum relatione nemini dubium erit quin Barhebraeus Aphraatem ab illo Buziti (quisquis est homo ea appellatione memoratus) distinguere voluerit.

Orthodoxorum autem nomine vocat Barhebraeus Monophysitas, ad quorum sectam Aphraatem quasi in antecessum contendit adscribere.

Paulo post Barhebraeum, Ebediesu Sobensis episcopus nestorianus (1318), in suo *Catalogo omnium librorum ecclesiasticorum* in quo Syrorum primum, sed etiam aliquorum e graecis latinisque recenset opera, cuiusvis sectae, apud Syros recepta, hoc Aphraatem tetrasticho laudat[4] :

ܐܦܪܗܛ ܡܝܬܪܐ ܛܘܒܢܐ
ܗܘ ܚܟܝܡܐ ܦܪܣܝܐ
ܣܡ ܗܘܐ ܬܪ̈ܝܢ ܦܢܩܝ̈ܬܐ
ܕܡܐܡܪ̈ܐ ܕܥܠ ܐܠܦ ܒܝܬ .

« Beatissimus Aphraates, ille Sapiens Persa, duos composuit tomos sermonum, ordine alphabetico digestorum. »

Ut ostendetur, sermonum viginti duorum iuxta ordinem litterarum *tomi* duo, septem annorum interiectu separantur. Aliter ultimum versum expressit Assemani (l. c.) : *duos tomos, necnon orationes ordine alphabetico digestas*, i. e. *cum orationibus*... Alii quoque per eadem vestigia ierunt. Ambigui sane sunt

[1] I. B. Abbeloos et Th. Lamy, *Gregorii Barhebraei Chronicon ecclesiasticum*, Lovanii, 1872-1877, t. I, p. 85; t. II, p. 33.

[2] *Ibid.*, t. I, c. 85; cf. t. II, cc. 865-866.

[3] W. Wright, *The homilies of Aphraates*, p. 3.

[4] Assemani, *Bibliotheca orientalis*, Romae, 1719-1728, t. III, pars 1, p. 85

sensus particulae ܥܠ, quem elegimus ideo elegimus (duos tomos sermonum, seu complectentes sermones), ne videretur eruditus librorum collector errare aut inaccurate loqui, hos duos tomos Demonstrationum a sermonibus alphabeticis discernendo.

Tandem librarius incerti nominis, qui anno 1364 variorum opera collegit (Musei Britannici Cod. Orient. 1017), Aphraatis chronicon, seu ultimae Demonstrationis initium, libro suo inseruit, hoc praemisso titulo : ܒܚܝܠ ܐܠܗܐ ܟܬܒܝܢܢ ܬܚܘܝܬܐ ܕܥܘܒܐ ܕܚܟܝܡܐ ܐܦܪܗܛ ܗܘ ܝܥܩܘܒ ܐܦܝܣܩܘܦܐ ܕܡܪܝ ܡܬܝ. ܨܠܘܬܗ ܥܡܢ. *Auxiliante Deo scribimus Demonstrationem de Acino, Sapientis Aphraatis, qui est Iacobus, episcopus sancti Matthaei. Eius oratio nobis adsit.* Non abs re erit animadvertere codicem insuper comprehendere aliquot opera historica Gregorii Barhebraei, in eodem monasterio sancti Matthaei sepulti, et alia Iacobi Severi, Tagritensis episcopi, quondam in eodem coenobio monachi, et ibidem pariter conditi. Sed plura de hoc libro in codicum nostrorum descriptione dicenda erunt.

His septem veterum verbis accedant amanuensium nostrorum testimonia, quibus auctoris, qui de se ipso expresse siluerat[1], nomen iterum proditur, et fama declaratur.

In primo codice, folio primo, lector quidam Sapientem Persam *doctorem* et *virum egregium* vocavit, eius orationem implorans. (Cod. A, fol. 1 *a*). Alius, Zachaeus nomine, clausulae finali viginti duarum epistolarum addidit : *Hic Sapiens Persa vir perfectus fuit; eius verba et doctrina de ipso testimonium reddunt. Huius oratio nobis adsit.* (A fol. 154 *b*).

Alter codex post ultimam Demonstrationem exhibet hanc librarii notam : *Absoluta est in hoc libro descriptio omnium epistolarum sancti Iacobi, Sapientis Persae* (*B* fol. 174 *a*); et, inversa charta, scriba bonam et gloriosam memoriam apprecatur ei qui praestantissimum thesaurum adquisivit librorum sancti Iacobi, Sapientis Persae (*B* fol. 174 *b*).

Ultimo demum haec adnotatio proferatur anonymi scriptoris tertii codicis nostri : *Sapiens Aphraates est Iacobus, episcopus sancti Matthaei* (*C* fol. 159 *a*).

At paucioribus exceptis auctorum locis supra relatis, nihil aliud de ipsius vita et rebus actis, aetate et loco habitationis, memoriae mandatum hucusque novimus; et quae Aphraates ipse de se silentio praetermisit, nullus, quod sciam, auctorum conscripsit. Haec igitur duntaxat possunt sciri, quae

[1] Cf. Demonstr. XXII, 26.

ex ipso opere eruuntur, prout iam eadem Georgius episcopus in Epistola supra dicta pluribus verbis perquisivit.

2. Sed ante omnia de proprio nomine Sapientis Persae, quod Georgius ignoravit, quaestio habeatur.

Duplici eum nomine vidimus appellatum : alterum a Barhebraeo ܦܪܗܕ (*Farhad*, seu *Ferhad* secundum Rosen et Forshall in Catalogo l. c.) scriptum, apud ceteros evasit ܐܦܪܗܛ, ܐܦܪܗܛܣ, quae formae serioribus temporibus magis usitatae, ad graecam scriptionem Ἀφραάτης effictae sunt. Porro nomen ipsum, a Syrorum lingua alienum, apud Parthos, Persas, Armenos commune olim exstitit, etiamque apud hodiernos Persas sub forma فرهاد in usu servatur[1].

Alius Ἀφραάτης martyr (373) a Theodoreto commemoratur, natione pariter Persa, qui Edessae et Antiochiae vitam anachoreticam egit[2]. Huius memoriam Graeci die 29 ianuarii, post martyres Edessenos et sanctum Barsimaeum, episcopum Edessae, recolunt. In romano martyrologio pariter, at die septimo aprilis, indicitur.

Sed Aphraatem nostrum alio modo Iacobum vidimus appellatum, nomine quippe christiano, quod forsan ad alterum *gentilicium* adiunxerit baptismate recepto, vel magis quando ad ecclesiasticum gradum provectus est. Notum est autem similes nominum mutationes aut adsumptiones ab antiquo hodieque apud Orientales frequentari[3]. Utcumque res est, haud dubium videtur esse quin ex eo cognomine ortus fuerit error quo Iacobi Aphraatis opera pro genuinis Iacobi Nisibeni scriptis obtinuerint, cuius scripta nulla superesse, adversus Gennadium respondentes, ostendemus; aut etiam Iacobo Sarugensi imputarentur, Assemano auctore. Hunc quippe ܝܥܩܘܒ ܡܠܦܢܐ Iacobum Doctorem, illum vero ܝܥܩܘܒ ܪܒܐ Iacobum Magnum solent appellare; Iacobo autem Aphraati pertinet titulus Sapientis Persae.

Alius etiam noster habendus est ac Iacobus, martyr in Persia sub Sapore II, aliique multi, nomine maxime promiscuo sic nuncupati, de quibus non est operae pretium in praesenti inquirere.

[1] Vullers, *Lexicon persico-latinum*, Bonnae, 1864, t. II, p. 673, c. 2; J. B. Abbeloos, *Acta sancti Maris*, Analecta bollandiana, t. IV, 1885, pp. 86, 103, 105. Cf. Tacit. *Annal.* lib. II, 1, 2; lib. VI, 31, 32, edit. Lemaire, 1819, t. I, pp. 158, 159, 573.

[2] *Historia ecclesiastica*, lib. IV, c. XXIII (XXIV). Patr. Gr. t. LXXXII, c. 1185; *Philotheus*, c. VIII. *Ibid.* c. 1368-1377.

[3] Vid. J. B. Abbeloos et Th. Lamy, *Gregorii Barhebraei Chronicon ecclesiasticum*, t. I, p. 191; t. II, p. 377. — Assemani, *Bibliotheca orientalis*, t. II. *Dissert. de Monophysitis*, cap. VII, *De mutatione nominis.*

Nos tamen remorabitur Athanasii locus, in epistola encyclica, ad episcopos Aegypti, anno 356 scripta, in qua doctores catholicos suae aetatis arianis opponens, Iacobum cum ceteris Mesopotamiae episcopis distincte nominat : Ἰακώβου καὶ τῶν σὺν αὐτῷ τῶν ἀπὸ τῆς μέσης τῶν ποταμῶν[1]. Sed cum Iacobus Aphraates non in Mesopotamiae regione, sed in Perside, seu in confiniis Persarum et Romanorum, habitaverit, neque etiam adversus Arianos pugnaverit, praeterquam quod nonnullos Athanasius appellat, qui inter scriptores nequaquam computantur, non necessario apparet Aphraatem ab Athanasio designari, magis vero Iacobum Nisibenum, qui concilio Nicaeno interfuisse, et orthodoxae doctrinae adversus Arium vindex acerrimus exstitisse dicitur.

3. Sed haec de Sapientis Persae homonymis dicta sufficiant. Nunc de originis loco et tempore nobis agendum est. Ipsum opus auctorem prodit e gentilibus parentibus oriundum, et in ethnicorum moribus primum institutum. Nam haud secus ac sanctus Simeon Barsabae[2], Deum laudans a quo ex errore idolorum ad scientiam divinitatis adductus fuit, ita et Aphraates ethnicam originem ipse tradit; gaudet enim se a via gentium aversum fuisse (Demonstr. II, 20); profitetur etiam idolorum cultum se abjecisse, et mendacium nunc illud vocare quod a patribus acceperat (Demonstr. XVI, 7); Iesum adorat qui mentes nostras pervicaces ab omnibus superstitionibus vani erroris avertit, et docuit nos Deum unum, Patrem et Factorem nostrum, adorare, et colere, et servire (Demonstr. XVII, 7); ac tandem Iudaeos fatetur irasci quod, inquit, nos pro eis facti simus haeredes (Demonstr. XVI, 7).

Quod ad locum pertinet, Georgius episcopus aliquorum refert sententiam aientium Sapientem Persam Nisibi commoratum esse : ܐܝܟܐ ܕܝܢ ܐܬܥܡܪ ܗܘܐ : ܒܢܨܝܒܝܢ ܡܕܝܢܬܐ ܐܝܟܐ ܕܡܬܐܡܪ ܡܢ ܐܢܫ : ܐܘ ܒܕܘܟܬܐ ܐܚܪܬܐ ܕܐܬܪ̈ܘܬܐ ܗܠܝܢ ܠܐ ܗܘ ܚܘܝ ܠܢ.[3] « Ubi habitaverit, Nisibi, ut ferunt aliqui, an in alio regionum illarum loco, ipse nobis minime declaravit. » Sed ad annum 363 usque, celebris illa civitas potestati Romanorum subdita mansit. Eum ibi forte peregrinatum fuisse concedetur probanti; minime vero potuit Nisibi tanquam in patria sede habitare; nam primo e certis Demonstrationum locis colligimus eum sub ditione regis Persidis vixisse, cum nempe christianis a Sapore vexatis animum addit per litteras saeviente tyrannide missas, quinto scilicet post exordium persecutionis anno (Demonstr. XXIII, 69); cum iterum aliquas Demonstrationes non solum aera

[1] *Patr. Gr.* t. XXV, c. 557.

[2] Apud J. Overbeck, *S. Ephraemi Syri, Rabulae episcopi Edesseni, Balaei aliorumque opera selecta*, Oxonii, 1865, p. 424, ll. 9-11.

[3] Apud Lagarde, *Analecta syriaca*, p. 110, ll. 28, 29.

Seleucidarum, seu « regni Graecorum », sed « annis regni Saporis » inscribit (Demonstr. xiv, 50 et xxiii, l. c.); aut cum in Demonstratione v *De Bellis*, dissimulatis nominibus, Saporem ostendere nititur a Romanis superatum iri.

At neque ex appellatione Sapientis Persae, neque etiam ex nomine peregrino Pharhad eruere licet eum Persam fuisse genere, quippe qui sermone syriaco, et quidem pure et culte, ac tanquam patrio utatur. Persae enim dicebantur vel superioris Tigridis accolae, cum Persarum regnum, per Assyriam dilatatum, usque ad Mesopotamiae fines iamdiu pervenisset, et anno 338 Persae Nisibin primo oppugnaverint.

Porro his indiciis apte conveniunt quae de situ monasterii sancti Matthaei novimus, in quo, iuxta supra productas librariorum adnotationes, Aphraates sedem habebat. Locus enim in Persidis et Mesopotamiae confinibus invenitur, siquidem in clivo montis Maklub seu Meklub, iuxta arabicum nomen مقلب « inversus », ita a forma dicti; a christianis vero, iam a saeculo quinto, Elpheph ܐܠܦܦ et Chuchta ܟܘܟܬܐ appellati, e regione urbis Mossulensis, trans ulteriorem ripam fluminis, qui quatuor vel quinque horarum ad orientem distat itinere. Ab hodiernis incolis شيخ متّى Sheikh Matta vocatur; ad iugum montium Badhinan Kurdistani pertinet, et subiectam vallem torrentis Ghazir, qui in Zabum maiorem influit[1].

4. Si vero tempus inquiramus (in reliquum dilata probatione quae ex aetate translationis armeniacae colligi potest), primum testem habemus sanctum Isaacum Antiochenum († circa 460), qui magistrum habuit Edessae Zenobium, sancti Ephraemi discipulum. Is Aphraatis loca haud exigua (Demonstr. i, 14; iii, 1, 3) in carminibus suis viii et xiii, non solum eadem sententia, verum iisdem saepe vocabulis exprimit, adeo ut, qui ambo simul perlegit, pro manifesto habeat Aphraatem iam ab auctore saeculi quinti tritum fuisse[2].

Insuper, prius iam nos monuit Barhebraeus Sapientem Persam tempore Papae inclaruisse. Hunc autem, Persam et ipsum similiter appellatum, supra diximus ab anno 266 ad annum 334 secundum Barhebraeum, iuxta alios vero ab anno 256 aut 257 ad 326, Seleuciae et Ctesiphontis pontificatum gessisse.

[1] De situ monasterii sancti Matthaei vide S. Badger. *The Nestorians and their rituals*. Londini. 1852. t. I. p. 95 seqq., et cf. tabulam chorographicam alteram ad calcem voluminis, et I. Rich, qui locum describit apud C. Ritter, *die Erdkunde*, part. IX. West-Asien. Berlin. 1840. ii. 4. vol. VI. § 23. pp. 732-740.

[2] Bickell, *S. Isaaci Antiocheni, doctoris Syrorum, opera omnia*, pars I, Gissae, 1873. Carm. viii. vv. 1280 seqq., p. 138; xiii. vv. 14-20. p. 250; vv. 52-102. p. 252-254. aliaque. Cf. Bickell. *Ausgewahlte Abhandlungen des Bischofs Iakob Aphraates von Mar Matthaus* Thalhofers *Bibliothek der Kirchenvater*, vol. CII. Kempten. 1874. p. 52. not.

At ipse epistolis annum curavit Aphraates apponere. Quintam enim adscribit anno 648 Alexandri, regis Graecorum (Demonstr. v, 5), seu aerae Seleucidarum, qui est annus post Christum natum 336-337. Rursus cum expleta vigesima secunda, Demonstrationum ad alphabeti ordinem digestarum indicem ipse componit, decem priores ait anno 648 regni Alexandri Philippi Macedonis confectas (336-337 post Christum), duodecim autem posteriores anno 655 « regni Graecorum et Romanorum, Saporis trigesimo quinto », qui est post Christum 343-344 (Demonstr. xxii, 25). Et speciatim decima quarta, ad episcopos et ecclesias Seleuciae et Ctesiphontis, mense « shebet » anni 655, qui est Saporis trigesimus quartus (februario-martio 344), data fuisse inscribitur (Demonstr. xiv, 50). Tandem vigesima tertia mense « ab » (iulio-augusto) anni sequentis, seu 656 Alexandri Philippi Macedonis, trigesimi sexti Saporis, post edictam persecutionem quinti, confecta est (Demonstr. xxiii, 69), post Christum 345.

Itaque Sapiens Persa, regnante in Perside quidem Sapore (309-379), in Occidente autem Constantino (306-337) et Constantio (337-361), priores tractatus conscribebat aut absolvebat, anno post concilium Nicaenum duodecimo, ipso quo Constantinus obiit[1]; posteriores vero intermissis annis septem, et dira diutinaque Saporis adversus christianos persecutione iam incepta. Merito ergo sancto Simeoni aequalis aetate dicetur, qui anno 340 martyrium subiit, sancto Shadusto, Persae, huius in episcopatu et in confessione successori, et sancto Iacobo Nisibeno, qui anno 338 vitam exegit. Coaevum etiam clari nominis habuit Aphraates Ephraemum, licet paulo iuniorem At neuter alterum magistrum aut discipulum habuit. Iste namque, Nisibi quidem natus, apud Iacobum Nisibenum discere occoepit; at post huius mortem Edessam migravit, ibique scripta celeberrima composuit, et usque ad finem vitae (373, ut verior est sententia) habitavit. Inde claret non posse Aphraatem discipulis « Prophetae Syrorum » connumerari, sicut iam Georgius recte animadvertit; « licet aliquantulum conveniant tempora quibus ambo vixerunt et docuerunt, attamen cum sanctus Ephraem adolescebat, scriptor Persa iam senuerat » ܐܦܢ ܘܒܙܒܢܐ ܡܕܡ ܘܙܒܢܐ ܐܪ̈ܙܐ ܒܕܪ ܚܟܝܡܐ ܩܫܝܫܐ ܐܦܪܝܡ ܠܡܟܬܒܢܐ ܗܘ ܦܪܣܝܐ. ܐܘ ܒܚ̈ܝܐ ܘܡܠܦܢܘܬܐ ܒܕ̈ܪ : ܟܕ ܗܘ ܡܢ ܡܪܝ ܐܦܪܝܡ ܐܛܠܝܘܬܗ ܗܘܐ ܛܠܝܐ. ܡܟܬܒܢܐ ܕܝܢ ܗܘ ܦܪܣܝܐ ܣܒܐ ܡܢ ܩܕܡ :·[2] Num aliqua etiam societate iuncti fuerint nullibi apparet, neque Aphraates inter plurimos Ephraemo notos ab auctoribus unquam est relatus. Aliud demum est quod, quamvis in easdem saepe sententias, infra proponendas, conveniant, tamen, ut rur-

[1] Ita Georgius in Epistola (apud Lagarde, *Analecta syriaca*), at paulo infra, repugnantia loquens, innuere videtur decem priores Demonstrationes octo annis ante Constantini obitum scriptas esse. Ceterum in hoc loco non uno errore labitur.

[2] Apud Lagarde, *Analecta syriaca*, p. 114, ll. 4-7.

sus Georgius notavit, utriusque indolem, modum, stilum quisque perspiciet dissimillima esse : ܠܐ ܓܝܪ ܕܡܐ. ܝܘܠܦܢܐ ܕܡܠܦܢܘܬܗ ܕܝܠܗ ܠܩܕܝܫܐ ܡܪܝ ܐܦܪܝܡ. « Neque enim doctrina eius doctrinae sancti domini Ephraemi similitudinem exhibet. »

De anno quo vita excesserit, sicut nec de nativitatis eius tempore, nihil possumus pro certo affirmare. Verumtamen, si summam sacrarum Litterarum scientiam, doctrinae robur et firmitatem, aut gradum ecclesiasticum, existimationem etiam quam videtur obtinuisse consideremus, prout ex tota nobis Demonstrationum indole manifestantur, coniectura credi poterit Aphraatem, cum scriberet, virum fuisse firmatae iam aetatis, praesertim si adhuc vivente Papa, ut censuit Barhebraeus, floruerit, itaque ultima saeculi tertii parte natum esse, et grassante adhuc quadraginta annorum persecutione (340-379), sed non ante annum 345, quo ultimam Demonstrationem composuit, occubuisse. Eum vero ab ipso persecutore, contra quem scripserat, vexatum sublatumque fuisse, per nulla monumenta certa adhuc licuit inferre. Aphraatis utique nomen in pervetusto martyrologio syriaco, anno aerae nostrae 412 antiquiore, deprehendimus, in quo post duodecim mensium nomenclaturam addita sunt quasi in altera parte ܫܡܗܐ ܕܡܘܕܝܢܐ ܕܐܬܩܛܠܘ ܒܡܕܢܚܐ. ܐܒܐ ܡܘܕܝܢܐ ܩܕܡܝܐ: ܕܠܝ ܡܘܕܝܢܐ ܕܬܪܝܢ ܒܘܠܗܐ ܚܙܬ ܘܐܦܪܗܛ ܘܡܢܘܦܝܠܘܣ ܡܢ ܩܕܡܝܐ ܡܝܠܣ ܐܦܝܣܩܘܦܐ ܘܐܒܘܪܣܡ ܘܣܝܢܝ ܡܘܕܝܢܐ ܩܕܡܝܐ. « Nomina confessorum qui in Oriente interfecti sunt : Abba primus confessor, Dali confessor secundus, Bulha, Hazath, *Aphraat*, Menophilus, e primis; Miles episcopus, et Abursam, et Sinai, confessores primi[2]. » Sequuntur episcopi Persidis Simeon Barsabae, Barbashemin, Shaddustius, et alii cum presbyteris et diaconis, qui fidem in his regionibus confessi sunt. Ipsumne Sapientem Persam, qui in postremo Sermonum tam cupide videtur martyrio inhiare, an eius homonymum quemdam, hisce priscis martyribus persecutionis Saporis adnumeratum habeamus, definiri nequit, licet dici possit alium, nostro antiquiorem aliquanto, hic significari, utpote Millesio episcopo praepositum, quem, cum Abrosimo presbytero et Sina diacono, sub initium ferme, id est anno primo vel secundo persecutionis (340 vel 341), martyrio novimus esse coronatum. Aphraates vero noster non ante annum 345, quo ultimam Demonstrationem conscribebat, supremum diem obiit.

5. Ut autem ad certiora redeamus, e suis scriptis illum agnoscemus (licet eam auctoris nostri condicionem in dubitationem nuper tentaverint addu-

[1] Lagarde, *Analecta syriaca*, p. 111, ll. 1 et 2.

[2] Ioh. Bapt. de Rossi et Ludov. Duchesne, *Martyrologium Hieronymianum* (Acta Sanctorum, Novembris t. II) pp. LXIII et LXIV; et W. Wright, *An ancient syrian Martyrology*: Journal of sacred literature, 1866, vol. VIII (New Series), pp. [illegible] et 431. Antiquum huius menologii documentum ultimis foliis comprehenditur codicis syriaci Musei Britannici addit. 12,150, omnium qui annum certum adscriptum ferunt vetustissimi.

cere[1] coenobitam fuisse, etiamque clero adnumeratum. Monachum quippe sese non semel profitetur, cum videlicet ad monachos, « fratres suos » (Demonstr. VI, 6, 20. Cf. X, 9.), scribens, eos monet, tanquam ipse monastica vita eruditus, disciplinaeque praeceptis instituit (Demonstr. VI, 8, seqq.), haec iungens : « Conveniens et aequum et decorum est consilium quod do *mihimetipsi et vobis,* dilectissimi monachi, qui uxores non accipitis » (Demonstr. VI, 4). Pariter, initio Demonstrationis XVIII, sermonem instituit de re quam fatetur silentio minime praetermittendam : « de sacro scilicet pacto seu de virginitate et castitate *in qua perstamus* ». « Sortem hanc... libere servamus, non vi aut alicuius necessitate praecepti, nec lege aliqua in ea cohibiti » (*Ibid.* 12), sed proposito vel voto voluntario obligati, quod ostendit in Demonstratione VI, 4, nisi verbis expresso, saltem facto ipso et tacite, ut hodiernorum subdiaconorum, pronuntiato. Et alio loco de monachis loquens, se eorum numero rursus demonstrat insertum : « Haec omnia tibi scripsi, carissime, quia nostra aetate homines inveniuntur qui seipsos vitae solitariae castimoniaeque devovent religiosae. Porro praelium contra adversarium committimus, ac ipse nobiscum contendit, ut ad statum saecularem a quo libere discessimus nos reducat. » (Demonstr. VII, 25.)

Monasticum autem sancti Antonii institutum ipsius discipuli, magistro nondum mortuo, ex Aegypto in Orientem et in Persidem usque, eo ipso tempore, id est ineunte saeculo quarto, invexerunt; cui nomen dedisse in primis tradunt sanctum Iacobum Nisibenum, et sanctum Millesium, Susarum deinde episcopum et martyrem, de quo supra[2]. Apte profecto in haec prospera in Perside militiae monasticae exordia cadit Aphraatis declaratio : sua aetate inveniri qui solitariam, religiosam continentemque vitam amplexabantur.

Haec habui quae de statu monastico Aphraatis scriberem. Nunc relinquitur ut inquiram qualis sit auctoritas in testimoniis scriptorum dicentium Aphraatem in monasterio illo sancti Matthaei episcopum exstitisse. Res autem e textuum disquisitione perpendenda est.

Duo quidem loci in Demonstratione XIV ad firmandam praedictam opinionem multum videntur conferre, prior in huius epistolae exordio, quod iam Georgius in testimonium adduxit : cum nempe Aphraates seipsum clero adnumerat, scribens : « Consilium cepimus omnes nos, dum congregati sumus,

[1] H. Weingarten, *Der Ursprung des Mönchtums im nachconstanstinischen Zeitalter* (Zeitschrift für Kirchengeschichte, Gotha, 1877, I pp. 1-35; 545-574 ; art. *Mönchtum* in Herzogs Real-Encyclopädie, Leipzig, 1882, vol. X, pp. 776, 777. — Aphraatis causam defendit Ryssel, *Notiz über die Anfänge des Mönchtums in Syrien* (Theologische Literaturzeitung, 1885, n°16, cc. 387-390).

[2] Vid. Assemani, *Bibliotheca Orientalis,* t. III, part. 2, pp. dccclxii, seqq., et dccclxxxvi; Sozomeni, *Historia ecclesiastica,* II, 14. *Patr. Gr.* t. LXVII, c. 968, seqq.

scribendi epistolam hanc ad fratres nostros universos, Ecclesiae filios, in variis regionibus degentes; episcopi, presbyteri, diaconi, totaque Ecclesia Dei cum omnibus liberis eius in diversis locis, qui apud nos sunt : fratribus nostris carissimis et dilectissimis, episcopis, presbyteris, diaconis, una cum universis liberis Ecclesiae qui vobiscum sunt, omnique populo Dei, Seleuciae et Ctesiphonte et per varia loca exsistenti, sit a Domino Deo et Vivificatore nostro, qui per Christum vitam nobis dedit, nosque ad se accedere fecit, pax multa; » alter vero cum in eadem epistola (*Ibid.* 25) de sancta manuum impositione loquitur, seu sacra ordinatione, « quam homines, inquit, a nobis accipiunt ».

Sed quia utrumque locum (licet, nostra quidem sententia, optimo iure in hanc partem interpretatum), dubiae esse significationis, ipsamque orationem quasi « ad fallendum compositam »[1] debeamus agnoscere, propter incertam in priore vocabulorum flexionem *episcopi, presbyteri, diaconi,* et ambiguum pariter sensum praepositionis ܡܢ (*a nobis* vel *e nobis*) in altero, alios textus advocabimus, in quibus Aphraates, episcopos summa auctoritate compellans et admonens, in episcopi modum profecto loquitur.

Praedictae enim epistolae scriptor dissensiones ob Pastorum vitia, fastum, ambitionemque in ecclesia Seleuciae et Ctesiphontis exortas, palam asperequo coarguit (Demonstr. xiv, 2, seqq.). Quos ita compellat, pastorum (*Ibid.* 39), sacerdotum (Demonstr. vii, 18), rectorum gregis (Demonstr. vii, 26), dispensatorum domus (Demonstr. xiv, 38), speculatorum, quasi ἐπισκόπων (Demonstr. vii, 26), doctorum (Demonstr. xiv, 26; vii, 18), nominibus sunt insigniti; vocantur electi et uncti ut praesint (Demonstr. xiv, 27), gregis congregatores (Demonstr. xiv, 38), educatores liberorum Ecclesiae (*ibid.*). Ipsi filios ex aqua gignunt Ecclesiae (*ibid.*), iuvenes imbuunt, et virgines instituunt (Demonstr. x, 6); Ecclesiam, Apostolorum munere, Deo desponsant (Demonstr. xiv, 38, 39). Medicos etiam alloquitur, quorum cura est vulneratis medendi (Demonstr. vii, 2, 4); qui claves caelorum tenent, ut paenitentibus ianuam aperiant (Demonstr. xiv, 26; vii, 11), non vero ut hac ligandi et solvendi potestate perverse abutantur (Demonstr. xiv, 44); tubas inflant et monent populum (Demonstr. vii, 18) et baptismi sacramentum conferunt (Demonstr. vii, 21).

Hos porro fratres vocat (Demonstr. xiv, 42, 45, 49); peccantibus se humiliter adnumerat (*Ibid.* xiv, 2, 21, 26), eosque non ut « subiectos quos edoceat », sed velut « aequales gradu » « consiliariosque et adiutores » (ex Col. iv, 11) computat (*Ibid.*, xiv, 42, 45). « Fratres nostri, inquit, superbiunt titulis quos susceperunt, ut possint ligare... Et potestatem habeo et ego » (*Ibid.* xiv, 25). Ministerium sacrum extollit, « quod, ait, non debemus spernere, ne ab ipso reprobe-

[1] J. Forget. *De vita et scriptis Aphraatis*, p. 101.

mur » (Demonstr. xiv, 17). Denique se fatetur thesauro regio a Domino domus praepositum esse (Demonstr. x, 8); Ecclesiae nomine docet (Demonstr. xxii, 26), et gravi auctoritate a pastoribus requirit ut indignos gregi non praeponant (Demonstr. x, 6), neve antiquiorem, sed digniorem sufficiant (Demonstr. xiv, 25).

Ex talibus loquendi formulis iure inferimus virum in sacra hierarchia constitutum ad aequos et pares scripsisse, et insuper qui epistolam huiusmodi, episcoporum regionis suae et totius cleri mandato, ad primariam ecclesiam Seleuciae et Ctesiphontis misit, facere nequivisse nisi ecclesiasticus vir esset, sive propria existimatione et eruditione, sive etiam sedis suae dignitate atque excellentia conspicuus.

Haec vero apte dici possunt de antiquo monasterio sancti Matthaei, quod inter vicinas sedes praestantiam aliquam, forte iam eo tempore, obtinebat. Illud enim, quod ferunt, a conditoris nomine, Diocletiani persecutionem fugientis, ita appellatum[1], vel quod in honorem dicatum fuit B. Matthaei Evangelistae, quem suum etiam Chaldaei in Perside agnoscunt apostolum, ab ipsis sancti Antonii discipulis eo ipso tempore conditum est[2], et sedes revera exstitit olim episcopalis, quae Chaldaeis iacobitis cessit. Instituto ab his primate orientalium in urbe Tagrito anno 629, coenobium matthaeanum tanquam pristinae sedis Seleuciae locum excipiens, sub auctoritate patriarchae ordinem secundum obtinuit, veluti sedes ipsius metropolitae Ninives, postea Mossuli, qui etiam « episcopus sancti Matthaei » dicebatur[3]. Hic, ab ipso catholico ordinatus, ceteris episcopis honore et dignitate antecedebat; statuta etiam lex erat ut ille catholicus in monasterio deberet incathedrari. Nonnulli episcoporum sancti Matthaei, inde a quinto ad duodecimum saeculum, a Barhebraeo et Assemano nominati, celebres exstiterunt. Iidem auctores testes sunt de monachorum ibi degentium auctoritate et magna frequentia[4]. Haec fuit matthaeanae sedis condicio, donec anno 1155 principali cathedrae adiecta est, cum scilicet Tagritensis et Ninivensis ecclesiae in sedem unam collectae

[1] Rich coenobii exstructionem a Matthaeo, Eugenii discipulo, anno 334, ipsimet Aphraatis tempori, adscribit (apud Ritter, *Erdkunde* l. c., p. 737). Idem auctor (p. 735), et Badger, *The Nestorians and their rituals*, t. I, p. 96, conditoris speluncam, necnon in ecclesia tumulum ostendi aiunt.

[2] Assemani, *Bibliotheca Orientalis*, t. II, p. 460; t. III, part. 2, pp. iii seqq., et dccclxviii. Adserit Iesuiab, auctor saeculi XIII, cuncta coenobia orientalia a sancto Eugenio eiusque discipulis fuisse fundata, et sanctorum nominibus nuncupata, ante exortas haereses et concilia congregata (Assemani, *Bibliotheca Orientalis*, t. III, part. 1, p. 300).

[3] Assemani, *Bibliotheca Orientalis*, t. II, *Dissert. de Monophysitis*, § ix, sub verb. *Monasterium S. Matthaei.*

[4] Vid. J. B. Abbeloos et Th. Lamy, *Barhebraei Chronicon ecclesiasticum*, t. I, cc. 285, 344; t. II, cc. 104, 342, 364; Assemani, *Bibliotheca Orientalis*, t. I, p. 445; t. II, *Dissert. de Monoph.*, § viii, *Sedes Maphriani;* § ix, sub verb. *Mosul* et pp. 419 seqq.

sunt. Monasterio tunc praefuit archimandrita. At Tagrito destructo, Primas in coenobio sancti Matthaei sedem elegit. Anno autem 1171, monasterium a Curdis direptum deseruerunt monachi, Mossulum aliquando habitaturi. Iterum anno Graecorum 1680, dominica, die 25 mensis « ab », seu augusti 1369, Curdi coenobium vastaverunt et funditus expilaverunt, suppellectilique, cibariis et thesauris ablatis, domum et templum vacua reliquerunt[1]. Hodie, ut referunt qui locum lustravere, monasterium, excepta ecclesia, ruinis paene collapsum iacet; episcopus iacobita cum uno vel paucis monachis coenobium inhabitat, et pagos aliquos iurisdictione tenet. In ecclesia sunt plura eiusdem loci episcoporum, atque etiam catholicorum sepulcra, estranghelicis et carshunicis pleraque titulis insculpta, et in primis Iacobi Sarugensis, Gregorii Barhebraei, Iacobi Severi Tagritensis, de quibus supra sermo factus est (p. XIII). At alia vetustate corrupta sunt, alia a Curdis derasa[2].

Ceterum nemo nescit eosdem saepe apud orientales episcopos fuisse quos monachorum praepositos, ita ut inter Iacobitarum sedes episcopales, viginti et unum monasteria enumerentur[3]. Ex pluribus iterum scriptorum locis discimus monachos ecclesias administrasse, aliquos etiam ad episcopi munus in propriis monasteriis, « honoris et meriti causa », fuisse provectos et ordinatos : *τιμῆς ἕνεκεν, ἀντ' ἀμοιβῆς ὥσπερ τῶν αὐτοῖς πεπολιτευμένων χειροτονηθέντες ἐν τοῖς ἰδίοις μοναστηρίοις*[4].

—

CAPUT SECUNDUM

APHRAATIS OPERA

6. Demonstrationes XXIII recensentur. Quae fuerit eas occasio scribendi. Aphraatis annus. — 7. Singulae Demonstrationes analysi describuntur. — 8. Demonstrationum authentia probatur adversus Gennadium. — 9. De translationibus operum Aphraatis. Versio armeniaca. Eiusdem iudicium, utilitas. Versio latina Antonelli. Versio aethiopica.

6. Merito salutatur Aphraates patrum ecclesiae syriacae antiquissimus,

[1] J. B. Abbeloos et Th. Lamy, *Barhebraei chronicon ecclesiasticum*, t. III, p. 531.

[2] Monasterium sancti Matthaei visitaverunt Rich, anno 1820 (supra p. XV), et Badger, annis 1843 et 1850. Is in supradicto opere *The Nestorians and their rituals*, tradidit coenobii conspectum (p. 97) et situm ecclesiae designavit (p. 95), cum sacello B. M. ad orientem, et coemeterium, seu ܒܝܬ ܩܕܝ̈ܫܐ « locum sanctorum », in occidentali parte templi. Uterque monet traditiones circa hoc coenobium diversissimas, et quae a loci incolis narrantur, parvi facienda esse.

[3] Assemani, *Bibliotheca Orientalis*, t. II. *Dissert. de Monoph.*, § IX. *Monasterium S. Abel.*

[4] Sozomeni *Historia ecclesiastica*, VI, 34. *Patr. Gr.*, t. LXVII. cc. 1393-1396. Cf. J. B. Abbeloos et Th. Lamy, *Barhebraei Chronicon ecclesiasticum*, t. I. c. 381.

cum primus ipse sit cuius opera, quae quidem a gentis suae scriptoribus ei adsignantur, utque ab ipso ex ordine recensentur, ad nos integra pervenerint.

Hae igitur sunt, auctoribus Barhebraeo et Ebediesu, supra (pp. X, XI) evocatis. Dissertationes viginti duae, secundum alphabetum digestae et bifariam divisae, addita alia vigesima tertia extra ordinem litterarum. Titulum singulis imposuit librarius post auctorem « Demonstrationum » ܬܚܘܝ̈ܬܐ (Demonstr. XXII, 25; XVIII, 12). Ita etiam Barhebraeus, et Georgius, et auctor anonymus in codice Musaei Britannici Orient. 1,017, de quo supra (p. X). Variis autem ab ipso auctore nominibus insignitae dicuntur ܐܓܪ̈ܬܐ « Epistolae » (Demonstr. I, 1; XIX cod. *B* in tit.), ܡܐܡܪ̈ܐ « Sermones » vel « Homiliae » (Demonstr. X, 7, 8; XXII, 25, 26), nonnunquam etiam ܪ̈ܫܐ « Capita » (Demonstr. XXII, 25, 26), ܣܦܪ̈ܐ « Libri » (Demonstr. XI, 7), ܥܘܗܕ̈ܢܐ « Memoriae » (Demonstr. X, 7; XXII, 25; XXIII, 60), atque etiam ܬܫ̈ܥܝܬܐ quasi « Res gestae » seu « Historiae » (Demonstr. IV, 1; X, 9), ܡܫܘܕܥܢܘܬܐ (Demonstr. XXII, 25) et ܡܠܟ̈ܐ « Adhortationes » (*Ibid.*).

Viginti duae priores ad ordinem viginti duarum litterarum alphabeti syriaci dispositae sunt, ita videlicet, quod Orientalibus iucundum semper familiareque exstitit, ut singulae per unamquamque litteram incipiant, et alia alii ex ordine succedat. Vigesima tertia a prima littera rursum orditur.

Omnium igitur indicem, priusquam propius explorentur, lector accipiat.

I De Fide. — II De Caritate. — III De Ieiunio. — IV De Oratione. — V De Bellis. — VI De Monachis. — VII De Paenitentibus. — VIII De Resurrectione mortuorum. — IX De Humilitate. — X De Pastoribus.

Hic Aphraates priorem operum partem, seu tomum, claudit (Vid. Demonstr. X, 9.). Porro decem has Demonstrationes, litteris ab *alaf* ad *iud* praenotatas, e Demonstratione XXII constat, ut dictum est, anno aerae Graecorum 648, post Christum 336-337, scriptas seu absolutas fuisse, duodecim vero quae sequuntur, a littera *caf* ad *tau*, post annos septem, scilicet anno Christi 343-344.

XI De Circumcisione. — XII De Paschate. — XIII De Sabbato. — XIV De Exhortatione. — XV De Distinctione ciborum. — XVI De Electione Gentium loco Iudaeorum. — XVII De Christo Dei Filio. — XVIII De Virginitate. — XIX De Iudaeis non congregandis. — XX De Sustentatione pauperum. — XXI De Persecutione. — XXII De Morte et novissimis.

Totam nunc Demonstrationum seriem Aphraates ex ordine percenset, et annum utrique tomo adscribit.

XXIII De Acino et de benedictione quae descendit in iustos priscarum generationum, mense augusto anni sequentis (656 Graecorum, post Christum 345) data: ipsa est quam Barhebraeus post epistolas alphabeticas sub titulo « libri paraenetici » ܟܬܒܐ ܕܡܪܬܝܢܘܬܐ proponebat.

Universos autem tractatus in hunc finem Aphraates composuit (quod e

nonnullis eorumdem locis discere licet), ut amico satisfaceret de fide et operibus fide requisitis interroganti. Epistolam quam iste Aphraati miserat amanuenses toti Demonstrationum summae praescripserunt. Ex hac autem sumitur argumentum non praetermittendum de scientiae et doctrinae laude quam Sapiens Persa iam erat consecutus, ut legenti patebit.

Iuxta translationem armeniacam operum Aphraatis, sub nomine, ut diximus, sancti Iacobi Nisibeni propositam, Epistola haec interrogatoris ad B. Iacobum a sancto Gregorio Illuminatore dirigitur. Possumus quidem dicere cum Antonelli, huius translationis editore, titulos, a librariis vel lectoribus arbitrio confectos, nullius esse momenti [1], nisi tamen coniiciamus, sicut pro Iacobo Aphraate Iacobum Nisibenum, ita Gregorium Illuminatorem, quem iste familiarem et propinquum habuit, pro alio Gregorio suppositum fuisse. Quoniam vero epistolae titulum codices nostri non exhibent, et Aphraates, qui propriam celavit personam, amicum nomine non appellavit (vid. Demonstr. x, 9), nihil licet de hominis nuncupatione nec de habitationis loco definire.

Eius autem condicionem Aphraatis sermo declarat. Virum enim monachum alloquitur, quem amicum et fratrem saepissime vocat; eumdemque, dignitate auctum, aliis fuisse praepositum, et munus abbatis, seu archimandritae, gessisse apparet. Confer, post loca superius relata Aphraatis ad monachos suos scribentis, sequentia passim excerpta : « Propterea lege, tu et fratres nostri monachi, qui virginitatem diligunt » (Demonstr. vi, 20); « Lege et disce, tu cum fratribus monachis, fidei nostrae sectatoribus » (Demonstr. x, 9); « Ut discas et doceas, et credas et vicissim tibi credatur » (Demonstr. i, 20); « Sic ergo erudire, et fratres, *ecclesiae tuae* filios, vicissim erudi » (Demonstr. xii, 12); « O dispensator domus Christi » (Demonstr. vii, 25); quae ultimae Zachaei in codice A adnotationi ad Demonstrationem xxii conveniunt : « Sapiens Persa... hanc epistolam a se scriptam ad abbatem quemdam », seu monasterii praefectum ܪܝܫܐ; « misit », eumdem profecto ad quem praecedentes epistolas scripserat (Cf. Demonstr. xxii, 25).

7. Ut ergo satisfaceret interroganti, Aphraates, acceptis litteris laetus, liberaliter respondet, et in Demonstratione prima *de Fide* fundamentum fidei statuit esse Christum, cui totum aedificium fidelis perfecti innititur; et postquam, patriarcharum exemplis, fidei exposuit efficaciam, ostendit, contra haereticos et infideles, quae sit vera fides Ecclesiae, brevi et adstricta quadam expositione, non vero confessionis symbolo.

Virtutes autem fidei coniunctae tractatuum sequentium argumentum prae-

[1] Antonelli, *Sancti Patris nostri Iacob, episcopi Nisibeni, Sermones*. Romae, 1756, p. iv.

bebunt. Ideo instituit Aphraates Demonstrationem secundam *de Caritate*, quae ceteris virtutibus praecellit, totamque legem et prophetas complectitur; tertiam *de Ieiunio*, ut ostendat ieiunium sine bonis operibus nil prodesse, et ieiunium spiritale, seu cordis munditiam, merae abstinentiae ciborum longe praestare; et quartam *de Oratione*, quae Deo accepta fit, si cum operibus bonis coniungatur, quod multis patrum exemplis et praecepto Domini suadet.

Demonstrationis quintae diversus a ceteris est finis, in quibus fidem, et virtutes et opera bona auctor hucusque pertractavit; haec vero *de Bellis* inscripta, non, ut voluit Antonelli, ad bellum spiritale, sive pugnam inter bonos et malos, refertur, sed ad ipsum bellum Saporis adversus Romanos. Is enim, audita Constantini morte (337), et imperio inter huius filios diviso, ingentes copias paravit, atque, ut provinciis Mesopotamiae potiretur, Nisibim aggressus est; sed ne post tertiam quidem oppugnationem (annis 338, 346 et 350) urbem potuit occupare, nec nisi anno 363 a Ioviano deditam obtinuit. Demonstratio *de Bellis*, scripta anno 337, ad bellum nondum inceptum spectat, et quem scriptionis tempus postulavit ordinem inter alias consecuta est. Fidelium mentes studet Aphraates confirmare, armorum apparatu commotas. Regem Saporem « per quem malum populo Dei accidit », Imperatorem autem, « per quem bonum populo Dei factum est », ex destinato praetermittit nominare; hunc sub specie quartae bestiae in visione Danielis, illum imagine tertiae, seu arietis, dissimulat, ut Persarum regem a Romanis (filiis Esau, ex iudaica traditione, nominatis) vincendum secure queat ominari. Sapores enim dum adversus Romanos bellabat, Christianis in ditione sua degentibus, sibi a Constantino licet in gratiam commendatis, se exhibebat infensum, veluti Romanorum amicis. Re quidem vera, isti sperabant se ab imperio christiano posse defendi adversus regem, Zoroastri superstitionum nimis studiosum, qui fideles Christi abhinc annis decem iam coeperat exagitare, atque ob acceptas clades iratus, eosdem quadraginta annorum (340-379) persecutione dire vexavit.

In Demonstratione sexta monachos speciatim alloquitur monitis plurimis, et prohibet quominus cum virginibus consecratis conveniant simul habitaturi. Deinde praecepta eis tradit perfectae disciplinae, quibus simillima in variorum regulis monasticis expressa reperiuntur. Exemplum tandem sumit a Domino Christo, « qui formam servi accepit », et de resurrectione corporum disserit. De ea autem expositione plura dicentur cum de Aphraatis doctrina disputandum erit.

Demonstratio septima *de Paenitentibus*, in qua vulneratos in spiritali praelio hortatur ut sacerdoti tanquam medico sese ostendant, sacerdotes autem monet ut peccantes non respuant, et peccata nullatenus publicent, testimonia conferet non levis ponderis pro confessione sacramentali.

In octava *de Resurrectione mortuorum*, apologetae partes contra discipulos Bardesanis suscipit, ut resurrectionis carnis dogma catholicum exponat, et adversariorum contradicta dissolvat.

Demonstrationem nonam *de Humilitate* vel *de Mansuetudine* inscripsit, quam Scripturae sententiis variisque illustrat exemplis.

Postquam vero fidem et opera christianis congruentia praecipue pertractavit, nunc in Demonstratione decima *de Pastoribus*, rectorum gregis inculcat officia, sermonemque colligit et absolvit, impletis iis quae consultori promiserat.

Ut legenti videtur, moralis et paraenetici argumenti majore ex parte sunt hae decem priores epistolae. Aliter de ceteris dicendum erit, quibus controversia adversus Iudaeos praesertim est instituta. Eas post septennium scriptas ad eumdem amicum dirigit, quem doctrinae noverat studiosum, cui etiam alios docendi cura erat imposita.

Tempore autem Saporis regis, Iudaei, qui post Cyri edictum in Assyria et Perside remanserant, potentia numeroque maxime aucti, ac summam auctoritatem adepti, arroganter se efferebant, doctrinam christianam palam oppugnantes. Persecutionem denique concitaverunt, contendentes Christianos, utpote romani populi amicos, Persis autem alienos, regni securitatem labefactare.

Quamvis alii alio modo Patres Iudaeorum et Iudaizantium aggressus retuderint, communia apud omnes inveniuntur controversiae antiiudaicae capita, eaque necessario simili saepe via expediunt. Porro quaestio omnis haec est : Novi Testamenti cum Veteri concordiam demonstrare; Iesum ostendere Dei Filium et Messiam esse, prophetias pro Christo et contra Iudaeos adimpletas, mosaica instituta, olim a Deo data, hodie abrogata esse. Aphraates insuper virginitatis observantiam, vitam futuram, paschatis celebrationem speciali defensione suscepit vindicandas; et insectatur « fallaces disciplinas » ܝܘܠܦܢ̈ܐ, seu haereses, « quae sunt instrumenta diaboli » (Demonstr. III, 9, 15; VI, 18). De cavillatoribus etiam saepe queritur, atque hoc detestabile vitium irrisionis exagitat (Demonstr. V, 25; VI, 20; XIV, 48; XXII, 26). Rem autem gerit cum homine doctrinae laude inter Iudaeos claro (Demonstr. XXI, 1), quem concertando frequenter interpellat, eum « virum sapientem » (Demonstr. X, 1; XII, 7), « doctorem » (Demonstr. XV, 8; XVII, 9), « sapientem scribam » (Demonstr. XV, 8), « disputatorem » seu « concionatorem » (Demonstr. XII, 3) nominans; et contra praedictos adversarios ostendit in Demonstratione undecima *de Circumcisione* veram eam esse quae in corde perficitur: deinde quae fuerit in veteri lege circumcisio carnalis exprimit.

In Demonstratione duodecima *de Paschate*, tempus et modus traduntur celebrandae sollemnitatis. Legalem observantiam Deus irritavit; unde non debet amplius agnus immolari, nec festivitas cum Iudaeis celebrari. His addit auctor

nonnulla de sacris eucharisticis et de ritibus ad noctem paschalem pertinentibus. Eo documento illustratur observatio disciplinae paschatis apud Orientales, de qua non exigua fuit, etiam post nicaenum decretum, controversia.

Demonstratio tertia decima docet Sabbatum, quo Iudaei inaniter iactantur, ad quietem cum homini tum iumento datum fuisse, et hominem non mera praecepti observantia, sed operibus bonis iustificari.

Diversi vero argumenti est Demonstratio quartadecima, seu *Exhortatio*, ad clerum et populum Seleuciae et Ctesiphontis necnon vicinarum ecclesiarum missa. Hanc scripsit, mense februario-martio anni 344, Aphraates, nomine episcoporum cleri populique provinciae in qua degebat. Monent nos scriptores syri insignem ecclesiam Seleuciae et Ctesiphontis, iam ante exortam Saporis persecutionem, teterrimo schismate laborasse, cum Papas, huius civitatis episcopus, fastu, ambitione, saevitia, diaconis et presbyteris et ipsis episcopis infensum se effecisset, adeo ut episcopi de primatis sui causa cogniturі, Seleuciae, novem post nicaenum concilium annis, in synodum convenerint. Unius hominis insolentiam consecutae sunt, ut ex Aphraate videtur, turbationes malaque plura, clericorum in his ecclesiis Mesopotamiae elatio et arrogantia, vitia superbiae et avaritiae, rixae, contentiones officiique derelictio. Quibus malis ut mederentur, episcopi vicinae regionis, synodum, quo loco nescimus, congregaverunt, et epistolam Aphraates scripsit, eo iure quo diximus supra, in qua graviter, summa tamen moderatione, vitia prodit et arguit, nocentesque blande ad paenitentiam invitat, ut pace reddita omnes unius Domini servi simul gaudeant. Immerito autem exhortatio haec refertur ad synodum Seleuciae in causa Papae celebratam [1], cum decem annis memoratam synodum (334) epistola (344) secuta sit.

Magis vero culpandus esset qui eamdem Aphraati abiudicaret, Antonelli auctoritate, contendentis Gennadium in catalogo operum sancti Iacobi Nisibeni eam non memorasse; librarium armenum seorsum eam ab aliis posuisse; stilum, modum ac scribendi rationem a superioribus epistolis esse dissimillima; demum epistolam synodicam esse, et multorum nomine scriptam, « non autem sancti Iacobi episcopi, cuius nec nomen, neque episcopalis dignitas et auctoritas, nullaque alia quae aliqua ex parte eum auctorem fuisse obscure saltem indicent, apparent [2] ». In his vero quam vehementer peccet Antonellus facile est aestimare, primum ex auctore ipso adserente se post epistolam *de Sabbato* hanc *Exhortationem de rixis et dissensione* scripsisse, et disputationi *de*

[1] Assemani, *Bibliotheca Orientalis*, t. III, part. 2, p. clxxv. Aliud putavit W. Wright cum scripsit : « He... had a seat at the Council of Seleucia and Ctesiphon, held A. D. 344 ». (*The Homilies of Aphraates*, p. 89.)

[2] Antonelli, *Sancti Patris nostri Iacobi episcopi Nisibeni Sermones*, p. 401.

Cibis, prout exigit litterarum ordo, praeposuisse. Haec autem sub fine Demonstrationis vigesimae secundae, quae in armeniaco deficit exemplari, leguntur. Ad secundum argumentum quod attinet, Gennadii auctoritatem aestimatione et momento suo infra perpendemus. Causam autem librarius armenus ipse « prudenti lectori » tradidit, ob quam sermonem illum *de Schismate* aliis subiunxit : quia nempe ad interrogantem non fuit rescriptus, neque ad eum missus; « attamen, inquit, quia sermo est *magni viri*, non aestimo esse inutile si subiungatur...[2] » De scriptoris etiam charactere et dignitate indicia haud profecto obscura ex eadem epistola modo excussimus, quae cum nonnullis ceterarum locis collata, contradicenti facient fidem. Postremo ad scribendi rationem quod attinet, nullatenus videtur, quantum in dissimili materia et subiecto reperiri posset, inter Demonstrationem decimam quartam et ceteras stili aut modi interesse discrepantia, quae alium quemlibet auctorem detegat, ne in armeniaca quidem editione. Ceteras, praeter ultimam, superat utique prolixitate; quaedam insuper praebet singularia et privas voces, seu ἅπαξ λεγόμενα. Quod autem superest, eamdem prorsus methodum, solitum Scripturae proferendae modum, eamdem orationis artem et industriam, neque alia atque in ceteris exempla adducta prodit; quibus adversus Antonellum statim iudicabit lector Demonstrationis XIV auctoritatem nulla omnino ratione in dubium posse poni[3].

Incepta nunc concertationis argumenta repetit Aphraates, et in Demonstratione quinta decima *de Cibis* iudaicum institutum distinctionis ciborum irritum esse, ipsosque Iudaeos reprobatos et pollutos demonstrat.

Eadem via disputat in Demonstratione sexta decima *de Gentium vocatione*, quae per Christum loco Iudaeorum suffectae sunt.

In decima septima *de Christo Dei Filio*, ostendit Iesum iure vereque Deum et Dei Filium appellari debere et adorari, in quo prophetiae messianicae completae sunt.

Iudaeos rursus continentiae obtrectantes in Demonstratione duodevigesima *de Virginitate* arguit, et legis ipsius exemplis ostendit castitatem coniugio praeeminere, et hominem Deo virginitate placere, quae donum inaestimabile est, et angelorum similitudo.

Docet in Demonstratione undevigesima *contra Iudaeos dicentes se esse denuo*

[1] Antonelli, *Sancti Patris Iacobi episcopi Nisibeni Sermones*, p. 402.

[2] Conferenda sunt loca Demonstrationis XIV, 13 et 14 (cc. 600 seqq.) cum I, 18 (cc. 41-44) et IV, 1 (c. 137); XIV, 16, et 39 (cc. 609 seqq. et 684) cum VI, 1 (cc. 240 seqq.); XIV (cc. 657-660) cum I, 15 (c. 36), et alia in Demonstrationibus II et X, quae ipse lector reperiet: maxime vero locus XIV, 36 (c. 664) cum XVIII, 4 (p. 828), quem saltem diligens translator debuerat animadvertere.

congregandos, eos reprobatos et irrevocabiliter esse dispersos, et Danielis prophetiam explicat de septuaginta hebdomadibus et de excidio Ierosolymae.

Sequens Demonstratio vigesima *de Sustentatione pauperum*, non controversialis, sed iterum paraenetica est. Egenorum cura veteris et novae legis praeceptis et exemplis commendatur.

In vigesima prima *de Persecutione*, Iudaeis iterum, Christianorum religionem ob perpessas vexationes improbantibus, respondet, eos ipsos argumento *ad hominem* ostendens castigationi et servituti traditos esse, exempla deinde afferens iustorum priscae legis, qui persecutionem subierunt, ac martyrum, qui pro Christo testimonium dederunt.

Demonstratio vigesima secunda *de Morte et temporibus novissimis* inscribitur. Mors iustis non est timenda, utpote a Christo devicta; novissima tamen debemus iugiter recordari, et multorum exemplis edoceri, ut per mortem non ad supplicia sed ad praemium adducamur. Hic Aphraates viginti duarum epistolarum recensione sermonem claudit.

Omnium postremam, et extra seriem alphabeti positam, vel melius *ala* iterum signatam, *de Acino*, seu *de Benedictione quae in priscas generationes manavit*, auctor praecedentibus anno sequenti subiunxit, ut demonstraret benedictionem in populo Israel per Christi progenitores ab Adam ad Christum *sicut granum in botro* servatam fuisse, et iustorum orationibus populum salutem consecutum fuisse; dein cunctarum generationum describit seriem, et temporum computationem, donec benedictio a populo ablata gentibus transferretur. Hoc vero est supra memoratum *Opus chronologicum* Aphraatis. Post illa sermonem colligit, et Dei potentiam et maiestatem hymno celebrat, ac denique fratres ut Deum timeant adhortatur.

8. Habes, lector benigne, Iacobi Aphraatis, Sapientis Persae, lucubrationes, seu tractatus tres supra viginti, qui scriptorum gentis suae librariorumque testimonio nomini eius addicuntur. Licet iam a nemine apud nos eorum auctoritas in dubium vocetur, attamen, ut omnis suspicio aut ambigendi materia derivetur, controversia Gennadio movenda est et armeno cuidam auctori, quorum vitio et culpa Aphraatis genuina opera Iacobo Nisibeno addicta fuere, adeo ut, cum de vero eorum auctore nondum facile constaret, viri docti Antonelli et Sim. Assemani, falsa illa opinione decepti, plures vicissim auctoritate sua hucusque deceperint[1].

Gennadius igitur, in libro *de Scriptoribus ecclesiasticis*, quo Hieronymi ca-

[1] Assemani *Bibliotheca Orientalis*, t. I, p. 20 seqq. opera a Gennadio numerata Iacobo Sarugensi adscripserat. Sententiam postea mutavit (Addenda et corrigenda, *Ibid.* pp. 557-558), ut eadem Nisibeno concederet, sola codicis armeniaci auctoritate motus.

talogum ad annum 495 persequitur, haec de sancto Iacobo Nisibeno tradit :

« Iacobus, cognomento Sapiens, Nisibenae, nobilis Persarum modo civitatis episcopus, unus ex numero sub Maximino persecutore confessorum, et eorum qui in Nicaena synodo arianam perversitatem ὁμοουσίου oppositione damnarunt. Hunc virum Beatus Hieronymus in libro χρονικῶν velut magnarum virtutum hominem nominans, in Catalogo Scriptorum cur non posuerit facile excusabitur, si consideremus quod ipsos tres aut quatuor Syros quos posuit [1], interpretatos in graecum se legisse testetur. Unde constat eum illo tempore ignorasse syram linguam vel litteras, et ideo hunc qui necdum in aliam versus est linguam nescisse scriptorem.

« Comprehendit autem omne opus suum in viginti sex libris, id est : de fide contra omnes haereses, de caritate generali, de ieiunio, de oratione, de dilectione in proximum speciali, de resurrectione, de vita post mortem, de humilitate, de patientia, de paenitentia, de satisfactione, de virginitate, de sensu animae, de circumcisione, de acino benedicto pro quo in Isaia legitur : Non est exterminandus botrus, de Christo quod Filius Dei sit et consubstantialis Patri, de castitate, adversus gentes, de constructione tabernaculi, de gentium conversione, de regno Persarum, de persecutione Christianorum. Composuit et chronicon minoris quidem Graecorum curiositatis, sed maioris fiduciae, quia divinarum Scripturarum tantum auctoritate constructum, comprimit ora eorum qui praesumptuosa suspectione de adventu Christi inaniter philosophantur.

« Moritur hic vir Constantii temporibus, et iuxta praeceptum patris eius Constantini, iuxta muros Nisibae sepelitur, ob custodiam videlicet civitatis; quod secundum fidem Constantini evenit. Nam post multos annos ingressus Iulianus Nisibim, et vel gloriae sepulti invidens, vel fidei Constantini, cuius ob id domum persequebatur, iussit efferri de civitate sacri corporis reliquias; et post paucos menses, consulendae licet causa reipublicae, Iovinianus imperator, qui Iuliano successerat, tradidit barbaris civitatem, quae usque hodie Persarum ditioni cum suis subiecta servit [2]. »

Haec porro Gennadii adserta in varias reprehensiones incurrunt. Primum

[1] Tatianum *De Viris illustr.* c. 29, Bardesanem c. 33, Archelaum c. 72, sanctum Ephraemum (c. 115), *Patr. Lat.* t. XXIII, cc. 645, 647, 683 et 707.

[2] Gennadius, *de Scriptoribus ecclesiast.* c. 1. *Patr. Lat.* t. LVIII, cc. 1060-1062. Acta Sanctorum, t. IV Iulii, pp. 34 seqq. Notandum in recensendis libellis omnes fere Gennadii textus cum manuscriptos tum editos inter se discrepare. Ita exhibent *de Adscensu animae*, *de Azymi benedictione*, *de Gentium conversationes*, *de Adventu antichristi*. Incerta etiam et libera apud editores interpunctio, unde fit ut viginti quatuor aut viginti tres aliquando numerentur : plerique autem codices exscribunt viginti quinque, bollandianus etiam viginti sex, et sangermanensis vetustissimus viginti septem : at viginti tres duntaxat videntur ab auctore commemorari.

quidem unde novit iste Hieronymum, Palaestinae incolam, hebraei simul et chaldaei peritum sermonis, linguam syriacam, per ea loca in quibus versabatur communem, ignorasse? cum ipse contrario testetur eodem tempore quo catalogum virorum illustrium conscribebat (anno videlicet 392, seu Theodosii decimo quarto), hebraico arabicoque sermone necnon syro se usum fuisse, ut librum Iob nova translatione interpretaretur[1].

At non unus Hieronymus, sed nec Photius, qui graecorum ac latinorum, immo plurium orientalium scripta curiose recensuit, nec Theodoretus, aliive rerum ecclesiasticarum in Oriente conscriptores, qui Iacobi Nisibeni vitam narrarunt; nec tandem Syrorum, Armenorum, Coptarum, Graecorumve[2] menologia, neque ullus veterum, dum de sancto Iacobo sermonem habuerunt, de ipsius scriptis quidquam retulerunt. Nihil pariter apud Syros tradit Ebediesu, in copiosa sua bibliotheca scriptorum, nec Iacobus Edessenus, licet multos et ille auctores commemoret; nihil etiam Iohannes Darensis, Dionysius Barsalibi, nec Barhebraeus, nec ceteri orientales, qui de ipsius gestis scripserunt. Opera Nisibeni ignorant Syri cuiusvis sectae, neque ulla eorum exemplaria circumferuntur; ignorant et Arabes, apud quos multa Patrum opera translata reperiuntur; eaque causa fuit cur nullum Hieronymus Iacobo Nisibeno locum inter scriptores ecclesiasticos tribuerit, licet eius vitam in Chronico laudaverit, quod iste, ut Syri adseverant, nihil scripsit, exceptis forsan litteris consolatoriis, dubiae tamen auctoritatis, ad Papam, episcopum Seleuciensem[3]; seclusa etiam graeci conscriptoris adsertione in Menaeis, de qua supra.

Videtur autem Gennadius haec scripta « necdum in aliam linguam versa » in conspectu nullatenus habuisse, nec volvisse manu; eorum autem notitiam ex auditu tantum, internuntio forsan Cassiano, coenobiorum orientalium lustratore, accepit; non enim se ea vidisse perhibet. Id etiam ex ipsa re manifestum fit; nam Sermonum quos recognovit ordinem invertit, plurium titulos corrupit, alios bis recitavit, alios vero omisit; quod ex universorum indice infra referendo colligetur.

[1] *Praefatio in Iob.* Patr. Lat. t. XXVIII, c. 1081; *De viris illustr.* c. 135; *Ibid.* t. XXIII, c. 717. Vid. *Acta Sanctorum,* t. VIII septembris, pp. 508, 517.

[2] Graeci in Menaeis, die 13 ianuarii sancti Iacobi Nisibeni memoriam recolunt prolixo actorum compendio, neque ibi de eius scriptis quidquam legitur. In officio tamen diei 31 octobris peculiaris occurrit mentio « libri valde utilis quem scripserit, ad cuius exemplar Theodoretus Philotheum, seu Sanctorum vitas, composuit »: βίβλον πάνυ ὠφέλιμον συνετάξατο· ἐξεικονίζει δέ τινα τῶν τῆς βίβλου ταύτης Θεοδωρίτος... ἐν τῇ φιλοθέῳ αὐτοῦ ἱστορίᾳ (*Menaea Octobris*, Venetiis, 1628). Quis sit liber ille, nondum exploratum habemus, neque ex ullo alio scriptore adhuc constare credimus. At saltem viginti tres Demonstrationes alphabeticae his indiciis minime designantur.

[3] Lequien, *Oriens christianus,* Parisiis, 1740, t. II, c. 1107.

Aphraates, ut diximus, extra fines Imperii, et sub Persarum degens dominatu, adversus Gnosticorum sectas, in his partibus pullulantes, non semel invehitur; Arianorum autem nomen vel doctrinam, etiam cum Filii divinitatem tractat ex proposito (vid. Demonstr. XVII), ne ullo quidem verbo praestringit, quippe quae extremas Syriae persicae oras, ultra fines romanae ditionis, non pervaserat. Ecquis vero sibi persuadebit sanctum Iacobum Nisibenum, quem Nicaenae fidei defensorem dicunt studiosissimum exstitisse, de fide disputasse, neque arianam haeresim nominatim appellasse, ut pestem a suis sermone propulsaret?

Ad summum accedat argumentum ex epistolarum indictione sumptum. Istas enim iam novit lector annis 336-337, 343-344 et 345 conscriptas esse; sanctus autem Iacobus Nisibenus anno 338, post primam suae civitatis oppugnationem, vita functus est, auctore primum Assemano (ex Dionysio Telmaharensi, et Chronico Edesseno), deinde spectatissimo viro G. Bickell, qui, sancti Ephraemi praesertim testimoniis, Theodoretum et Philostorgium confutans, annum obitus sancti Iacobi, et veram episcoporum Nisibenorum seriem solidis argumentis definivit[1].

Fallit ergo ac fallitur presbyter massiliensis, qui libros alterius Iacobi alteri addixit; et summi iuris est Aphraati « Sapientis » cognomen, a nemine praeter Gennadium, Iacobo Nisibeno, qui « Magnus » appellabatur, impositum, restituere[2].

9. Mendacis huius opinionis aliud testimonium exstat in inscriptione translationis armeniacae operum Aphraatis, ab ipso archetypo brevi intervallo separatae. Hanc quippe Venetiis, circa annum 1719, cura Petri Mechitaris, ex pervetusto, ut aiunt, exemplari armeniaco, a quodam monachorum descriptam, atque, rogatu Assemani, ad Vaticanam Bibliothecam transmissam[3], Ni-

[1] Assemani, *Bibliotheca Orientalis*, t. I, pp. 17, 18; G. Bickell, *Carmina Nisibena, additis prolegomenis et supplemento lexicorum syriacorum*, Lipsiae, 1866, p. 20.

[2] Quis sit ille Iacobus « Sapiens » **զգօն** quem inter et Gregorium Illuminatorem cognationis vinculum Armeni dicunt exstitisse inexploratum relinquitur. Vid. Zenobium Klagensem apud V. Langlois, *Collection des historiens anciens et modernes de l'Arménie*, Paris, 1867, p. 343.

[3] Codicem illum recenset Assemani, inter codices arabicos (*Bibliotheca Orientalis*, t. I, *Index codicum mss. quos auctor ex Oriente advexit*, n° XCV, p. 632) haec iungens : « *In fol.* 132. Codex Armenicus exscriptus ex pervetusto exemplari, quod prostat Venetiis in Hospitio Monachorum Armenorum, et a Petro Mechitar, eorumdem Monachorum abbate, dono oblatus Sanctissimo Domino Nostro ». (Cf. *Ibid.* p. 557.) Idem videtur in Catalogo Bibliothecae Vaticanae hoc titulo designari : « *S. Iacobi Nisibeni Sermones, itemque Epistola S. Gregorii Illuminatoris ad eumdem S. Iacobum*, litteris cursivis. Codex recens ». (Codices armeniaci Bibliothecae Vaticanae, n° IX, apud Mai, *Scriptorum veterum nova Collectio*, Romae, 1831, t. V, p. 242.)

colaus Antonelli latina interpretatione donavit, et utrumque textum Romae, anno 1756, edidit[1].

Liber autem proponit Aphraatis tractatus numero undeviginti, ficto Iacobi Nisibeni nomine, cum Epistola Interrogatoris, sancto Gregorio Illuminatori, quem Armeni suum habent apostolum, adscripta; eamque translationem Antonelli pro authentico habet exemplari. Erroris origo a nobis iam

[1] Antonelli, *Sancti Patris nostri Iacobi, episcopi Nisibeni, Sermones, cum praefatione, notis et dissertatione de Ascetis, quae omnia nunc primum in lucem prodeunt*, Romae, 1756, typis S. C. de Propaganda Fide, iterum Venetiis, 1765, et apud Gallandi, *Bibliotheca veterum Patrum*, t. V (pp. i-clxiv), Venetiis, 1788. Armeniaca lingua tantum prodiit Constantinopoli, 1824.

Aphraatis Demonstrationes, ficto sancti Iacobi Nisibeni nomine apud Mechitaristas Venetos S. Lazari quinque codicibus, prout assecuti sumus, continentur.

Cod. 1357 n° VI, 4, cartaceus, caractere autem quem dicunt nodrakir exaratus, continet (foll. 415-642) Epistolam interrogatoris, et Demonstrationes vel Sermones decem et octo, eosdem quippe, eodem ordine, iisdemque cum titulis qui in syriacis nostris exemplaribus inveniuntur. In hoc codice omittuntur editionis nostrae Demonstrationes XIV *Exhortatoria*, quae in editione Antonelli seorsum ab aliis, ut diximus, ponitur; — XX *de Sustentatione pauperum*; — XXI *de Persecutione*; — XXII *de Morte et novissimis*; — XXIII *de Acino*; quae neque in dicta editione, neque in ullo e ceteris codicibus reperiuntur.

Cod. 360, n° IX, 3, cartaceus, caractere nodrakir, post titulum (fol. 1) Sermones exhibet decem et septem cum Epistola interrogatoris (foll. 3-342); eosdem quos praecedens, parique ordine dispositos, praetermisso tamen Sermone XIV (editionis nostrae XV) *de Delectu ciborum*.

Cod. 562, n° VIII, 5, continet (foll. 1-192) Epistolam interrogatoris, cum Sermonibus decem et septem, omissa *Refutatione adversus Iudaeos dicentes synagogam instaurandam esse* (in cod. 1357 XVIII; in nostra editione XIX), ceteris vero ea dispositione collocatis : X *de Pastoribus*; — XII (sic) *de Circumcisione*; — XIII *de Sabbato*; — XI (sic) *de Distinctione ciborum*; — XIV *de Pascha*; — XV *de Ingressu gentium*; — XVI *Demonstratio quod Christus sit Filius Dei*; — XVII *de Virginitate et Sanctitate contra Iudaeos*, incompletam.

Cod. 194, n° III, 3, saeculi XVI, cartaceus, Epistolam interrogatoris et novem priores Demonstrationes complectitur (foll. 1-286), omisso primae (fol. 3) septimaeque (fol. 201) titulo, secunda vero (Universa lex) *De Fide* (f. 30), et sexta (Verum est verbum), *De Paenitentia* (fol. 201) falso inscriptis. Nona vero imperfecta ad § 13 nostrae editionis relinquitur. Nota ad calcem posita monemur amanuensem anno 1060 aerae armeniacae, p. Chr. 1611, vita excessisse.

Cod. 98, n° II, 5, caractere nodrakir, easdem novem Demonstrationes cum Epistola interrogatoris exhibet (foll. 217-340), omissis similiter primae (fol. 217) septimaeque (fol. 303) titulis, et secunda falsum titulum *de Fide* (fol. 228) gerit. Nona pariter loco dicto deficit. Sexta vero grandem partem § 2 quae in aliis codicibus et in editione Antonelli desiderantur integram habet (foll. 283, l. 17-287, l. 5).

Tandem cod. 526, n° VI, 3, Sermonem continet *S. Iacobi patriarchae Nisibeni De Resurrectione mortuorum* (foll. 241-258).

Animadvertendum erit ex his codicibus nullum editioni Antonelli ex integro respondere, ex quo colligi posset exemplar a Mechitare Clementi XI oblatum ex pluribus simul manuscriptis forsan exaratum fuisse.

explicata est, neminique dubium erit quin e cognomine utrique communi profecta fuerit, et pro Iacobo Aphraate, ignoto viro et dissitae regionis incola, alius celebrioris famae subditus fuerit. Hunc commenticium rumorem videmus iam saeculo quinto invaluisse, cum nempe Gennadius scribebat. Verum antiquiores Armenorum auctores, ut Faustus Byzantinus, Moyses Chorenensis, et Menologium Armenorum, dum sanctum Iacobum Nisibenum commemorant, vitam quidem resque praeclare gestas narrant; at de ipsius libris nihil legitur, primusque, ut videtur, e scriptoribus Armenis Gregorius Narekensis (qui circa annum 1003 obiit) episcopum Nisibenum scriptoribus inseruit, omissa tamen operum designatione, eum proponens velut unum e confessoribus, qui fidem nicaenam canonibus mandantes definierunt. Ipse, inquit, arianam haeresim gladio verbi destruxit et dissolvit : *Ի կանոնագրիցն հաստատահիման դաւանութեան հարցն նիկիոյ ։ Քակիչ լուծանող անպարտաւոր խաղմամբ սուսերաւ բանի արիոսեան բաժանմանն և այլն.* Et infra eum asserit libros scripsisse salutares mundo, in quibus [fidem] definivit, maledicentium ora repressit, et indelebiles canones perpetuo stabilivit[1].

Error autem editorum sub lectoris iudicium cadet dum inspiciet indicem :

	CODICES SYRIACI.	GENNADIUS.	VERSIO ARMENIACA ANTONELLI.
			SANCTI PATRIS NOSTRI IACOBI NISIBENI SERMONES.
	Epistola Interrogatoris.		S. Gregorii Illuminatoris Epistola.
I.	De Fide.	De Fide contra omnes haereses (I).	De Fide (I).
II.	De Caritate.		De Dilectione (II).
III.	De Ieiunio.	De Caritate generali (II).	De Ieiunio (III).
IV.	De Oratione.	De Ieiunio (III).	De Oratione (IV).
V.	De Bellis.	De Oratione (IV).	De Bello (V).
VI.	De Monachis.	De Dilectione in proximum speciali (II *bis*).	De Devotis (VI).
VII.	De Paenitentibus.		De Paenitentibus (VII).
VIII.	De Resurrectione mortuorum.	De Resurrectione (VIII). De Vita post mortem (VIII *bis*).	De Resurrectione mortuorum (VIII).
IX.	De Humilitate.	De Humilitate (IX).	De Humilitate (IX).
X.	De Pastoribus.	De Patientia (IX *bis*).	De Pastoribus (X).
XI.	De Circumcisione.	De Paenitentia (VII).	De Circumcisione contra Iudaeos (XI).
XII.	De Paschate.	De Satisfactione (VII *bis*).	
XIII.	De Sabbato.	De Virginitate (XVIII).	De Sabbato contra Iudaeos (XIII).
XIV.	De Exhortatione.	De Sensu animae (VI ?).	
XV.	De Distinctione ciborum.	De Circumcisione (XI). De Acino benedicto (XXIII).	De Ciborum delectu (XV). De Paschate (XII).
XVI.	De Gentium electione.	De Christo quod Filius Dei	De Ingressu gentium loco

[1] Gregorii Narekensis, *Oratio panegyrica prima in sanctum Iacobum Nisibenum Liber precum*, Constantinopoli, 1726, armeniace p. 322. Vid. V. Langlois, *Collection des historiens anciens et modernes de l'Arménie* (*Agathange*, ch. CXXVII), p. 190.

XVII. De Christo Dei Filio.
XVIII. De Virginitate.
XIX. De Iudaeis non congregandis.
XX. De Sustentatione pauperum.
XXI. De Persecutione.
XXII. De Morte et novissimis.
XXIII. De Acino.

sit et consubstantialis Patri (XVII).
De Castitate (XVIII *bis*).
Adversus Gentes (XVI ?).
De Constructione tabernaculi (XIX).
De Gentium conversione (XVI).
De Regno Persarum (V).
De Persecutione Christianorum (XXI).
Chronicon (XXIII *bis*).

populi Iudaeorum, seu de gentium vocatione et reprobatione Iudaeorum (XVI).
Demonstratur Christum esse Filium Dei (XVII).
De Virginitate et sanctitate adversus Iudaeos (XVIII).
Refutatio adversus Iudaeos dicentes propediem synagogam instaurandam esse (XIX).
Sermo unicus de adversitate et schismatibus quae fiunt alicubi in provinciis, et de superbia et arrogantia et pugna certaminis (XIV).

Verumtamen sententia mendax inter Armenos quondam vulgata, e falsa nominum acceptione pendens, a nemine poterit ultra defendi, si cum textu syriaco, nunc publici iuris facto, armeniaca editio Antonelli componatur. Decidit enim in ista series alphabetica, et praeter id quod tractatus quatuor omissi sunt, posteriorum ordo, reclamante auctore, pessime commutatus est (vid. Demonstr. XIII, 1, et XXII, 26).

A syriacis exemplaribus insuper recedit praetermissis interdum pluribus lineis; v. gr. in Demonstratione XII, 10 post initium, quae dicuntur de Iohannis baptismate : « Nam quamdiu cum discipulis conversatus est, » usque ad locum Act. I, 5, relicta sunt; item in Demonstratione XIII, 5, locus Gen. VII, 1, qui in exemplari syriaco ter citatur, in armeniaco coarctatur; in Demonstratione II, 20, post memoratam sanandi potestatem Apostolis traditam, translator neglexit incisum : « Nobisque per eorum manus pariter »; scribit in Demonstratione V, 13 : « Imperium tradidit filiis Esau », pro « Imperium tradidit Romanis, qui vocati sunt filii Esau ». Breviat etiam citando locum Ioh. XIII, 4-15 (Demonstr. XII, 10); item sententias coarctat in Demonstratione X, 5. Sed etiam paginae totae praeteritae sunt : ita in Demonstratione IV, 6 post haec verba : « Eum cum duabus turmis iterum adibit : una populi, altera gentium », huius editionis cc. 149, l. 15-161, l. 12 omissis, transit ad § 11 medium, hoc modo : « [Sed iterum de oratione dicit Dominus noster :] Ubi sunt duo vel tres congregati in nomine meo ». Praetermittit in Demonstratione XIX, 9 fere integrum locum Dan. IX, 1-19, qui in archetypo bis adducitur; et in Demonstratione VIII, capita duo 21 et 22, consulto, ut videtur, praeterit, eo modo (§ 20) : « Fides nostra docet, quando dormiunt homines, animas iustorum quidem ad Deum ire, peccatorum vero ad gehennam, (§ 23) sicut dicit Apostolus : *Cum peregrinati fuerimus a corpore* ». In Demonstratione VI, scripto « Ut ab ira

ventura liberemur », claudit caput primum, omittens rursus cc. 241, l. 25-256, l. 3.

Modo etiam variat verborum maiore explicatione : Demonstr. ii, initio : *Lex et prophetae pauca sunt et non sufficiunt ad placendum et ad persuadendum eum* օրէնք, և մարգարէք սակաւք են, և ոչ են բաւական 'ի հաճել, և 'ի հաւանեցուցանել զնա (Antonelli, p. 20). Demonstr. xiv, 37 : *Intuentur ad petendum : Da mihi* նայեցողք առ 'ի խնդրել, թէ տուր ինձ (p. 437), pro syriaco nimis conciso : ܢܛܪܝܢ ܠܗܒ ܠܝ « observantes ad τὸ Da mihi ». *Ibid.* 39 : « Ut perveniamus ad portum », addit *tranquillae pacis* անդորր խաղաղութեան (p. 438). Cf. *ibid.* 35 (p. 432). Demonstr. iii, 14, post locum II (IV) Reg., xix, 35, inserit clausulam e Demonstratione v, 3 desumptam : *Precibus Ezechiae regis, adiuvante eum Isaia, qui fuit gloriosus inter prophetas* (p. 61). In Demonstratione xix, 8, pro « Medis » habet *Parthos* պարթևաց (p. 394); et *ibid.* 13, pro « Nisan » mensem *Mareri* մարերի (p. 398).

Inde provenit aliquando sensus depravatio : Demonstr. xi, 11 « In multis similitudinibus exstitit regnum Dei » redditur : *Primo et ante omnes similitudines legis constitutum est Verbum Dei* նախ և յառաջ ամենայն նմանութիւնս օրինաց հաստատեցաւ բանն Աստուծոյ (p. 307); Demonstr. xiii, 5 pro « Voluit mundo fieri ex eo renovationem » *Voluit ut ex eo fieret alterum* խմոր fermentum *multiplicationis procreationis hominum* (p. 313); *ibid.* : « Henoch... et omnes generationes quae eum subsecutae sunt », cuius loco dicitur : *Henoch... et iusti omnes qui iis similes sunt* և արդարքն ամենայնքն, որք սոցին նման են (p. 312); Demonstr. xiv, 37 « Hi sunt amor immutatus » vertitur *genus transactum* անցեալ սեր (p. 436); sed praestat legere սէր « amor praeteritus »; Demonstr. xii, 6 « Qui corpus suum manducavit, et bibit suum sanguinem » ita mitigatur : *Cuius* կերաւ *manducatum est corpus, et sanguis* արբաւ *haustus est* (p. 342).

Labitur etiam translator claro lectionis mendo, et legit ܐܠܐ *sed* « բայց » pro ܐܢܐ « ego » (vide Epistolam Interrogatoris, initio, p. 1, not. 2); ܐܘ *O!* pro ܐܘ « vel », et vice versa; ܚܙܐ *vidit* pro ܚܕܐ « una », et alia, quae, sive ex propria translatoris culpa, sive codicis syriaci quem adhibuerit vitiositate orta sunt [1].

Tandem Scripturae loca ad armeniacam seu graecam Bibliorum versionem sunt accommodata : Gen. xlix, 3, 4 (Demonstr. viii, 8); Is. xi, 12 (Demonstr. i, 9); Matth. v, 4 (Demonstr. ii, 17), ubi pro « exorabuntur » (vid. infra § 11) legitur *consolabuntur* մխիթարեսցին (p. 41); I Cor. xv, 51 : *Omnes resur-*

[1] Animadvertendum erit in his solummodo editiones armeniacas prout typis subiectae sunt directe increpari, cum e codicum inspectione pateat ex his quae desunt nonnulla corrigenda atque supplenda esse. V. gr. ingens haec rima Demonstrationis vi, ultimo loco significata (supra pp. xxxiv et xxxv), e codice S. Lazari 98, n° ii, 5 foll. 283, l. 17-287, l. 5) suppletur.

genus, sed in resurrectione non omnes immutabimur ամենեքեան ննջեսցուք · այլ 'ի յարութեան ոչ թէ ամենեքեան նորոգեսցուք (p. 232). Aliter Aphraates, ut videre erit in Demonstratione VI, 18.

His demum accedit, ut iam prius dictum est, quod libri annis 337-345 exarati, dici nequeant, nisi absurde, scripti fuisse a Iacobo Nisibeno, qui anno 338 obiit, ad Gregorium Illuminatorem, qui circa annum 330 vel saltem ante annum 337 vitam exegerat[1].

Quibus argumentis satis revelatur opus translatum, non archetypum, armeniacis litteris nobis exhiberi, licet ipsum Antonelli habeat pro exemplari authentico, auctorem tamen, natione Syrum, syriaca Scripturarum versione aliquando usum fuisse agnoscens[2].

Verumtamen multum abest ut documentum armeniacum aspernemur, quo ostenditur primigenium opus in his regionibus tanti fuisse aestimatum, ut mox e syriaca armeniacae linguae traditum fuerit. Translationis aetas nullo quidem documento exacte significatur; at ipsius indole antiquitas indubie declaratur: prisca verba offert, formasque iamdudum ab usu remotas, praesertim coniunctivum imperfecti : թէ դնիցէին օրէնք (p. 21) *quod lex poneretur* (Demonstr. II, 2), զի տայցէր (p. 38) *ut redderet* (*ibid.* 14), որպէս զի արդարանայցէին (p. 312) *ut iustificarentur* (Demonstr. XIII, 3), quod iam non in classicis, quos vocant, auctoribus, sed tantummodo in antiquioribus Scriptoribus legitur; necnon sermonis perplexitates, ceteris scriptis e graeca et latina in armeniacam linguam translatis, quod ipsi fatentur Armeni[3], communes. Alio modo interpretationem Bibliorum utriusque Testamenti, circa annum 430 apud Armenos conditam, translator, ut supra notabam, in scribendo insumpsit, vel cum sensus authentici iactura; unde colligimus ad initium aureae illius aetatis litterarum armeniacarum, seu medium saeculi quinti, translationem adsignandam esse, quo quidem tempore, universa multitudine a Graecis atque a Syris tandem ad fidem perducta, S. Mesropes, praecipuus armeniacae scripturae auctor, Isaacus Magnus, eorumque discipuli, cum inclitam illam sacrorum Bibliorum translationem, non ex unica versione septuagintavirali, sed etiam Peshitae Syrorum adhibita ope, egregie confecissent, iidem fidei apud suos et litterarum conditores, summopere curarunt ut gentis suae iuvenes delecti peregre mitterentur, qui exterorum litteras addiscerent, eorum-

[1] *Acta Sanctorum*, t. VIII Septembris, p. 319.

[2] *Sancti Patris nostri Iacobi episcopi Nisibeni Sermones*, p. 7, not. 3 et 4; p. 13, not. 2. Cf. p. 18, not. 3 in fin.

[3] Մանաւանդ որ առ մեզ որ 'ի յոյն լեզուէն, կամ յասորւոյն թարգմանեալ մթայլ առեալ է 'ի հայ լեզու : « Ea praecipue apud nos quae de lingua graeca vel syriaca interpretata fuerunt, obscure versa sunt in linguam armeniacam. » (Gregorius Narekensis. *Explicatio Cantici Canticorum*, Venetiis, 1789, armeniace, pp. 27-28.)

que scripta, studiose conquisita, armeniaca civitate donarent[1]. Eaque ratione sancti Ephraemi carmina e Syris, cum nonnullis libris Patrum occidentalium e Graecis, in armeniacum sermonem hac tempestate conversa sunt, dum uterque populus frequentissimo rei religiosae et litterariae commercio inter se iungebantur.

Haec porro Aphraatis operum translatio, deducta ratione lapsuum mendorumque minoris momenti quae superius deprehendimus, auctorem praebet linguae syriacae pariter et armeniacae peritissimum, sensui magis quam verbis ipsis fideliter reddendis curam adhibentem; quandoque vero verba totidem verbis convertendi adeo sollicitum, ut, quod modo declarabam, mera sermonis semitici idiomata, quae Armenorum lingua vix recipit, subtiliter expresserit. Tales sunt constructiones verbi cum suo ipsius infinitivo, ut ܗܦܟܝܢ ܡܗܦܟܝܢ .քակելով .քակէին (p. 6) « evertentes evertebant » (Demonstr. I, 6); duorum verborum copulatio ܚܛܦ ܢܣܒ ܠܗ յափշտակէ առնու զնա (p. 44) « rapit accipit illud » sive « raptim accipit » (Demonstr. XIV, 43), ܘܓܒܘ ܢܣܒܘ և ընտրեցին առին (p. 446) « et elegerunt acceperunt », sive « elegerunt accipere » (*Ibid.*, 44), *et immissus repletus est thesauro magno et vehementi* և արկեալ լցեալ է 'ի մեծ, և 'ի սաստիկ գանձէ անտի (p. 433), pro syriaco ܘܫܕܐ ܘܡܠܐ ܡܢ ܣܝܡܬܐ « immissus [ei est thesaurus], et repletus [ipse] est thesauro » (*Ibid.*, 35); particulae ܕ, usus cum pleonasmo : ܙܪܥܐ ܗܘ ܕܒܗ ܥܡܡܐ ܐܬܒܪܟܘ « semen illud per quod (quod per illud) որ նովաւ (p. 23) gentes benedictae sunt » (Demonstr. II, 3); ܐܕܡ ܗܟܝܠ ܕܒܪܟܗ ܐܠܗܐ ܘܐܡܪ Արդ զադամն զի օրհնեաց Աստուած, և ասաց (p. 375) « Adae itaque *quod ei* benedixit Deus, et ait » (Demonstr. XVIII, 2); aliaeque singulares vocum constructiones et loquendi formulae, Indoeuropaeis fere alienae, quae in supradicta versione passim reperiuntur.

Quem fructum commoditatemve documentum illud syriaco authentico afferat nemo non videt, cum non solum archetypi authenticitatem in universum comprobet, sed docta utriusque textus collatione, qualem Sasse instituit[2], syriacus armeniaco severius emendari, rimae expleri, incerta quaedam explicari, erroresque reprehendi queant.

[1] Moyses Chorenensis, *Historia Armeniae*, l. III, cc. 53, 54, Venetiis, 1841, pp. 357 seqq. Idem scriptor testis est Saporem, cum adhuc Persae Armeniam obtinerent, libros graecos combussisse, linguae persicae usum imperantem, et syriaca quidem, minime vero graeca, in armeniacum sermonem vertere sivisse (cc. 36 et 54, *ibid.* pp. 324 et 361). Vid. F. Nève, *l'Arménie chrétienne et sa littérature*, Louvain, 1886, pp. 22, 24; V. Langlois, ***Collection des historiens anciens et modernes de l'Arménie***, pp. XII, XIII, XXII, XXIII. Asserunt tandem eos qui primum in Armenia episcopi presbyterique ordinati sunt Syros fuisse (***Ibid.*** p. XIV).

[2] F. I. Sasse, *Prolegomena in Aphraatis, Sapientis Persae, sermones homileticos*, Lipsiae, 1879, pp. 27-30.

Sic Epistolae Interrogatoris initium, quod in codicibus syriacis deest, ex armeniacis restituitur. In Demonstratione xiv, 45, versio comprobat authentici lectionem ܟܠܘ « prohibete Ieremiam » *խափանեցէ՛ք, արգելեցէ՛ք impedite, prohibete* (p. 447), contra lectionem Peshitae ܟܐܘ « increpate » (Ier. xxix, 27). In eadem Demonstratione § 8, cum textus syriacus ܘܐܫܬܟܚ ܠܘܬܟܘܢ ܐܚܘܢ ܚܕ ita vertatur : *և արդ գտաւ առ մեզ եղբայր մի et nunc repertus est apud nos frater unus* (p. 408), lectio ܐܚܘܢ « frater noster » (quae in ܐܚ̈ܝܢ « fratres nostri » corrigenda visa erat[1]) sincera ostenditur; nec deterior fit sensus quod ܠܘܬܟܘܢ « apud vos » a secunda ad primam personam transferatur. Loco Deuteronomii xxii, 6, 7, textus hebraicus et omnes versiones referunt « pullos » (Peshita ܦܪ̈ܘܓܐ), pro quo Aphraates (Demonstr. xiii, 9) ܒܝ̈ܥܐ, et eiusdem versio armeniaca *ձուք* (p. 315) « ova ». Tandem apud Ionam iii, 11, noster numeravit ܡܐܐ ܘܥܣܪܝܢ ܐܠܦܝ̈ܢ « centum viginti millia » (Demonstr. xiv, 5); pariter Armenus translator *հարիւր քսան հազար* (p. 407); Peshita vero ܬܪܬܥܣܪܐ ܪ̈ܒܘܢ « duodecim myriades ».

Ut demum absolvamus quae de armeniaca translatione dicenda erant, monemus cum Sasse hunc textum, prout typis subiectum fuit, tum editorum, tum ipsorum codicum vitio, mendis corruptionibusque scatere; versione vero latina Antonelli « ei qui linguae syriacae aut armeniacae est imperitus magna cum cautione utendum esse, nam paraphrasis in universum magis est quam fida versio, quae nonnullis in locis ne sensum quidem archetypi armeniaci reddidit[2] ».

Haec vero pro exemplis sunto : In Demonstratione ii, 20, pro *բաժինս եարկ յերկիր, վասն բազում՝ շինութեան իւրոյ* « divisiones misit in terram propter aedificationem suam multam », Antonelli vertit : *Divisiones gratiarum misit in terram, ad spiritualem multorum aedificationem;* et confert Eph. iv, 8, 12 (p. 41). In Demonstratione xiii, 12, pro *ոչ եթէ ընդ մահ, և ընդ կենաց եդեալ է* « non quod inter mortem et vitam positum sit », quod syriaco simile est, exponit : *Non quia ex eo mors et vita sit* (p. 309). Sub fine etiam Demonstrationis xiv, mensem *քաղոց qaghots* « decembris », quo in exemplari armeniaco indicitur epistola, Antonelli nullo iure vertit *mensem maii* (p. 452). Alium locum (Demonstr. xiv, 37) : « Quaestus cupidi, veracium derisores,... concordiam turbantes,... hic atque illic circumloquentes... Hi sunt qui pharetram avertunt (sc. desertores) a bello; [quorum] Deus venter [est], inverecundi » ... *օգտամոլովք : Զաղէշք զատուգօք ...: Միաբանամոլոնք, ...: Շրջաբանք այսր և անդր ...: Սոքա են կապարճադարձոյք 'ի պատերազմէ, սատուածապորտք, և անամօթափառք* : ita vertit : *Congregatores utile quaerentium, despectores certitudinem quaerentium,... vagabundi, loquaces... Hi sunt avertentes pharetram a bello, umbilici Dei, et quaerentes*

[1] Vid. *Revue critique*, Paris, 6 mai 1889.

[2] Sasse, *Prolegomena*, p. 31, not.

gloriam ab ignobilibus (p. 435, 436); item aliud pernotum (Demonstr. xv, 2) : « Haec est autem conscientia infirmorum » *և այս խմաստ հիւանդացելոց է* translulit : *Sed ita sapiunt qui mente debiles atque infirmi sunt* (p. 322, 323). Apud eumdem (p. 8) legitur Spiritum sanctum requievisse super Christum cum septem *donis* (Demonstr. I, 9), ubi, pro ܣܘܥܪܢܐ « factum, effectus, operatio », etiam « visitatio », scite reposuerat translator armenus indefinitum nomen *իր*, quod « rem, negotium, opus, factum » significat. Initio Demonstrationis II, vocem *հաւանութեամբ* « persuasione », quae syriaco ܒܦܝܣܐ convenit, male accipiens Antonelli, locum ita vitiavit : *Universa lex et prophetae in duobus mandatis* mira quadam conspiratione *pendent* (p. 20). Eamdem autem vocem infra (§ 8 init.) per « explicationem », sive « probationem » melius vertit (p. 31). In Demonstratione XVIII, 3, ܒܟܝܢ ܙܘܘܓܐ « in ipsa natura coniugii » *'ի նոյն բուն բնութեան ամուսնութեան* perperam exprimit : *In ipsis germinantis naturae initiis* (p. 376). In Demonstratione VI, 5, allegato loco I Cor. IX, 5, Aphraates addit : *այլ ոչ արժան է, ասէ, և ոչ վայելէ* « Non vero dignum est, *ait*, nec conveniens »; sed Antonelli de suo reposuit : « Dicit autem et non fecit, *quia neque convenit neque decet* » (p. 210). Tandem in Demonstratione II, 10, locum Isaiae XXXIII, 1 non recognovit (p. 34, not. 2), licet eumdem alibi (Demonstr. XIX, 2) recte allegaverit (p. 387); et alios post se decepit, signans in Demonstratione IV, 17 locum Ps. LVI, 9, 10, 11 (p. 75), pro Ps. CXIX (CXVIII), 62.

Cetera missa facio. At e locis adductis prudens lector sententiae clarissimi viri modo prolatae plane subscribet, votoque expetet ut aliquis exoriatur, qui Aphraatis armenizantis textum recognoscat et probe vertat.

Necnon Aethiopes eosdem qui dicuntur Iacobi Nisibeni Sermones cognoverunt. Apud nos enim superest in eorum linguam translata Demonstratio quinta de Bellis, in codice saeculi decimi octavi [1], hoc praemisso titulo :

በስመ ፡ አብ ፡ ወወልድ ፡ ወመንፈስ ፡ ቅዱስ ፡ ፩አምላክ ። ድርሳን ፡ ዘአባ ፡ ያዕቆብ ፡ ጳጳስ ፡ ዘሀገረ ፡ ንጽቢን ፡ ዘከመ ፡ መጽአ ፡ ንጉሠ ፡ ፋርስ ፡ በመዋዕሊሁ ፡ ውስተ ፡ ሀገረ ፡ ንጽቢን ። *In nomine Patris et Filii et Spiritus sancti unius Dei. Amen. Homilia Patris Iacobi papae urbis Nisibis : quomodo in diebus eius ingressus sit rex Persidis urbem Nisibim.*

Sequitur textus, quem cum textu syriaco editionis nostrae obsequentissime contulit Franciscus Thureau-Dangin, olim Instituti Catholici Parisiensis alumnus, cuius praecipuas adnotationes, prout ad syriacum exemplar illustrandum valeant, hic gratissime refero.

[1] Hic codex aethiopicus in Bibliotheca Nationali Parisiensi adservatur *Fonds éthiopien*, nº 146, fol. 245 *b*-fol. 252 *a*. Vid. H. Zotenberg, *Catalogue des manuscrits éthiopiens de la Bibliothèque Nationale*, Paris, 1877, p. 248, c. 2.

Aethiopicae versionis auctor a textu syriaco in nonnullis discedit, sive quod aliquid omittit, sive quod alia aliis verbis explicat, quo sensus interdum legenti clarior, saepius vero deterior evadit.

Ita omittit, ad similitudinem versionis armeniacae c. 188, l. 14 ܘܟܠܗ̇... ܘܩܛܠܐ; c. 207, l. 9 ܘܚܬ ܗܘܐ; c. 192, ll. 16-25 ܠܡܕܝܢܬܐ ܘܢܦܩܘ, ita ut initium § 5 prorsus nequeat intelligi.

Alia vero plurima immutat, videlicet pro « Ierusalem » ponit **እስራኤል፡** *Israel* (c. 197, l. 22), **ጽዮን፡** *Sion* pro « Iuda » (c. 200, l. 2), **መልአከ፡ እግዚአብሔር፡** *Legatos Domini* pro « Vigilibus » (c. 188, l. 13); ܫܢܐ « dentes » reddit **ክንፍ፡** *alas* (c. 213, l. 5); videtur legisse pro ܛܪܦܘܗܝ « folia » (c. 204, l. 6) ܣܘܦܘܗܝ **አዕፁቂሃ፡** *fines eius;* pariter § 12, pro « ut perderet regnum » ܠܡܘܒܕܘ (c. 208, l. 22), ܠܡܕܒܪܘ **ወከሀለ፡ ዓቂቦታ፡ ለመንግሥት፡** *ut duceret*, quo textus ipse posset emendari. Locum Scripturae allegatum (c. 228, l. 25) Ezechieli, nomine citato, restituit.

Alibi personam grammaticalem mutavit; v. gr. § 8 (c. 201, l. 4) secunda pluralis loco tertiae singularis invenitur; § 4 (c. 189, l. 115) epiphonema, textui Isaiae subiectum, in ore Dei ponitur, ex quo sententia leviter immutatur. Falsa praesumptione ductus ponit **ንጉሠ፡ ፋርስ፡** *regem Persarum* pro « Assyriis » § 11 (c. 192, l. 12), alibi pro « Babyloniis » (c. 196, l. 24), et ait, Ezechiae divitias Babylone eductas, non Babylonem devectas fuisse (c. 196, l. 25). ܕ ܐܬܩܢ *Christus* quidem redditur **ክርስቶስ፡** (196, 19); superius vero (c. 196, l. 16) per *populus* **አሕዛብ፡** ; ܪܫܐ ܕܨܘܪ « Princeps Tyri » per **ሔረም፡** *Hiram* transtulit (c. 201, ll. 19, 20; c. 204, l. 12); biblicos fontes aliquando falso adduxit.

At loca difficiliora magis corrupit, ut c. 201, l. 20, seqq., ubi ܟܪܘܒܐ ܡܛܠܠ « cherub obumbrans » non intellexit, vertens **ለንጉሠ፡ ቅቡዕ፡** (sic) *rex unctus*, alibi **ለንጉሠ፡ ፋርስ፡** *rex Persidis* (c. 197, l. 10), unde totius loci textus confunditur. Item § 4, Isaiae verba adversum Sennacherib; § 13, textus Danielis cum huius explanatione de imperio romano (c. 209, ll. 1-7, 18-24), tandem § 22 cum sequentibus, usque ad § 25 inceptum, a textu syriaco magis recedunt, cum a translatore immutata sint, et quidem pessime.

CAPUT TERTIUM

APHRAATIS DOCTRINA

10. Aphraatis auctoritas et meritum. — 11. Doctrina Aphraatis de sacra Scriptura : eius opinio de usu Scripturae. De divisione et canone Scripturarum apud Aphraatem V. T. et N. T. Versio qua usus fuerit in V. T., in N. T. Auctoris lapsus in citanda Scriptura. Exegesis Aphraatis. — 12. Aphraates ecclesiasticae traditionis testis : de opinionibus iudaicis ab Aphraate receptis; de traditione christiana. — 13. Theologia Aphraatis : a) Doctrina de Deo et Trinitate; b) de peccato; c) de B. M. V.; d) de angelis; e) de Ecclesia. — 14. De Sacramentis : de baptismo, eucharistia, paenitentia et confessione, oleo sacro, manuum impositione. — 15. Aphraatis opinio de anima et novissimis : a) de distinctione animae et spiritus; b) de statu animae post mortem : c) de resurrectione; d) de iudicio ultimo. — 16. De aliis doctrinae capitibus : a) dogmaticis, b) disciplinaribus. — 17. Sententia de mille annis durationis mundi. — 18. Chronologia Aphraatis : computus annorum ab initio mundi. De erroribus Aphraatis in chronologia biblica. — 19. De stilo et modo scribendi et utilitate litteraria operum Aphraatis. — 20. De utilitate historica operum Aphraatis : historia Orientis, romana, ecclesiastica, monastica. — 21. Hodiernorum de auctore sollicitudo. — 22. Codicum descriptio, et praesentis editionis constitutio.

10. Testimoniorum de fide et disciplina in priscis Ecclesiae temporibus diligenti conquisitori occurrit Aphraates, testis antiquus, qui ceteros omnes scriptores syriacos ecclesiasticos, excepto sancto Simeone Barsabae, aetate praecurrit, cuius eo maior auctoritas et pondus, quod in remotis regionibus degens, et ambitu vehementium disputationum quarti saeculi exemptus, antiquiorem refert traditionem, adeo ut, quamvis paulo post concilium Nicaenum opus texuerit, Arianorum sectam non memoraverit, nec nisi paucas haereses et vetustiores, Gnosticorum, Iudaizantium Manichaeorumve, stilo insectatus fuerit.

Sive igitur adversus eos Ecclesiae fidem propugnat, sive christianorum mores et disciplinam informat, homo haud dudum ignotus se ostendit ceteris scriptoribus huius aevi minime imparem, verae doctrinae tenacem, cuius librorum cognitione et editione catholicae Ecclesiae non parum accedit emolumenti.

11. Ut vero a sancta Scriptura examinatio doctrinae ordiatur, primo loco laudandus est Aphraates ob diligentem sacrarum litterarum lectionem et summam peritiam, quarum thesauro invenitur eius opus mire refertum.

Scripturae sacrae discipulum se profitetur (Demonstr. XXII, 26), nec proprio ingenio loqui vult, sed Scriptura magistra (Demonstr. V, 8; XIV, 47; XXII, 26). Eam veneratur tanquam divinitus inspiratam, et a Deo scriptam (Demonstr. IV, 10; VIII, 3; XV, 8), et per Spiritum sanctum dictatam, qui locutus est per prophetas et scriptores (VII, 10; VIII, 25). Ibidem Scripturas docet reverenter audiendas, sine iurgio et contentione; monet insuper eas esse legendas « quae in

Ecclesia Dei recitantur » (Demonstr. x, 9), et ostendit qualis sit in meditanda Scriptura profectus : « Hae Dei divitiae, inquit, inaestimabiles sunt », et « infinite possumus eas meditari » (Demonstr. v, 25; xxii, 26); ac tandem doctrinam Scripturarum aquam esse pronuntiat, a Gentibus expostulatam, quarum lingua sitiebat laudem (Demonstr. xx, 14).

Scripturas in *priores* et *posteriores* dividit, scilicet utriusque Testamenti libros (Demonstr. xxii, 26). Eorum catalogum nullibi recitat, verum e maxima locorum allegatorum copia, quorum indicem ad calcem operis lector reperiet, canon fere integer restituitur, in quo nonnisi pauciores brevioresque praetermissi sunt libri, quos ut appellaret opportunitas, quod facile explicatur, auctori non inciderit.

Veteris Testamenti libros historicos omnes, praeter Nehemiam et Iudith, allegat; prophetas pariter quindecim, excepto Abdia; imprimis animadvertet lector splendidam continuationem quadraginta et amplius textuum prophetarum adversus Iudaeos in Demonstratione xix, 3 et 5, ordinatam. Psalmos advocat saepissime. Ieremiae Lamentationum ܐܘܠܝܬܐ loca profert in Demonstratione v, 8; Tobiae versus pariter in Demonstratione xx, 4. Vid. et Demonstr. xxiii, 62. Proverbia adscribit Salomoni (Demonstr. vii, 14 et 16). Ad Ecclesiasticum non semel respicit (Demonstr. xiii, 5; xxiii, 19). Cf. Demonstr. xiv, 45, quo loco et Sapientiae libro videtur forsan alludere. Cantici nullum locum videtur protulisse, licet versum Matthaei xxiv, 32 ad locum Cant. ii, 12, 13 conformaverit (Demonstr. vi, 19). Macchabaeos quaternis vicibus laudavit (Demonstr. v, 20; xiii, 12; xxi, 22; xxiii, 55). Insuper Antiochum, qui in his libris unice nuncupatur, nomine pluries appellavit, eiusque mortem miserrimam retulit, allegans locum II Macch. ix, 18 (Demonstr. v, 20). Librorum autem Danielis et Esther partes deuterocanonicae, aut prophetia Baruch, apud Aphraatem non repertae sunt. Verumtamen, quod Suzannae vel Draconis historias ne uno quidem verbo attigerit, cum in Demonstrationibus vi et xviii plurima castitatis exempla e Scripturis allegaret, aut cum Danielis verba actaque in toto opere adduceret, haud facile explicaretur, si has Bibliorum partes prae manibus habuisset.

E Novo Testamento frequentissima loca quatuor Evangeliorum deprompsit, inter quae significandus Marc. xvi, 17 seqq. (Demonstr. i, 17), cuius authentia aliquorum iudicio improbata est. Ex Epistolis etiam Pauli, « Doctoris Gentium » (Demonstr. xxiii, 62), cui et Epistolam ad Hebraeos addicit (Demonstr. i, 16; ii, 14; xx, 16), exempla profert, exceptis epistolis tribus, ad Thessalonicenses altera, ad Titum, ad Philemonem. Actuum quoque, quos « Duodecim Apostolorum praedicationem » ܟܪܘܙܘܬܐ ܕܬܪܥܣܪ ܫܠܝܚܝܢ (Demonstr. xx, 10. Cf. Demonstr. xxiii, 2), alibi vero, secundum solitam appellationem, ܦܪܟܣܝܣ

πραξεῖς nominat (Demonstr. xii, 10), nonnulla loca subdit. Inter epistolas catholicas primam Iohannis citavit (Demonstr. iv, 11; xxiii, 62, 63). Quaedam etiam refert Salvatoris dicta, quae in Novi Testamenti libris non leguntur, cum aliis sententiis, quae e scriptis apocryphis aut aliqua traditione accepta, inter ἄγραφα computanda sunt. Vid. Demonstr. i, 10 et 17; iv, 18; v, 1 et xxiii, 8.

Nullum locum Apocalypsis certis verbis retulit, attamen haud scio an libro illo usus fuerit, nam de « morte secunda » loquitur (Demonstr. vii, 25; viii, 19), forte ex Apocalypsi ii, 11; xx, 6. Fateri autem oportet mortem secundam מוֹתָא תִנְיָנָא a Targumistis (Vid. Onkelos in Deut. xxxiii, 6 et Ionathan Ben Uziel in Is. xxii, 14 et lxv, 15) commemorari.

Ceterae Epistolae, praeter primam Iohannis, apud Aphraatem non inveniuntur. Scimus quidem libros istos contradictionem expertos non ab initio in Versione Simplici, seu Peshita, collocatos fuisse; at de iis libris quos non vacavit allegare, quid Aphraates senserit ignoratur, cum sacrarum Scripturarum seriem ex proposito nusquam instruxerit.

Quidquid id fuit, haud levi momento aestimanda est haec librorum Scripturae enumeratio fere plena, ex operibus auctoris saeculi quarti collecta, qua historia textus antiquarum versionum, quibus eo tempore utebatur Ecclesia syriaca, melius exploratur novisque argumentis illustratur.

Vetus Testamentum citat e Versione Peshita; plures tamen auctorem inter et Bibliorum textum deprehenduntur varietates, idque praecipue in codice B-*B* vetustiore, ut dicetur, sive quod exempla recitavit Aphraates, propriisque verbis aliquando non expressit; sive etiam quod versionis antiquioris lectiones affert; quo efficitur ut, instituta utriusque collatione, hodiernus Peshitae textus in aliquibus possit emendari, verbi causa in loco Deut. xiii, 9, ubi Peshita : ܐܝܕܟ ܬܫܪܐ ܒܗ ܠܩܕܡ ܠܡܩܛܠܗ *Manus tua* incipiet *primo ad interficiendum eum*, pro ܬܗܘܐ « Manus tua *erit* primo in eum », ut Aphraates cum ceteris versionibus legit (Demonstr. iii, 4). Alibi (Demonstr. xxiii, 40) anni Thare antequam genuit leguntur « septuaginta », pro *septuaginta quinque*, quos Peshita refert (Gen. xi, 26). Nahum ii, 14 (13) : « Succendam in fumo turmas tuas » ܐܘܩܕ (Demonstr. xix, 5), ubi Peshita ܐܘܒܕ *perdam*. Dan. viii, 2, Aphraates scribit ܢܗܪܐ ܐܘܠܝ « flumen Ulai » (Demonstr. v, 5), pro quo Peshita exhibet ܐܘܒܠ ܐܘܠܝ et Septuaginta viri Οὐβάλ. Malach. ii, 7 : « Labia sacerdotis custodient scientiam » ܢܛܪܢ (Demonstr. xxii, 16); Peshita mendose ܢܛܦܢ *stillabunt*. Item Aphraates habet Iud. vii, 33 ܒܢܝ ܩܕܡ « filii Orientis » (Demonstr. xi, 9), pro lectione Peshitae ܒܢܝ ܪܩܡ *filii Recem*, quod et in versione arabica eodem loco invenitur : بنو راقم *filii Rakem*. Loco nominis *Horam* (Ios. x, 33), in hodierna Peshita ܗܘܪܡܘܢ, praebet ܥܝܠܡ (Demonstr. xiv, 13), quod lectioni Septua-

ginta virorum Ἐλζάβ respondet. Armenus autem interpres nomen non cognovit, cum legit ܥܡܐ ժողովրդեան *populum* (Antonelli, p. 412).

Alibi a versione Peshita differt simpliciter, ut in loco Isaiae LVIII, 8-11 : « Erumpit lumen eius tanquam sol, et est velut paradisus exsultans », ubi exscripsit Aphraates ܫܡܫܐ et ܪܘܙ pro ܨܦܪܐ *mane* et ܪܘܐ *irriguus*, quae in Peshita leguntur (Demonstr. III, 8; XX, 1). Gen. XLIX, 10 : « Non recedet sceptrum de Iuda... donec veniat is cuius est regnum, et in ipsum gentes sperabunt » ܥܕܡܐ ܕܢܐܬܐ ܡܢ ܕܝܠܗ ܗܘ ܡܠܟܘܬܐ ܘܠܗ ܢܣܒܪܘܢ ܥܡ̈ܡܐ (Demonstr. XVI, 1; II, 6 et XIX, 9), pro lectione Peshitae ܡܢ ܕܝܠܗ ܗܘ ܘܠܗ ܢܣܟܘܢ ܥܡ̈ܡܐ *is cuius est, et in ipsum exspectabunt gentes*. Cum autem « regnum » addidit Aphraates, secutus est paraphrasim chaldaicam עַד דְיֵיתֵי מְשִׁיחָא דְדִילֵיהּ הִיא מַלְכוּתָא *donec veniat Christus, cuius est regnum;* dum vel in antiquo Pentateuchi codice Amidensi, scripto A. D. 464 (Musaei Britannici Ms. Addit. 14, 425) verba Peshitae solummodo leguntur. Ps. CXIX (CXVIII) 99 : « Ab omnibus praeceptoribus meis edoctus sum » ܚܟܡܬ (Demonstr. XXII, 26); Peshita vero : *Prae omnibus praeceptoribus meis fac me intelligere* ܣܟܠܢܝ. Is. XXXIII, 1 scribit ܬܬܕܪܫܘܢ (Demonstr. II, 10 et XIX, 2), pro quo Peshita ܬܬܕܪܫܘܢ. *Ibid.* XXIII, 15 ܛܥܬ « erravit » (Demonstr. XXI, 6) pro ܬܬܛܥܐ *oblivioni dabitur. Ibid.* XXVIII, 12, ܫܒܝܠܐ « semita » (Demonstr. XX, 1) pro lectione Peshitae ܢܝܚܐ *requies.* Ier. XX, 9 ܒܦܘܡܝ « in ore meo » (Demonstr. XIV, 45) pro lectione ܒܠܒܝ *in corde meo* (at cf. Demonstr. V, 18). Adde loca Ieremiae XXIX, 27; Ionae III, 11, de quibus supra (pp. XXXVII, XXXVIII) et Gen. XLIX, 4, quod aliis quam in Peshita punctis distinguitur (Demonstr. VII, 8), et alia minoris momenti.

Quandoque vero Peshitae lectionem comprobat; exempli gratia in loco Isaiae XI, 12, ubi textus syriacus, prout apud Aphraatem et in Peshita legitur, ad hebraicum exemplar est accommodatus; auctor autem versionis armeniacae Biblia graeca secutus est (Demonstr. I, 9). Textus Isaiae LXVI, 16 ex hebraico authentico legendus est : *In igne iudicabit Dominus, et* in gladio suo בְּחַרְבּוֹ *omnem carnem*. Hoc quidem a principio ipsa Peshita referre debuit, scilicet ܒܚܪܒܗ, quod e caesura evasit ܒܚܪ ܒܗ *et* in eo explorat *omnem carnem*, ut iam Aphraates legebat (Demonstr. I, 12). Cum Peshita pariter legit Ps. XXII, (XXI), 17 ܐܬܟܠܠܘ eiulaverunt *omnia ossa mea* (Demonstr. XVII, 10), et ponit pro *Syris* ܐܪܡ (I [III] Reg. XX, 11) « Idumaeos » ܐܕܘܡ (Demonstr. XIV, 10; XXI; 7), ܥܟܢ pro hebraico עָכָן (Demonstr. IV, 7), ܢܦܬܚ pro יִפְתָּח (Demonstr. XXI, 7), ܥܒܕܢ pro עַבְדּוֹן (Demonstr. XXIII, 45) ܓܕܪ pro עֵדֶר et גדר (Demonstr. XXIII, 4), cum similibus, et Pharaonem Nechao « Pharaonem Claudum » appellat (Demonstr. XXI, 17; XXIII, 19), ex interpretatione, ut videbimus, iudaica (Vid. infra p. XLIX).

Iam vero Novi Testamenti allegationes ad Evangelium concordans Tatiani,

τὸ διὰ τεσσάρων εὐαγγέλιον, seu « mixtum », ut vocant Syri ܐܘܢܓܠܝܘܢ ܕܡܚܠܛܐ, referendae sunt. Tatiani enim Harmonia sæculo quinto Orientem peragraverat, claroque apud Syros rumore erat, qui ipsa utebantur communiter tanquam compendiario libro pro quatuor Evangeliis « separatis » ܐܘܢܓܠܝܘܢ ܕܡܦܪܫܐ. Ab Aphraate, ut ab Ephraemo[1], illam tritam esse, id ipso opere non semel proditur cum videlicet legimus in Demonstratione I, 10 : « Sicut scriptum est in capite Evangelii Vivificatoris nostri : *In principio erat Verbum* »; his revera Diatessaron orditur; cum etiam ordinem rerum gestarum in cena Domini tradit (Demonstr. xx, 5), aut versum Lucae VI, 37 disiungit a versu 35 (Demonstr. II, 12), quia reipsa in Diatessaro separantur, loca autem Matth. XVIII, 21 et Luc. XVII, 4 continuat (Demonstr. II, 12, 13), quae et in Diatessaro cohaerent; ibidem cum adducit Luc. XI, 37, addit : *Solvite et solvent vos* (Demonstr. II, 12), quod et in exemplari arabico Tatiani legitur. Alludit etiam (Demonstr. II, 20) ad Matth. X, 35 (Luc. XII, 51) : *Non veni mittere pacem, sed* divisionem الخلاف, ubi Peshita ܚܪܒܐ *gladium*. At maiori argumento est series, e pluribus Evangeliorum locis, sub fine Demonstrationis II, 19,20, sermonum ac miraculorum Domini, ab Aphraate disposita, ipso ordine quo in Harmonia Tatiani digesta sunt, quod ex indicibus sub textu relatis lectori palam fiet.

Sed et Evangelia distincta videtur Aphraates interdum usurpasse, cum evangelicos auctores nominatim vocat (Demonstr. VI, 12), aut forsan cum genealogias Domini, quae a Tatiano praetermissae feruntur, adducit (Demonstr. XXIII, 21).

Quoquo modo se res habet, in citandis locis Novi Testamenti a Peshita non semel dissidet, ut textui fragmentorum vetustissimorum saepe conveniat a W. Cureton editorum, quae ad sextum circiter saeculum referuntur[2]. Haec porro syriace veterem Evangeliorum textum praebent, de cuius aetate et condicione docti decertant; id vero maxime speciem veritatis habet in fragmentis Curetonianis versionem contineri in universum hodierna Peshita antiquiorem, quod minus emendata apparet, et a graeca lectione magis discedit. Versionem autem ipsam, Curetonianae maxime affinem, qua utebatur Aphraates, W. Wright antiqui textus Evangeliorum saeculi secundi recensionem probabiliter esse existimat[3].

Allegationes evangelicae in Aphraatis libro Curetonianum textum frequen-

[1] Vid. Ciasca, *Tatiani Evangeliorum harmoniae arabice, nunc primum e duplici codice edidit et translatione latina donavit*, Romae, 1888; Mösinger, *Evangelii concordantis expositio facta a sancto Ephraemo, doctore Syro*, Venetiis, 1876.

[2] Cureton, *Remains of a very ancient recension of the four Gospels*, London, 1858.

[3] W. Wright, art. *Syriac literature* (*Encyclopaedia britannica*, vol. XXII, p. 825). — Cf. Le Hir, *Études bibliques*, Paris, 1869, t. I, p. 297 seqq. Vid. et Sasse, *Prolegomena*, p. 36.

ter referunt. Sic in genealogia Domini (Matth. I, 4, 8) Aphraates cum textu praedicto scribit « Sela » ܫܠܐ pro « Salmon »; et Ochoziam, Ioam, Amasiam expresse nominat (Demonstr. XXIII, 21). Vide pariter Matth. I, 23 [Is. VII, 14] (Demonstr. XVII, 9); *ibid.* V, 18 (Demonstr. II, 7); *ibid.* V, 39, 41, ubi uterque omittunt ܕܝܡܝܢܐ, et addunt ܐܚܪܢܝ (Demonstr. IX, 6); *ibid.* XVIII, 10, cum interposita clausula *Qui in me credunt*, e v. 6 sumpta (Demonstr. VI, 15); *ibid.* XXI, 44, nisi quod demit Aphraates vocem ܗܘ, scilicet ܠܘܬ [ܗܘ]ܕ ܠܗ (Demonstr. I, 6); *ibid.* XXII, 29 seqq. (Demonstr. VIII, 16); *ibid.* II, 20, ubi additum est ܠܡܣܒܗ *ad auferendam* [*eam*] (Demonstr. XXI, 10); Ioh. I, 5 (Demonstr. I, 10; XVI, 7), ubi Peshita ܡܢܗܪ *lucet; ibid.*, III, 13 (Demonstr. VIII, 24); *ibid.* X, 9 seqq. (Demonstr. X, 4); Luc. VIII, 16 (Demonstr. I, 10) (Cf. Cureton, *op. cit.*, p. iii); *ibid.* XIX, 44 (Demonstr. XXI, 18); *ibid.*, XXIII, 43 ܓܢܬ ܥܕܢ pro nomine ܦܪܕܝܣܐ (Demonstr. XIV, 22; XXII, 24); sed imprimis Ioh. I, 14 ܘܡܠܬܐ ܦܓܪܐ ܗܘܬ ܘܐܓܢܬ ܒܢ *Et Verbum corpus factum est, et habitavit in nobis* (Demonstr. VI, 10), loco lectionis Peshitae ܘܡܠܬܐ ܒܣܪܐ ܗܘܐ ܘܐܓܢ ܒܢ; ad quae animadvertit Cureton veterem illum Evangeliorum translatorem sibi ipsi excidisse, cum vocem ܡܠܬܐ in feminino hoc loco construxit, quo ne cum primo quidem capitis versiculo convenit (*op. cit.*, p. XLV).

Eo tamen Curetonii textu relicto, vulgatam syriacam Aphraates nonnunquam sequitur : Luc. XV, 8 (Demonstr. I, 11), ubi cum Peshita scribit ܥܣܪܐ, Cureton vero ܬܫܥܐ. A vulgata syriaca etiam differt in locis ubi fragmenta Curetoniana deficiunt : Luc. I, 30 : *Invenisti gratiam ante* ܩܕܡ *Deum*, Peshita tradente ܠܘܬ *apud* (Demonstr. III, 14). *Ibid.* II, 2 legitur ܟܣܦ ܪܫܐ « census », pro quo Peshita ܡܟܬܒܘܬܐ (Demonstr. V, 24). Ioh. III, 34, 35 allegatur, inserto ܠܒܪܗ « Filio suo », quod in Peshita non legitur (Demonstr. VI, 12).

Alia etiam via ab utroque discedit, memoria forsan interdum deceptus, sed aliquando ut lectionem Curetoniana ipsa vetustiorem referat. Sic locum Matthaei V, 4 eo modo exprimit : « Lugentibus promisit ut precibus deprecarentur » ܢܬܒܥܘܢ (Demonstr. II, 19), quo sollemnior exhibetur significatio verbi graeci παρακαλεῖν, usu biblico ad « consolandum » ܢܒܥܘܢ deflexa. Vid. et Luc. VI, 24; XVI, 25 (Demonstr. XX, 17). Pariter ad locum Lucae VI, 37, 38 addit : « Solvite et solvent vos », quod in versione Peshita non exstat (supra p. XLV), sed tanquam lectio antiquior haberi debet (Demonstr. II, 11). Vid. et Ioh. I, 17 (Demonstr. II, 5); Matth. II, 20, ubi legitur ܫܩܘܠ « tolle [puerum] » pro ܕܒܪ « deduc » (Demonstr. XXI, 10); *ibid.* V, 35 ܟܘܒܫܐ pro ܟܘܒܫܬܐ (Demonstr. XXIII, 63); *ibid.* V, 44 (Demonstr. II, 12); *ibid.* VII, 17, 18, ubi ܝܗܒ et ܡܬܠ « dare », pro ܥܒܕ et ܡܥܒܕ « facere » Aphraates exscripsit (Demonstr. IX, 11; XIV, 48); *ibid.* XII, 36 (Demonstr. XXIII, 2); *ibid.* XV, 19 (Demonstr. XV, 1); *ibid.* XVIII, 21, 22 (Demonstr. II, 13); *ibid.* XXII, 29 (Demonstr. VIII, 16); *ibid.* XXV, 35, 36 (Demonstr. IV, 15 et XX, 5); Luc. VIII, 52 (Demonstr. VIII, 18), et alia, quorum

maxima pars cum textibus ab Ephraemo in Expositione Evangelii expressis concordat.

In aliis libris Novi Testamenti, a Peshita similiter differt aliquando : Act. xiv, 21 (Demonstr. xxiii, 2); *ibid.* xix, 3 seqq. (Demonstr. xii, 10); Rom. vii, 5 et viii, 9 (Demonstr. viii, 5); I Cor. ix, 18 (Demonstr. xxiii, 9); *ibid.* ix, 27 (Demonstr. vii, 11); *ibid.* xv, 44 (Demonstr. vi, 14), cuius loci discrepantiam Georgius iam notavit, anquirens auctorne sua sponte an e codicum suorum auctoritate vocabulum mutaverit[1]; *ibid.* xv, 51 (Demonstr. vi, 18); Gal. v, 12 (Demonstr. xi, 11); *ibid.* vi, 1 (Demonstr. vii, 11); Ephes. vi, 15, 16 (Demonstr. vi, 1); I Thess. iv, 17 (16) (Demonstr. xxii, 24); Hebr. iv, 9 (Demonstr. ii, 14); *ibid.* xii, 13 (Demonstr. vii, 11). An vero in singulis hisce locis antiquiorem textum exprimat nequimus affirmare, cum nullum cui conferantur habeamus. Vide tamen Le Hir, *Etudes bibliques*, t. I, p. 297, not. 2.

Singularis etiam est mutatio nominis Matthiae apostoli, pro quo Tholomaeum seu Thulmai ܬܘܠܡܝ Aphraates posuit (Demonstr. iv, 6), quod non amanuensium vitio in codicibus nostris exstare, sed ex ipsis Bibliis legi potuisse ostendit G. Bert[2] in locis Act. i, 23 ܝܘܣܛܘܣ ܘܠܡܬܝܐ et 26 ܦܣܐ ܠܡܬܝܐ quorum verborum inspecta scriptura l. v. existimat, litteris male distributis, et ܬ in ܡܬܝܐ omisso, falso lectum esse ܬܠܡܝ ܬܠܡܝܐ vel ܬܘܠܡܝ (Iud. i, 10; II Sam. iii, 3).

Ceterum, idque notatu dignissimum est, Aphraates in proferendis Scripturarum textibus admodum raro lapsus est. Errata sequentia, ne veritas tegatur, lectori prodimus : locus Amos viii, 9 sub nomine Zachariae refertur (Demonstr. i, 11), et locus Ezechielis xxii, 30, tribuitur Ieremiae (Demonstr. xiv, 2 et 15); sub Isaiae auctoritate editur textus Lamentationum iv, 15 (Demonstr. xv, 7); inter Osee citata verba reperitur locus Malachiae iii, 6, 7 (Demonstr. xix, 3). Iuda (Iud. i, 2) pro viri nomine accipit, quem iudicem cum Othoniel credit existitisse (Demonstr. xxiii, 45); filios Balae posuit pro filiis Zelphae, et vice versa (Demonstr. xxiii, 43); dictum Genesis xx, 17, ut videtur, ad cap. xxvi, de Isaaco loquens, retulit (Demonstr. iv, 4). Madianitas pro Chananaeis (Iud. iv, 2) inducit (Demonstr. xiv, 11, et xxi, 7); locum II Sam. vi, 6, 7 male intellexit (Demonstr. xiv, 20), pariter I (III) Reg. ii, 10 qui per locum II Sam. v, 9 explicandus est (Demonstr. xviii, 10). Praedictionem de iudicio futuro (Matth. xxv, 35 seqq.) tanquam parabolam in praeterito narravit (Demonstr. iv, 15; xx, 5). Alia paucissima omitto, quae sub ipso textu adnotata sunt.

[1] Apud P. Lagarde, *Analecta syriaca*, p. 118, ll. 7 seqq.

[2] G. Bert, *Aphrahat's des Persischen Weisen Homilien, aus dem syrischen übersetzt und erläutert* (Gebhardt et Harnack, *Texte und Untersuchungen*, vol. III, fasc. 3), Lipsiae, 1888, p. 57.

Qua autem ratione Scripturas interpretetur nunc videamus.

Primo varios Scripturae sensus agnoscit, et multiplices interpretandi modos esse declarat, verbum Dei gemmae adsimilans, ex omni parte spectabili (Demonstr. xxii, 26). Scripturam praedicat thesaurum inaestimabilem et immensum (Demonstr. v, 25); « non potest eas hominis intelligentia penitus adsequi », neque ad eas exhauriendas valet (Demonstr. v, 25; x, 9). Eumdem locum decem doctores decem modis diversis explicabunt, sine ulla veritatis iniuria (Demonst. xxii, 26). Verumtamen sedulo monet Scripturam non pro cuiusque libitu exponendam, sed varias ipsius interpretationes e seniorum traditione inquirendas (Demonstr. v, 25), et instar monetae probandas, quae, si regis effigiem referat, excipitur, secus prout adulterata repudiatur (Demonstr. xxii, 26. Cf. Demonstr. xiv, 47).

Nullum apud Aphraatem reperies integrum Scripturae librum enarrationis continua serie explicatum; textus autem, unde unde collectos, ex opportunitate commentatur, innumerosque hoc modo profert atque interpretando explanat, ad maiorum, ut profitetur, traditionem, et universae Ecclesiae mentem (Demonstr. x, 9; xxii, 26). Nonnullorum etiam locorum dogmaticam significationem prodit; quae ad apologiam accommodentur ostendit; alia ad informandos mores convertit, praestantissimum exhibens de vita et studiis Christianorum quindecim ante saecula in Oriente documentum. Ex his forte iam suspicatus est lector Aphraatem, veterum more, certum exegeseos modum non observasse. Eiusdem revera testimonii diversas, prout expedit, significationes praebet. Hoc tamen in summum colligi potest : auctorem primo ad sensum verbalem seu corporalem Scripturarum saepe attendere, cum nempe, adversus Iudaeos disputans, prophetias demonstrat iam completas esse de Christi adventu (Demonstr. xvii, 9 seqq.), de gentium vocatione (Demonstr. xvi, 4, 5), de excidio et eiectione Iudaeorum (Demonstr. xvi, 3; xix, 2); cum pariter historice Amalecitarum originem vult perquirere (Demonstr. iii, 11, 13), Mardochaei et Aman gesta prodit (Demonstr. iii, 10), aut Danielis enarrat visiones (Demonstr. v, 5, 6, 11, 25; xix, 8, 9) et vaticinium de LXX hebdomadibus (Demonstr. xix, 8, 9); cum etiam Prophetarum ex ordine percurrit oracula (Demonstr. xix, 3-5), aut tandem cunctarum generationum seriem instituit (Demonstr. xxiii, 14 seqq.).

At litteram interdum arctius premens, sensum extorquet. Ita Christum docet e monte vere deiectum (ex Luc. iv, 29, 30; Demonst. ii, 20), et Iudam proditorem, mola ad collum appensa, in mare submersum fuisse (ex Matth. xviii, 6; Demonstr. xiv, 10); alias etiam refert huiusmodi sententias ac supputationes, ipsi cum antiquis Patribus communes, quae infra (pp. xlix, l) proferentur.

Verba sacra paraphrasi aliquando circumducit et ornat; cuius artis exempla habeto Isaiae sermonem I, 11 seqq. (Demonstr. IV, 18), visionem Ezechielis, XXXVII, 1 seqq. (Demonstr. VIII, 12), aut Danielis in fovea mansionem (Demonstr. IV, 9). Vide etiam explicatum locum Apostoli I Cor. XIII, 4-7 (Demonstr. XIV, 14).

Sed in praedictis licet litteralem sensum pressius sequatur, mysticas etiam in aliis significationes inquirit, praecipue ut Novum Testamentum ostendat in Vetere praefiguratum, et Christum plurimis olim typis expressum fuisse. Talia sunt quae de scala Iacobi disserit (Demonstr. IV, 5), de Moyse crucis figuram exprimente (Demonstr. III, 11; XXI, 10), de mysterio festi paschalis (Demonstr. XII, 9), multis collationibus inter Christum et prioris Legis homines institutis (Demonstr. XXI, 9-20). Hae vero expositiones sensu litterali potissimum innituntur. At diversi generis sunt interpretationes symbolicae de falsis prophetis, qui tanquam leprosi repudiantur (Demonstr. XIX, 4); de peccato Ozae arcam plaustro invehentis, non vero eam tangere ausi (Demonstr. XIV, 20); de homine qui patrem et matrem relinquit (Demonstr. XVIII, 10, 11); de morte animae per peccatum, ex Gen. II, 17 (Demonstr. VIII, 17), id quod alias (Demonstr. XXII, 1) de corporis interitu exponit; supputatio tridui mortis Domini (Demonstr. XII, 7), aut quadringentorum annorum servitutis numeratio (Demonstr. II, 4); quae mox ostendam Aphraatem cum Ephraemo communicasse.

12. Iam novit lector e supradictis Aphraatem Ecclesiae maiorumque traditionis strenuum adsertorem. Ad hanc quippe auctoritatem saepius appellat, qua Scripturae interpretatio confirmetur, aut variae doctrinae fulciantur. Sapientes vult interrogari (Demonstr. V, 25; XXII, 26); ipse se profitetur a magistris ܪ̈ܒܝ didicisse (Demonstr. II, 14), et amicum erudit, ut iste vicissim alios edoceat (Demonstr. I, 20; XII, 12).

Sed quibusnam e fontibus hauserit Aphraates, id ex ipso libro deprehenditur, cum una ex parte apostolica doctrina se praebeat imbutum, et ex altera iudaicarum traditionum sequacem, quae ita ob propinquitatem et vulgarem usum e iudaica institutione ad Christianorum scholas in ea regione transierant.

Ita rabbinicam sententiam profert Romanorum ab Esau, seu Edom, originem ducentium, eos filios Esau, iudaica appellatione (vid. Targum Ionathan in Is. XXXIV, 9), nominans (Demonstr. XV, 19 seqq.). Pharaonem Nechao נכה, e significatione radicis hebraicae נכה, appellat Pharaonem Claudum ܚܓܝܪܐ (Demonstr. XXI, 17, et XXIII, 19, scilicet, ut explicant Iudaei, נכה רגלים « percussum pedibus[1] ». Iudaeos iterum sequitur cum annos computat mansionis Israelitarum

[1] Kimchi, Comment. in II (IV) Reg. XXIII, 29 (*Biblia rabbinica*, Amstelodami, t. II, p. שעד ᵃ.

in Aegypto (Demonstr. II, 4, 5). Cum iisdem pariter statuit Iosue viginti quinque annos ducem fuisse, Abimelech sexaginta annos iudicasse, Saul annos quadraginta regnasse (Demonstr. XXIII, 45), Sem maximum natu fuisse (Demonstr. XIII, 6). Aliam Iudaeorum sententiam allegat Sapiens Persa dum centum viginti annos ante diluvium commemoratos (Gen. VI, 3), non de vitae breviatione, sed de temporis prolatione ad paenitentiam data interpretatur (Demonstr. II, 9; VII, 8; XXIII, 18). Hoc olim Georgius significabat his verbis ܝܕܥ ܡܕܝܢ ܐܘ ܪ̈ܚܡ ܡܪܕܘܬܐ. ܕܐܝܟ ܡܫܠܡܢܘܬܐ ܕܟܬ̈ܒܐ ܝܗܘ̈ܕܝܐ ܚܫܒ ܗܘܐ ܡܟܬܒܢܐ ܟܠܗܘܢ ܚܘܫ̈ܒܢܘܗܝ : ܘܠܐ ܐܝܟ ܦܘܫܩܐ ܕܫ̈ܒܥܝܢ ܐܘ ܐܝܟ ܡܫܠܡܢܘܬܐ ܕܫܡܪ̈ܝܐ ܐܝܟ ܕܐܦ ܐܢܬ ܩܕܡ ܟܬܒܬ.[1] « Noveris igitur, doctrinae amator, scriptorem istum omnes computationes suas iuxta traditionem librorum Iudaeorum, non vero iuxta interpretationem Septuaginta virorum, neque iuxta traditionem Samaritanorum, ut ipse prior scribebas, instituisse. »

Praeter haec serpentem tradit pedibus suis et cibo ex paena fuisse privatum (Demonstr. IX, 8; XIV, 12); sacrificia in vetere lege igni divino explorata fuisse (Demonstr. IV, 2 seqq.); Cainum in septem generationes maledictionem excepisse (Demonstr. IX, 8); Abraham circumcisionis ritum, a Deo acceptum, Aegyptios docuisse (Demonstr. XI, 8); mundum post sex millia annorum consummatum iri (Demonstr. II, 14. Vid. infra p. LVIII). Fabulam quoque exprimit de regno quadringentorum et quadraginta annorum regis Tyri (Demonstr. V, 7), et aliam de sacerdotio trecentorum sexaginta quinque annorum Phinees, filii Eleazari (Demonstr. XIV, 27), ex falsa loci Iud. XX, 27, 28 interpretatione ortam; quae omnia e Talmude iudaicisque Targumim novimus perinde adseri.

Varia etiam loca refert apte ad hebraici textus aut Paraphrasium lectionem : Gen. XLIX, 10; *ibid.* XI, 26 (Cf. supra p. XLIII). Sententiam quoque promit Iudaeos esca quam gentes conficiunt non uti (Demonstr. XV, 2), quae in Talmude *Aboda zara*[2] reperitur. Adde, ne longum sit, horam immolandi agni paschalis (Demonstr. XII, 1), noctis et diei per νυχθήμερον computationem (Demonstr. XII, 8), nec non varias celebrationes legales, ut azymorum esum (*ibid.*) et abstinentiam ab animalium sanguine (Demonstr. XIII, 2), in his regionibus apud Christianos observatas; ac tandem diversos Hebraeorum loquendi modos, ut ܒܪܫܐ ܥܠܬ ܫܡܫܐ ܡܢ̈ܝ (Demonstr. XXIII, 29), aliosque (Cf. Demonstr. XII, 1, col. 507, not. 1).

Ubi vero christiana veritas exponenda vel defendenda venit, non iam a Iudaeis docetur, sed doctrinam tradit veterum Patrum disciplinis consentaneam; maxime vero, nec mirum videbitur, cum Ephraemo, eiusdem fere aetatis locique homine, at, sicut dictum est, in disparili dicendi via, congruit, ita ut

[1] Apud Lagarde, *Analecta syriaca*, p. 120, ll. 12-15.
[2] M. Schwab, *le Talmud de Jérusalem*, Paris, 1871-1889, t. XI, p. 197 seqq.

ambo communem disciplinam in scholis Christianorum huiusce regionis traditam referre videantur. Sint pro exemplis sententiae supra significatae de serpente pedibus orbato (Cf. S. Ephr. *In Genesim Collectanea*[1]; *Evangelii concordantis Expositio*, c. XIX[2]); de sacrificiis igni caelesti probatis (*Explanatio in Genesim* c. III[3]), de Caino in septem generationes maledicto[4]; de centum et viginti annis ante diluvium ad paenitentiam concessis[5], de servitute quadringentorum et triginta annorum in Aegypto[6], nec non alia sententia de mundo in sex millia annorum consummando (infra p. LVIII. Cf. S. Ephr. *Evangelii concordantis Expositio*, cc. XIV et XVIII[7]). Uterque etiam simili computatione tridui mortis Domini rationem persequuntur (Demonstr. XII, 7. S. Ephr. *ibid.* c. XIX[8]), Dominum existimant e monte revera praecipitatum fuisse (Demonstr. II, 17. S. Ephr. *ibid.* c. XI[9]), Christum seipsum communicasse et Iudam Eucharistiam non accepisse (Demonstr. XII, 6. S. Ephr. *ibid.* c. XIX[10]), Noe inducunt coelibem vitam agentem (Demonstr. XIII, 5. S. Ephr. *Explanatio in Genesim* c. V[11], et loco Gen. XLIX, 10 inserunt : « cuius est regnum » (Cf. supra, p. XLIV, S. Ephr. *ibid.*[12]). Eadem fere mente Romanos in bello persico tandem victores fore praedicant (Demonstr. V, 24. S. Ephr. *Serm.* II *de Antichristo*[13]). Nec non doctrinam a Sapiente Persa in Demonstratione XXIII *de Acino* propositam strictim memorat Ephraemus (ad locum Isaiae LXV, 5[14]). Alia etiam utrique communia in Aphraatis Demonstratione VI, *de Monachis*, et in Ephraemi sermone *de Admonitione et Paenitentia* invenies, quae quidem e rerum ratione enata possent contendi, nisi ipse amicum Ephraemus commoneret se quod scripsit ex aliis accepisse ܐܝܟ ܐܚ̈ܪܢܐ ܟܬܒܬ ܠܟ : ܣܘܡ ܠܐ ܐܕܝܠܝ ܟܬ̈ܒܝܗܘܢ[15].

Sed auctoris nostri doctrina e variorum capitum recognitione exploranda est.

[1] P. Benedictus, *Sancti Patris nostri Ephraemi opera omnia quae exstant*, Romae, 1737-1743, t. I, syr., p. 135.

[2] Mösinger, *Evangelii concordantis expositio*, p. 220.

[3] P. Benedictus, *op. cit.*, p. 40.

[4] *Ibid.* p. 44.

[5] *Ibid.* p. 49.

[6] *Ibid.* p. 158.

[7] Mösinger, *op. cit.*, p. 159 et 215.

[8] *Ibid.* p. 221.

[9] *Ibid.* p. 130.

[10] *Ibid.* p. 221.

[11] Benedictus, *op. cit.*, p. 48.

[12] *Ibid.* p. 108.

[13] Th. Lamy, *Sancti Ephraem Syri Hymni et Sermones*, Mechliniae, 1882-1889, t. III, c. 189.

[14] *Ibid.* t. II, c. 197.

[15] *Ibid.* t. I, c. 309.

13. Ante omnia proponit Aphraates fidem in unum Deum (Demonstr. i, 19; xvii, 59, 62); Valentinum increpat, « qui plures fuisse praedicat auctores suos » (Demonstr. iii, 9), Marcionem etiam et Manem, qui duo principia, bonum et malum induxerant (*ibid.*); Deum profitetur increatum, eumque vocat ܐܝܬܐ ܕܩܢܘܡܗ, ad verbum « essentiam », sive « substantiam sui ipsius » (Demonstr. xxiii, 52 et 58), vel « qui semper exsistit, usque in finem exsistet, perpetuum, aeternum » الدائم الوجود اخر موجود لم يزل ازلي, ut Barbahlul vocem syriacam interpretatur[1], eiusque attributa pluribus verbis exponit in Demonstratione ultima (Demonstr. xxiii, 52 seqq.).

Tres personas aperte in Deo confitetur (Demonstr. xxiii, 60, 61, 63). In primis notabis locum Iohannis iii, 34, quem ad Trinitatis confessionem vertit (Demonstr. vi, 12).

Filium insuper agnoscit ut Deum et Dei Filium (Demonstr. vi, 9, 10; xvii, 2 seqq.; xiv, 39); eum tamen ostendit a Patre diversum (Demonstr. iv, 11), licet Patri aequalem ab initio (Demonstr. i, 8). Quod ad incarnationis dogma pertinet, variis facti traditis causis (Demonstr. ix, 5; xxiii, 49, 53), Verbum aperte docet Aphraates verum corpus carneum, non fictum accepisse, de carne Mariae Virginis adsumptum, nedum e caelo delatum sit (Demonstr. xiv, 39; vi, 10; xxiii, 50). Doctrinam autem de unitate personae Christi in duabus naturis videtur implicite profiteri cum divina et humana in eodem subiecto praedicat, pluribus verbis exponens textus Apostoli : Philip. ii, 6, 8, et II Cor. viii, 9 (Demonstr. vi, 9, 10; xxiii, 49). Ceterum doctrinam Domini uberius pertractat, eiusque gesta et miracula fuse enarrat.

Aphraates Spiritum sanctum, seu ܪܘܚܐ ܕܩܘܕܫܐ « Spiritum sanctitatis » in Trinitate confitetur (Demonstr. xxiii, 60 seqq.). Ipsius etiam distinctam personalitatem et processionem implicite saltem significare videtur cum Patrem his verbis alloquitur : « De Spiritu tuo in nobis habemus » (Demonstr. xxiii, 53), aut Filium : « Fili dilecte,... te confitemur,... qui Spiritum tuum in nobis condidisti » (*ibid.* 52). Profitetur eum aeternum (Demonstr. vi, 14 seqq.), variosque ei effectus attribuit, aiens eum templum esse hominibus vel etiam in iisdem per gratiam inhabitare (Demonstr. i, 5; vi, 14, 17; xxiii, 59), aquis baptismi incubare, et ipsum qui baptismo regenerantur induere (Demonstr. vi, 14), prophetis datum fuisse (*ibid.* vi, 12, 13), et per hos eloqui (vi, 14; xxi, 21). Homo debet Deum colere tanquam Patrem, et Spiritum sanctum ut Matrem (Demonstr. xviii, 10). Per eum tandem gratia obtinetur (vi, 1; xiv, 47).

De gratia alibi loquitur ut Dei optimi dono (Demonstr. xxiii, 48 seqq.);

[1] R. Duval, *Lexicon syriacum*, c. 152.

liberaliter datur, verumtamen precibus exposcenda est (*ibid.* 52); neque ipsis peccatoribus denegatur (*ibid.* 56).

Simul observabis quae prodit de diaboli luctamine, versutia, modo quo hominis cogitationem illecebris occupet, eum blanditiis trahat, atque eo lapso irrideat (Demonstr. VI, 2, 17; VII, 25; XIV, 40, 43), quo etiam in impiis habitet (Demonstr. IX, 9), Spiritum autem Dei formidet (Demonstr. VI, 17), ac demum a Christo et Christianis vincatur (Demonstr. XXI, 10, 19).

Peccatum originale passim memorat (Demonstr. VII, 1; IX, 14; XXII, 1) maledictionemque quae in omnes Adae posteros descendit, quam ut auferret Christus mortem subiit (Demonstr. XXIII, 3, 50; VI, 6). Propria autem peccata primo per baptismum (Demonstr. IV, 19; XI, 11), dein paenitentiae sacramento (VII, 2 seqq.) docet remitti.

Beatae Mariae virginitatem et divinam maternitatem confitetur Sapiens Persa (Demonstr. VI, 10; XIV, 39; XXIII, 20). Per eam ait redemptionem factam esse (Demonstr. VI, 6); tandem ipsius virtutes praeclare extollit (Demonstr. III, 14; IX, 5). Plura autem ab auctore ne requirat legens; non enim nisi apud serioris aetatis viros, idque praecipue post eius gloriam Ephesi vindicatam, effloruit laudum opima messis illa, quae Patrum libros et liturgica scripta ornavit, dum iisdem temporibus templa et monasteria eius nomini dicabantur.

Angelos ܡܠܐܟܐ (Demonstr. V, 5) saepius biblico more « Vigiles » ܥܝܪܐ appellat (Demonstr. VI, 5, 14, et alibi), aliter « Nuntios » ܐܝܙܓܕܐ (Demonstr. IX, 44). Ipsi preces suscipiunt Deoque offerunt; id autem de Gabriele expresse adseritur (Demonstr. III, 14); gentibus praesunt, ut olim Michael Iudaeis (*ibid.*). Animadverte eodem loco sententiam qua Principem Persarum e bonorum angelorum ordinibus fuisse existimat Aphraates. Maxime vero sunt notatu digna quae, inter Zoroastri alumnos constitutus, de angelorum adsistentia et ministerio coram Maiestate Dei bis enarravit (Demonstr. XIV, 35; XVIII, 4).

Ecclesiam, e Gentibus collectam et promissionum haeredem effectam, ostendit, adsertor traditionis schismate antiquioris, super Petrum a Christo conditam (Demonstr. I, 17; VII, 15), quem etiam vocat principem Pastorum (Demonstr. X, 4). Vide et Demonstr. XI, 12, et XXIII, 12.

14. Quamvis de sacramentis a Christo Ecclesiae mandatis ex proposito non fuerit locutus Aphraates, singula tamen, dempto uno, variis in locis memorata reperimus.

Et primum, multis testimoniis tuetur dogma baptismi (Demonstr. I, 19;

XXIII, 60), quem, a Gedeone praefiguratum (Demonstr. VII, 19, 21), existimat in nocte passionis a Christo primum institutum fuisse, cum pedes discipulorum lavit (Demonstr. XII, 10), ipsisque tandem traditum priusquam in caelum veheretur (Demonstr. I, 17). Baptismus est « circumcisio vera » (Demonstr. XII, 9); item vocatur « signum vitae » (Demonstr. XXIII, 63), « regeneratio » (Demonstr. VI, 14), eoque « peccata abluuntur » (Demonstr. IV, 19; XI, 11), et armaturam Christi ex aquis induunt qui baptizantur (Demonstr. VI, 1). Adulto confertur, ei nempe qui cor suum ab operibus malis spiritali circumcisione resecuit (Demonstr. XII, 9), id est viro rationis compoti (Demonstr. VII, 20). Fit autem baptismus cum expressa trium Personarum invocatione (Demonstr. XXIII, 63), et in nocte Paschatis celebratur (Demonstr. XII, 12), sacerdotum ministerio. Vid. Demonstr. VI, 14, ubi insigne habes auctoris nostri testimonium de aquae elemento, de verbo sacerdotis, et de gratia sacramentali, quae a baptismi regeneratione initium ducit.

Eucharistiam confitetur esse Corpus et Sanguinem Christi (Demonstr. III, 2; IV, 19), qui in cena proprium Corpus et Sanguinem dedit Apostolis (Demonstr. XII, 6 seqq.). Eodem loco institutionem Sacramenti narrat, et verba consecratoria refert, in ipsa, ut videtur, formula liturgica. Breve illud documentum eo carius existimandum est, quod in antiquis codicibus liturgicis verba consecrationis desiderantur[1], quia forsan a sacerdotibus memoriter teneri debebant, aut saltem ipsis ab aliis continuo suggeri; ceterum libros liturgicos syriace scriptos saeculo sexto antiquiores non exstare affirmat W. Wright[2]. Porro consimilia Aphraatis verbis in liturgiis orientalibus Seleuciae et Ctesiphontis leguntur; unde firmatur argumentum quo formulae liturgicae Nestorianorum Nestorio in universum antiquiores esse creduntur. Prioris formulae, brevissime relatae, ordinem invertit Aphraates. Alteri concordat liturgia Nestorii[3], nisi quod loco verborum « quandо congregabimini » ܐܡܬܝ ܕܡܬܟܢܫܝܢ ܐܢܬܘܢ, legit « donec veniam » ܥܕܡܐ ܕܐܬܐ. Rursus praeter unam additam litteram [ܘ]ܥܕܡܐ, textui nostro congruit textus quem similibus prorsus verbis tradit Ebediesu, excepta ultima clausula[4].

Eucharistiam noster docet esse sacrificium quod Malachias pronuntiaverat a Gentibus offerendum (Demonstr. XVI, 3); et vocat eam sacramentum panis vitae (Demonstr. XI, 12), et « panem filiorum » (Demonstr. VII, 21). Com-

[1] Cf. G. Bickell, *Conspectus rei Syrorum literariae*, Monasterii, 1871, p. 63 seqq.

[2] W. Wright, art. *Syriac literature* (*Encyclopaedia britannica*, vol. XXII, p. 827).

[3] Renaudot, *Liturgiarum orientalium collectio*, Francofurti, 1847, t. II, p. 623. Cf. Liturgiam Theodori, *ibid.* p. 613.

[4] Assemani, *Bibliotheca Orientalis*, t. III, part. 2. *Liber Margaritae*, 4, 5, pp. CCCIV et CCCV.

munio post baptismum dabatur : « Eucharistiam sumunt postquam conversi ad baptismum processerunt » (Demonstr. XII, 9. Cf. IV, 19). Indigni « pascha » non manducant (Demonstr. XII, 9), sed os in puritate sedulo servandum est, quo Corpus et Sanguis Christi suscipitur (Demonstr. III, 2). Ritum etiam auctor significat quo sacramentum accipiebant stantes pedibus (Demonstr. XII, 9), et ore sumebant (Demonstr. VII, 21; IX, 10; XX, 8). Elementum tandem indicat sacrificii, scilicet panem torrefactum qui in missa offertur (Demonstr. XII, 9). De azymo autem et fermentato non quidquam videtur definire, nam esus azymorum, de quo ibidem agit, ad liturgiam forsan non spectat.

Nec minus aperta sunt de Paenitentia et de peccatorum confessione testimonia, cuius necessitatem et efficaciam clare exponit. Medici, seu sacerdotes, munus habent curandi vulneratum in praelio (Demonstr. VII, 2), dummodo iste vulnus aperiat dicens : « Peccavi » (*ibid.* 3), et vulnus detegat. Peccata confiteri ne dubitet (*ibid.* 12) et paenitentiam implorare (*ibid.* 15). Medici aegrotos monere debent atque instaurare (*ibid.* 11), culpam revelatam nullo modo prodere (*ibid.* 4) nec lapso remedium paenitentiae negare (*ibid.* 11), et alia huiusmodi. Immerito ergo sacramentum paenitentiae et confessionem auricularem apud veteres Christianos exstitisse inficiantur.

In Demonstratione XIV, 44, de solvendis aut ligandis excommunicatis perspicue loquitur, et formulas forsan tradit excommunicationis ferendae et solvendae, scilicet : « Ligatus es et maledictus de caelo et de terra. Vae et illi qui cum eo collocutus fuerit ». « Deus misericors est et peccata tua dimittit. Ingredere, veni ad orationem. »

Confirmationem, cuius nullum hodie apud Nestorianos apparet vestigium, adeo ut ea carere ferme credantur, et nomen etiam ignorent, significare videtur Aphraates, « impositionem signi » nominando, quae cum baptismo dabatur (Demonstr. XII, 13). Licet nostra aetate Nestoriani oleum sacrum et chrisma non conficiant, apud eos tamen exstabant olim Confirmationis et Extremae Unctionis duo sacramenta; et certissima reperiuntur in libris ritualibus et apud antiquos Patres ecclesiae syriacae pro infirmorum unctione testimonia, quibus accedat Aphraatis declaratio, varios olei usus proponentis his verbis : Signum continet [oleum] « sacramenti vitae, quo perficiuntur Christiani, sacerdotes, reges, prophetae; tenebras illuminat, ungit infirmos, et per arcanum suum sacramentum paenitentes reducit » (Demonstr. XXIII, 3)[1].

Ordinem seu « manuum impositionem » commemorat in Demonstratione XIV, 25. Solum matrimonii sacramentum non tangit. At in ceteris cum Ecclesia

[1] De hac unctione paenitentium et eorum qui ab haeresi convertebantur, cf. Pitra,

catholica apprime convenit, ut sic hodiernis popularibus suis errorem summamque negligentiam exprobret.

15. Si de anima opinionem primo aspectu audaciorem quam par est Sapiens Persa videatur exprimere, si aliquae etiam auctoris doctrinae notam erroris non fugiant, nemo tamen non agnoscet has sententias primorum Ecclesiae saeculorum indolem sapere, et Aphraatem cum aliis veterum Patrum causam communicasse.

Aetatis antiquitati iunge loci distantiam: utraque enim, ut Georgius episcopus animadvertit, de aliquarum sententiarum singularitate causa abunde redditur : ܐܦܠܐ[1] ܓܝܪ ܐܝܬ ܗܘܐ ܒܙܒܢܗ ܒܐܬܪܐ ܗܘ. ܐܝܟܢܐ ܕܢܫܘܐ ܠܪܥܝܢܗ ܘܠܡܠܬܗ ܣܘܟܠܐ ܘܡܠܬܐ ܕܝܘܠܦܢܗܘܢ. « Non potuit sua aetate et in illa regione operam dare, ut mentem et sermonem doctrinae eorum (doctorum nempe probatorum) accommodaret. Ideo, inquit, in libro illo multi errores sermonesque valde difficiles reperiuntur. » Cave autem ne ex Georgii sententia Aphraatem incognita causa damnes, et eius prius accipe mentem.

Primum igitur docet Christianos, postquam « spiritum animalem », seu « animam viventem », in prima generatione, omnibus hominibus communi, receperunt, in regeneratione baptismi « spiritum caelestem », « spiritum sanctum » obtinere; deinde post mortem « animam in terram reverti » vel « cum corpore sepeliri, sensuque destitui »; spiritum vero caelestem « ad Christum redire, et coram Deo resurrectionem corporis, ut isti denuo iungatur, postulare ». Impios autem spiritus ille « ante Deum viventes accusat », ideo in resurrectione non immutabuntur, et in inferioribus locis constituentur (Demonstr. VI, 14; XXII, 15-18).

Porro spiritum et animam et corpus in homine eadem sententia distinguunt Origenes[2], Irenaeus[3], aliique, e quorum dictis eruitur spiritum illum caelestem solis Christianis infundi, quo post baptismum supernaturaliter induuntur; et licet offensam aliquam, saltem in verbis, habeat expositio sententiae, liquet nil aliud reapse designari nisi Spiritum sanctum, baptismo datum, et per gratiam in homine iusto inhabitantem, a peccatore vero recedentem, nedum animae unitatem auctor abneget, quam alias « a Deo in homine creatam, et immortalem esse docet » (Demonstr. VI, 14). Iniquiorem ergo se iudicem praebet Georgius, cum ea de re Aphraatem temeritatis et supinae ignorantiae acriter postulat. Gennadius vero, si de Aphraate loquitur cum « Iacobum et

Iuris ecclesiastici Graecorum historia et monumenta, Romae, 1864-1868, t. I, pp. 511, 512; t. II, 362.

[1] Apud Lagarde, *Analecta syriaca*, p. 117, ll. 26-27.

[2] *Patr. Gr.*, t. XIII, c. 726 seqq.

[3] *Patr. Gr.*, t. VII, cc. 1137 et 1144.

alios Syrorum » reprehendit, qui duas animas esse dicunt[1], auctoris nostri mentem male intellexit.

At magis a veritate deflexit Aphraates, cum aliam sententiam de hypnopsychia proposuit, existimans hominis mortui animam, cum corpore sepultam sensibus privari, et eorum usu, tanquam somno correptam, impediri (Demonstr. VI, 14; VIII, 18; XXII, 6). Attamen animarum condicionem post mortem dissimili ratione exponit, prout de iustis aut de impiis quaeritur (Demonstr. VIII, 19). Eas doctrinas Nestoriani olim tenuerunt atque in synodis probaverunt, et forsan adhuc retinent[2]. Noster vero, licet eos qui sua aetate recte sentiebant videatur arguere (Demonstr. VIII, 3), nullam eo tempore notam haereseos incurrebat, cum his de rebus definitionem Ecclesia non tradidisset.

De resurrectione carnis duobus tractatibus disseruit Aphraates, et dogma profert solidis argumentis adversus Valentinianos resurrectionis mortuorum. Vid. Demonstr. VIII et XXII.

Praedicto autem errore de hypnopsychia suscepto, alium nequivit Aphraates vitare, iudicium nempe et retributionem ad finem usque et post resurrectionem differri (Demonstr. VIII, 22). Idem sentiunt, tanquam suae de animis doctrinae ex necessitate coniunctum, hodierni Nestoriani. Sed est sententia iudaicae originis[3]. Apud nos Irenaeus, responsionem contra Gnosticos nimium urgens, similiter contendit animas sanctorum ante resurrectionem beatitudine non perfrui[4].

Dein enuntiat Aphraates postquam Rex accepto regno reversus fuerit, homines coram tribunali constitutum iri, diversa tamen ratione; unde inaccurate locutus est, statuens nec iustos ad iudicium, neque impios « qui iam iudicati sunt », sed eos tantum qui peccatores vocantur, adfuturos (Demonstr. XXII, 15-18). At alibi rectius docet omnes ante tribunal Christi oportere manifestari (Demonstr. VIII, 20). Praemiorum etiam distinctionem egregie significat (Demonstr. XXII, 19) aeternaeque omnium sortis immutabilitatem (Demonstr. XX, 12). Locum quidem ignorare se fatetur (Demonstr. XXII, 24); attamen iustis adscribit tanquam paradisum terrestrem (Demonstr. XXII,

[1] *Patr. Lat.*, t. LVIII, c. 984.

[2] Assemani, *Bibl. orient.*, t. III, part. 2, p. CCCXLII. Cf. *ibid.* t. III, part. 1, pp. 101, 281, 322, 323, 529, 438; Badger, *The Nestorians and their rituals*, t. II, p. 302; O. Braun, *Beitrage zur Geschichte der Eschatologie in den syrischen Kirchen* (Zeitschrift für katholische Theologie. Innsbruck, 1892), p. 273 seqq. Vid. spec. pp. 276 seqq.

[3] Vid. Kimchi, *Commentarius in Ps.* CIV, 29 (*Rabbi David Kimchi in psalmos Commentarii, ex hebraeo in latinum redditi a D. Ambrosio Janvier*, Parisiis, 1666, p. 469). Cf. IV Esdr. IV, 35 seqq., et vide Le Hir, *Études bibliques*, t. I, p. 223.

[4] *Patr. Gr.*, t. VII, c. 1209.

12; XIV, 22); impios vero manet « mors secunda » plena fletus et cruciatus (Demonstr. VIII, 19; VI, 18).

16. In aliis doctrinae capitibus, testimonia suppeditat Aphraates de necessitate operum bonorum, sine quibus fides irrita est (Demonstr. I, 3), ieiunium non acceptum (Demonstr. III, 8), oratio inefficax (Demonstr. IV, 14). Aliqua etiam doctrinae moralis et disciplinae puncta confirmat, ut excommunicationem et paenitentiam publicam (Demonstr. XIV, 44), ieiunium paschae praemittendum (Demonstr. XII, 13), paschae sollemne pervigilium (*ibid.*) et azymorum paschalium esum inter Christianos (*ibid.* 8, 12), legis observantiam de non comedendo sanguine animalium (Demonstr. XIII, 2), cum aliis quae prius iam obiter posui. Plura etiam reperiet lector in indice rerum.

Testimonia tradit de perseverantia gratiae charismatum (Demonstr. II, 20. Cf. VI, 12). Tandem aliqua diiudicat inter auctores controversa, scilicet Iudam Eucharistiam non accepisse (Demonstr. XII, 6); id autem ordo rerum in Evangelio Diatessaron suadet[1]; deinde cenam dominicam in nocte quae inter decimum tertium et decimum quartum diem intercessit peractam fuisse; quod non tantum in seram noctem, sed ipsis matutinis horis, ante gallicinium, factum fuisse arbitratur (*ibid.*); tandem Christum seipsum communicasse (*ibid.*), quae Orientalium opinio est[2].

Magorum etiam, Manichaeorum, Gnosticorum prohibet artificia occulta ܚܪ̈ܫܐ, turpes operationes, divinationes ܩܨ̈ܡܐ, et incantationes ܐܣܘܪܐ (Demonstr. I, 19. Cf. III, 9), quibus vivos purificari, mortuosque contendebant liberari.

17. Ut tandem absolvatur haec exploratio de Aphraatis doctrina instituta, relinquitur ut eius sententiam proponamus de duratione mundi. In Demonstratione II, 14, ex eo loco psalmorum exorsus : *Mille anni ante oculos Domini sicut hesternus dies qui praeteriit* (Ps. XC [LXXXIX], 4), asseverat se a magistris accepisse « mundum, sicut intra sex dies a Deo constitutus est, ita in consummatione sex millium annorum solutum iri, futurumque Sabbatum Dei in similitudinem esse sabbati quod sex diebus creationis successit » (Cf. Demonstr. XXI, 11). Sententia autem haec vetus est Iudaeorum traditio, in Talmude his verbis consignata : תנא דבית אליהו ששת אלפי שנא הוי עלמא . שני אלפים תהו שני אלפים תורה שני אלפים ימות המשיח : « Traditio est domus Eliae sex millia annorum mundum esse duraturum : bis mille inanitatis, bis mille legis, et bis mille dierum Messiae »[3]. Similia etiam Aphraatis verbis habes in Midrash

[1] Tatian. c. XLV, p. 80. — Matth. XXVI, 25. — Ioh. XIII, 30-32. — Marc. XIV, 22. — Matth. XXV, 26.

[2] Vid. Renaudot, *Liturgiarum orientalium collectio*, t. I, p. 216.

[3] Gemara Sanhedrin, apud Fabricium, *Codex pseudepigraphus V. T.*, t. I, p. 1079.

Tehillim super psalmum xc : יומי של הקדוש ברוך הוא אלף שנה שנאמר כי אלף שנים : בעיניך כיום אתמול « Dies Dei benedicti sunt mille anni, sicut dicitur : Quia mille anni in oculis tuis sicut dies hesterna »[1]. Haec vero a magistris eo argumento firmantur, quod mundus tot dies duraturus sit quot diebus creatus fuit, et sicut sol quarto die creatus est, ita Messiam adfuturum in quarto millenario[2].

Atqui huiusmodi convenientiam inter creationis dies et mundi tempora plurimi ex antiquis Patribus, textibus praesertim Ps. xc (lxxxix), 4 et Dan. ix, 24 fulti, expresserunt. Ita apud Syros, ut Occidentales omittam, Bardesanes, a Georgio in capite secundo praedictae Epistolae[3] descriptus, cum Iacobo Doctore, seu, ut dixi (p. xiii), Sarugensi[4]; pariter sanctus Ephraem, in Expositione Evangelii, ad ll. Matth. xvii, 1; xxiv, 20 (supra p. l), aliique[5]. Georgius vero, in aliis rigidus Aphraatis censor, eam doctrinam aeque et moderate reprehendit, et Christi verbis Matth. xxiv, 36, et Act. i, 7 allatis, subdit « annos praeteritos aut futuros neminem esse inter homines qui cognoverit, aut cognoscat, aut cogniturus sit ».

Consummatis autem sex diebus mille annorum, Sabbatum, seu regnum Christi, erat exspectandum, scilicet cum Rex, accepto regno, reversurus esset (Demonstr. viii, 21), in quo, sublato cupiditatis imperio, iusti quiescerent (xiv, 22; xxii, 12). At iudaicam δευτέρωσιν seu traditionem regni terreni mille annorum, quam ad pessimam voluptatum significationem haeretici detorserunt, Sapiens Persa nullibi expressit.

18. Ne quid in doctrinis Sapientis Persae recognoscendis neglexisse videar, sequentia subnectenda censui de annorum computatione prout ab auctore in pluribus Demonstrationum locis reperitur instituta; nam gentis et aetatis suae secutus indolem, in exquirendis temporibus frequenter immoratur. Porro Aphraatis temporum computatio secundum Iudaeorum methodum ordinatur, et ab Eusebiana chronographia paulum discedit. A promissione enim Abrahae facta usque ad ingressum Iacob in Aegyptum numerat annos 205; inde ad Exodum annos 225; lex ergo post promissam servitutem data est annis 430; eoque 430 annorum numero tempus definit commorationis Hebraeorum in Aegypto (Demonstr. ii, 3 seqq.; supra p. xlix). Simili ratione in Demons-

[1] Midrash Tehillim, Venetiis, 1546, p. מ׳ª, c. 1.

[2] Fabricius, *op. cit.*, t. I, p. 33; Walton, *Bibliorum apparatus*, I, p. 96.

[3] Apud Lagarde, *Analecta syriaca*, p. 114 seqq. Vid. Cureton, *Spicilegium syriacum*, p. 61.

[4] Vid. Iacobi Sarugensis Homiliam septimam *de Constitutione creaturae* (Mus. britan. cod. Addit. 12, 162, fol. 33 *b*.)

[5] Cf. Braun, *Beiträge zur Eschatologie*, pp. 275-277.

trationibus XXIII, 43, et XI, 4, annos 225 computat a migratione Iacob ad Exodum; et ab anno aetatis Abrahae 99, quo, quindecim post dictam promissionem annis, circumcisus est, usque ad ingressum Iacob in Aegyptum, annos 190; quorum summa (15 + 190) eumdem numerum 205 repraesentat. Dein Christum statuit advenisse post promissionem Abrahae datam annis 1794, post legem vero annis 1364, unde iterum subducit 430 annos servitutis Hebraeorum in Aegypto (Demonstr. II, 5).

Alibi vero, in Demonstratione XXI, 4, a se ipso dissentire videtur; locus autem, quem in utroque codice liquet amanuensis culpa vitiatum esse, armeniaca versione deficiente, nonnisi coniectura ad rectitudinem adduci potuit. Numeros non omnino incorruptos partim castigandos suscepit W. Wright[1], cuius rationem G. Bert[2] sibi adscivit. Aptiores vero emendationes codicum lectioni accommodavit Sasse[3]; quae omnia lectori sequens tabella tradit.

Computat igitur auctor in hac Demonstratione XXI, 4 :

A destructione Sodomae ad descensum Iacob in Aegyptum..............................	ܡܐܬܝܢ ܫܢܝ̈ܢ annos		200
A migratione Iacob ad Exodum..........	ܡܐܬܝܢ ܘܚܡܫ	—	205
quorum summam statuit esse......	ܐܪܒܥܡܐܐ ܘܬܫܥܣܪ̈	—	419 (sic .
Rursus ab Exodo ad aedificationem Templi computat..............................	ܐܪܒܥܡܐܐ ܘܬܡܢܝܢ	—	480
quorum summam deducit	ܬܡܢܡܐܐ ܘܬܫܥܝܢ ܘܫܬ	—	896 (sic .
Inde ad destructionem Ierosolymae numerat et	ܐܪܒܥܡܐ ܘܥܣܪܝܢ ܘܚܡܫ		425
summam universam efficit......	ܐܠܦ ܘܬܠܬܡܐܐ ܘܥܣܪܝܢ ܘܚܕܐ		1.321
Ac demum a subversione Sodomae ad annum 655 Alexandri (post Christum 343-344), quo epistolam hanc conficiebat..............................	ܬܪܝܢ ܐܠܦܝܢ ܘܫܒܥܝܢ ܘܫܬ		2.076 sic .

W. Wright primo numero inserebat ܘܐܪܒܥ 4, a tertio autem demebat ܥܣܪܐ 10, quarto tandem addebat ܘܫܒܥ 7, unde legendum praebebat : A destructione Sodomae ad descensum Iacob in Aegyptum.................................... annos 204

ad Exodum	—	205
Summa..	—	409
ad aedificationem Templi	—	487
Summa..	—	896
ad destructionem Ierosolymae..............................	—	425
Summa universa..............................	—	1.321

[1] W. Wright, *The Homilies of Aphraates*, p. ܬܟܛ seqq.
[2] G. Bert, *Aphrahat's Homilien*, p. 332 seqq.
[3] F. I. Sasse, *Prolegomena in Aphraatis Sapientis Persae sermones homileticos*, p. 39.

Sasse vero pro primo numero reponit, e Gen. xv, 24 et xvi, 40, collatis Demonstr. ii, 4; xi, 4, et xxiii, 44... ܡܐܐ ܘܬܫܥܝܢ ܘܚܕܐ		191
Idem, e Demonstr. xi, 4, et xxiii, 43, rescribit a migratione Iacob ad Exodum... ܡܐܬܝܢ ܘܥܣܪܝܢ ܘܚܡܫ		225
pro quarum summa, una littera transposita legit... ܐܪܒܥܡܐܐ ܘܫܬܥܣܪܐ		416
Cetera intacta servat, videlicet ab Exodo ad aedificationem Templi...	annos	480
Summa vera...	—	896
ad destructionem Ierosolymae...	—	425
Summa universa...	—	1.321

Haec vero cum Eusebii computatione conferri possunt, qui numerat a destructione Sodomae ad descensum Iacob in Aegyptum...	annos	194
ad Exodum...	—	212
Summa...	—	406
ad aedificationem Templi...	—	480
Summa...	—	886
ad destructionem Ierosolymae...	—	440
Summa universa...	—	1.326

Ultimus autem numerus ab Aphraate effictus, a subversione Sodomae ad annum 655 Alexandri, 2076, nimium correptus, in 2276, inserto ܘܡܐܬܝܢ, emendandus erat, ut cum aliis auctoris supputationibus conveniret.

Aliam etiam instituit Aphraates in Demonstratione ultima computationem, in qua singulorum patriarcharum ab Adam ad Iacob prolixe numerat annos, sicilicet priusquam unusquisque genuit, dein post creatos liberos, ac tandem vitae summam in universum conficit, unde tempus eruit quod quivis cum ultimo suorum pronepotum vixit. (Demonstr. xxiii, 22, seqq.) Primam huius supputationis partem saeculo undecimo perscripsit vel breviavit Elias Barsinaeus, quod huiusce Praefationis initio significabam (p. xi), in sua Chronographia, hoc titulo : ܫܢ̈ܝܐ ܕܒܝܬ ܐܕܡ ܐܝܟ ܕܐܡܪ ܐܦܪܗܛ ܚܟܝܡܐ ܦܪܣܝܐ : *Anni domus Adae, iuxta sententiam Aphraatis, Sapientis Persae.*

Ab Adam igitur summam ducens ad ingressum Iacobi in Aegyptum annos numerat...	2238
ad Exodum...	2463
ad exstructionem Templi...	2943
ad captivitatem babylonicam...	3368
Addit Elias aeram Seleucidarum anno post captivitatem centesimo incepisse, igitur anno mundi...	3468

[1] Cod. Musaei britannici *Rich.* 7,197, fol. 3 seqq., exhibet syriace et arabice *Chronicon Eliae Barsinaei, metropolitae Nisibis.* Textum syriacum habes apud W. Wright, *The Homilies of Aphraates,* pp. 38, 39.

Monet autem Elias, numerum hunc nulli alii ex praemissis a se supputationibus convenire, sed tantummodo ad computum Iudaeorum huius aetatis accedere, « quia, inquit, ex eorum codice desumptus fuit. Iudaeorum autem exemplar mendax est, ut alibi ostendi : »[1] ܘܗܘܐ ܡܢܝܢܐ ܠܐ ܫܠܡ ܠܚܕ ܡܢ ܡܢܝܢ̈ܐ ܕܩܕܡܘܗܝ. ܒܪܡ ܩܪܝܒ ܠܡܢܝܢܐ ܕܗܠܝܢ ܝܗܘܕܝ̈ܐ ܕܒܙܒܢܐ ܗܢܐ. ܡܛܠ ܕܢܣܝܒ ܡܢ ܨܚܚܐ ܕܝܠܗܘܢ ܘܨܚܚܐ ܕܝܗܘܕܝ̈ܐ ܠܐ ܫܪܝܪ ܐܝܟ ܕܚܘܝܬ ܒܕܘܟܐ ܐܚܪܢܐ.

Errat aliquando Aphraates in chronologia, videlicet cum Teglathphalasar post Salmanasar contra Israel ascendisse ait (Demonstr. II, 9); et perperam ab eo respiciuntur loca II (IV) Reg. XVIII, 9, 10; XV, 29, et I Chron. V, 6, 26, cum Salmanasar post Teglathphalasar regnaverit, huiusque incursus ad annos regni Phacee ex ipsa Scriptura referri debeat.

Alia de iudicum imperio, de regno Saulis, de principe Tyri, de sacerdotio Phinees superius (p. L) satis denuntiata sunt.

19. Iamvero Aphraatis stilus et modus scribendi venerabilem etiam procul dubio antiquitatem resipit. Oratio plerumque candida et dilucida, licet interdum, sive propria culpa scribentis, sive codicum, ut ostendemus, vitio, perplexa sit et obcaecata. Aequabili tractu consuevit eloqui, unoque tenore ac specie de multis saepe disserere. Verbosus secundum Orientalium modum, a proposito digreditur, aut in eadem aliquando revolvitur. Nonnunquam etiam subtilitates miscet. Verumtamen artificium dicendi, sermonisque ornamenta non omnino refugit, et eloquentiam profert quasi sponte ex rebus ipsis enatam, cum, verbi causa, fidei celebrat virtutes (Demonstr. I, 18), Deique perfectiones prolixo cantico extollit (Demonstr. XXIII, 59), cum etiam maris transitum enarrat (Demonstr. I, 15), Aman increpat (Demonstr. III, 10), aut Christum inducit morti in inferis obviantem (Demonstr. XXII, 4). Sed et totam hanc Demonstrationem vigesimam secundam *de Morte et Novissimis* splendidiore stilo videtur pinxisse, tanquam rei magnitudine commotus et instinctus. Ornamenta autem et conformationes, quibus ita sententias illustravit, e Scripturarum thesauris, quorum miro modo intelligentiam consecutus est, plerumque desumpsit.

Si de lingua scriptoris nunc quaeratur, qui primum inter syriacos Patres locum obtinet, profitemur eum litteris aramaeis plurimum conferre, sermone a peregrinis vocabulis sincero, ita ut neque extranea origo, nomine significata, persicis fere ullis vocibus prodatur, neque odiosam illam exserat vocum admixtionem arabicarum et graecarum maxime, quibus seriores linguam infercientes, sermonem syriacum a primaeva puritate deiecerunt. Nulla alia Aphraates usurpavit, nisi biblicis codicibus, aut re militari et mercatura syriacis litteris iam invecta, qualia ܐܘܢܓܠܝܘܢ εὐαγγέλιον, ܕܝܬܩܐ διαθήκη, ܢܡܘܣܐ νόμος, ܠܡܛܐ

[1] W. Wright, *The Homilies of Aphraates*, p. 39.

ܠܣܛܐ λῃστής, ܐܟܕܢܐ ἔχιδνα, ܐܬܠܝܛܐ ἀθλητής, ܦܪܬܩܐ παραθήκη, ܦܪܗܣܝܐ παῤῥησία, ܩܢܛܪܘܢܐ pro κεντυρίων, ܕܠܓܛܝܐ pro ܐܘܕܠܓܛܝܐ « indulgentia » (amnistia bellica). Notanda etiam vox ܐܝܩܐ εἰκῆ (Demonstr. XIII, 11) in cod. *B*, pro qua alterius codicis scriptor ܐܝܟܢܐ et ܐܝܟܐ inscite reposuit[1]. Animadvertendum est quoque vocabulum ܡܣܡܣ (c. 505, l. 26 et c. 677, l. 3), cuius origo ignota remansit.

Aliquos insuper dicendi modos adhibet, antiquiorum peculiares, ut ܠ praefixi usus in his formulis : ܠܥܠܡ ܠܥܠܡܝܢ; item ܠܥܠܡ ܠܕܪܝܢ (Demonstr. IV, 15), pro quo apud seriores reperitur praepositio ܥܡ[2]; vel formam : ܕܢܚ ܡܚܘܐ ܘܥܒܕ ܡܢܚܬܐ (XIV, 45) ubi verbum in infinitivo absoluto relinquitur; vel nexum suffixi obiectivi cum infinitivo ܡܣܒܪܘܗܝ et ܡܦܪܩܘܗܝ (Demonstr. XV, 8); quibus addi possunt exempla a grammaticis in obsoletorum numero posita, sive e codicum descriptione sive ex inspectione lexici deducenda.

At pluris etiam facienda sunt Aphraatis scripta si ad syntaxim respiciamus, cum eam veluti auream aetatem aperiant qua litterae syriacae a quarto ad sextum septimumve saeculum, ope Ephraemi ipsiusque discipulorum, et post eos Maruthae, Rabbulae, Isaaci Antiocheni, Iacobi Sarugensis aliorumque, tanto incremento auctae sunt; atque ipse Aphraates, ob certas condiciones quas proposui, a Graecorum consortio prae ceteris subductus, in verborum continuatione et toto circuitu sermonis, syntaxeos habitum et formam vere semiticam exhibeat[3]. Tersior quidem et uberior Ephraemus Aphraate, omnium syriacorum magnificentia et figuris et gratia princeps, quo neminem in lingua sua disertiorem Syri agnoscunt; sed plurimam inter eos tum in consilio cum in eloquendo diversitatem exstare superius ostendi, et magis Isaaco Antiocheno similis noster invenitur, a quo ille non solummodo rerum, ut dictum est, exempla, sed et ingenium et loquendi modum imitatus est. Aphraates vero prosa oratione scribens antiquiora stili documenta profert; quare non immerito eum iudicamus linguae syriacae tironibus maxime prodesse posse, ex cuius operibus qui de grammatica syriaca tractant plurima petunt exempla.

20. Necnon historiarum studiosis documenta tribuit Aphraates. His quae de persecutione persica et de paschatis celebratione superius posui, adde quod tempus regni Saporis librorum subscriptionibus constituitur. Alteram enim Demonstrationum seriem « anno sexcentesimo quinquagesimo quinto

[1] Vid. Cureton, *Remains of the four Gospels*, ad loc. Matth. v, 22.

[2] Vid. Payne Smith, *Thesaurus syriacus*, col. 2157, sub num. 7.

[3] « Im Ganzen glaube ich behaupten zu können, dass man aramäische Syntax am besten aus den mandäischen Schriften, und ferner aus solchen syrischen Werken lernen kann, welche vom Griechischen so wenig berührt sind, wie die des Aphraates » Th. Nöldeke, *Mandäische Grammatik*, Halle, 1871. Praef. p. XXI).

aerae Seleucidarum » inscribit (post Christum 343-344), « Saporis trigesimo quinto » (Demonstr. XXII, 25. Cf. Demonstr. XIV, 50). Ultimam autem dedit « anno sexcentesimo quinquagesimo sexto Graecorum » (post Christum 345), « trigesimo sexto Saporis, post edictam persecutionem quinto » (Demonstr. XXIII, 69). Quintam Demonstrationem de bello scribit a Sapore adversus Romanos illato, anno sexcentesimo quadragesimo octavo aerae Graecorum; et in decima quarta, scripta anno sexcentesimo quinquagesimo quinto, Saporis trigesimo quarto, eidem iterum Sapori dissimulate videtur alludere, regi adhuc iuveni (Cf. Demonstr. XIV, 8 et 50).

Ex his eruitur Saporis regnum ab anno Graecorum sexcentesimo vigesimo (post Christum 309) iam computari debere, licet initio anni 310 in lucem editus fuerit; infantem enim nondum natum magi salutaverant regem. Initium autem persecutionis quadraginta annorum Sapor decreto adversus Christianos indixit, anno vitae et regni trigesimo, clades a Romanis acceptas indigne ferens, ac magorum Iudaeorumque concitamentis impulsus, qui reginae matris aegrotationem veneficiis Christianorum collectam fingebant.

Notandum erit insuper quomodo rei publicae romanae institutionem auctor exponat (Demonstr. V, 13) et successionis modum describat (*ibid.*); rursum quibus argumentis imperium reputet Romanis a Deo datum, ut Christo reservaretur, ideoque regnum eorum a Persis contendat nullo modo posse devinci (Demonst. V, 24); quomodo etiam Romanum imperium Graeco iungat (utrumque enim eo tempore Constantinus obtinuerat), et una serie reges computet qui post Alexandrum in Syria regnaverunt (Demonstr. V, 19). Alexandro enim, postquam duodecim annos regnaverat, successit in Syria Seleucus Nicanor; anno autem 69 ante Christum, Syria in provinciam romanam redacta est; anno 32 ante Christum, Ptolemaeus et Caesar regnum occupaverunt. Si vero de summa 293 annorum ab Aphraate supputata demantur hi 32, cum annis tredecim regno Alexandri tributis, numerus efficitur 248, qui primus annus est regni Philippi imperatoris. Si nunc quaeratur cur Aphraates tertii regni finem isto imperante determinet, dicendum forsan illum ex ea existimatione locutum esse quod Philippus christianus fuerit. Annos Severi seorsum dinumerat; constat enim eos qui de temporibus scripserunt de annis huius imperatoris inter se dissentire. Denique cum annorum supputationem a rege Syrio Seleuco incipit, atque per regem Aegyptium Ptolemaeum absolvit, Orientalium consuetudinem sequitur, qui, postquam, anno ante Christum 69, Syria in provinciam romanam conversa est, tempora per annos regum Aegypti dinumeraverunt, donec Romae imperatores exstiterunt.

Notatu etiam digna sunt quae de clericorum Seleuciensium condicione ante exortas persecutiones Aphraates retegit (Demonstr. XIV, *passim*. Cf. supra

p. xxvi), et de statu rerum in ecclesiis a saevo tyranno vexatis (Demonstr. xxi, 23). Accedat denique mentio ab eo prolata martyrii apostolorum Petri et Pauli, Iacobi quoque et Iohannis, ac persecutionis a Diocletiano in Occidentis partibus illatae (*ibid.*).

Sed quae de monachorum vivendi genere ex Aphraate libare potui vix mihi pepercerim remittere, cum pauca tantummodo scripta, nec fere nisi sequioris aevi, de monastico instituto in Oriente ad nos usque pervenerint.

Variis porro nominibus ab Aphraate nuncupantur, et primum ܩܕܝ̈ܫܐ sive « sancti » (Demonstr. i, 4; iii, 1; vi, 4 et saepius), quod speciali adhibetur sensu continentiae; ܝܚܝܕܝ̈ܐ (Demonstr. vi, 4 et 8; vii, 25; viii, 23), quod « solitarios » seu « anachoretas » proprie designat, verum ad coenobitas appellandos, ut apud nos « monachus », promiscue usurpatum est. Aphraates enim non solummodo solitarios alloquitur, sed monachos sub praelato viventes compellat (Demonstr. x, 9; i, 20; xii, 12). Dicuntur etiam ܐܒܝ̈ܠܐ « lugentes » seu « ascetae » (cf. Demonstr. iii, 1, c. 99, not. i, et Demonstr. ii, 19); et ܛܘܒܢ̈ܐ (Demonstr. vi, 6), ut apud Graecos μακάριοι. Sed saepius vocantur ܒܢܝ̈ ܩܝܡܐ, quod ad litteram sonat « filii foederis », eosque significat qui se Deo ad servandam continentiam *pacto* devoverunt; quae appellatio ab armeno translatore exprimitur ուխտաւորք « devoti »[1].

Haec vero de monachorum vita ex Aphraatis libris adsequi licet. A variis cibis abstinebant (Demonstr. vi, 2 et 8); ieiunio et orationi valde erant addicti (*ibid.*); vigiliis (Demonstr. vi, 2; vii, 21), lectioni, auditioni (Demonstr. vi, 19; x, 9; xii, 12) silentioque (Demonstr. vi, 1) intenti. Corporis cultum, vela, ornamenta saecularia abdicabant (*ibid.* 8); res suas pauperibus erogabant (*ibid.* 2 et 8); curam negotiorum civilium prorsus contemnebant (*ibid.* 1); nuptias eiurabant (*ibid.* 4). Sacerdotibus iunguntur (Demonstr. xx, 14). Monasticae militiae iam ante baptismum nomen dabant (Demonstr. vii, 20).

Virgines, Aphraate auctore, Iesu Christo sunt desponsatae (Demonstr. vi, 6 et 7). Episcoporum munus est eas educare et informare (Demonstr. x, 6). De vetito ab Aphraate monialibus monachorum contubernio superius iam dixi (p. xxiv)[2].

21. Ex hisce variis doctrinae capitulis merito indicatur Aphraates ecclesiasticis potissimum disciplinis instruendis prodesse, et hominem oblivione diu obscuratum Ecclesiae restitui debere, cuius vita licet adhuc a nobis igno-

[1] Antonelli, *Sancti Patris nostri Iacobi episcopi Nisibeni Sermones*, p. 203.

[2] Cf. Rabbulae *Canones*, *Monita ad coenobitas*, *Praecepta et monita ad sacerdotes et regulares*, apud I. Overbeck, *S. Ephraemi Syri, Rabbulae episcopi Edesseni, Balaei aliorumque opera selecta*, Oxonii, 1865, pp. 210-221.

retur, ipse tamen, librorum praedicatione, revelatur ut fidei strenuus adsertor et defensor, Scripturae interpres egregius, optimusque morum magister, qui, ad Apostoli praeceptum, non utique potuit aliter docere quam vixit.

Unde iusta exstitit doctorum hodie de Aphraate sollicitudo, postquam eius libros, nuper in codicibus Nitrianis Musaei Britannici a W. Cureton repertos, ut initio memoravi, syriace edidit W. Wright, praematura morte in orientalium litterarum desiderio correptus. Exemplar a W. Cureton ipso descriptum, cum ambobus codicibus accurate probeque iste contulerat, ut textum inde efficeret, cui varias lectiones subiecit, ex utroque codice exemptas. Librum auxit praefatione anglice scripta, Epistola Georgii syriaca, cum Chronico Eliae Barsinaei, necnon indice biblico [1]. Opus syriacum anglica versio erat subsecutura, at aliis laboribus officiisque impeditus, et tandem fato cedens, consilium non perfecit.

Syriacum auctorem vulgari lingua interpretandum primus sibi sumpsit aestimatissimus vir Gustavius Bickell, cuius egregia merita norunt biblicarum et orientalium rerum studiosi, cum in Thalhoferi collectaneis scriptis Patrum Ecclesiae, Iacobi Aphraatis, episcopi Mar Matthaei, tractatus octo (I, II, III, IV, VII, XII, XVIII, XXII), adiecto prooemio, germanico sermone reddidit [2].

Aphraatem post haec illustravit libello mole quidem exiguo, rerum autem copia perdenso, Franciscus Sasse, in quo auctoris nostri nomen scriptaque explorat, et de armeniaca translatione perdocte disserit [3].

Aphraatis etiam nomine doctoralem thesim inscripsit Iacobus Forget, in qua auctoris nostri vitam et doctrinam fuse pertractat, et plurima excerpta, immo integram Demonstrationem XXI, latine vertit [4].

Tandem in Lipsiana veterum litteraturae christianae monumentorum collectione, Dr Georgius Bert totum Aphraatis opus ex editione Wrightiana germanice reddidit, cum praefatione et notis [5].

[1] W. Wright, *The Homilies of Aphraates, the Persian Sage, edited from syriac manuscripts of the fifth and sixth centuries in the British Museum, with an english translation*, vol. I, the syriac text, London, 1869.

[2] G. Bickell, *Ausgewählte Abhandlungen des Bischofs Iakob Aphraates von Mar Matthäus,* praemissa Introductione, sive *Einleitung über Leben und Schriften des Aphraates* (Thalhofers *Bibliothek der Kirchenväter,* voll. CII, CIII), Kempten, 1874.

[3] C. I. Fr. Sasse, *Prolegomena in Aphraatis Sapientis Persae sermones homileticos,* Lipsiae, 1879.

[4] I. Forget, *De vita et scriptis Aphraatis, Sapientis Persae, Dissertatio historico-theologica, quam ad gradum doctoris s. theologiae in Universitate Lovaniensi consequendum conscripsit,* Lovanii, 1882.

[5] G. Bert, *Aphrahat's des Persischen Weisen Homilien, aus dem Syrischen übersetzt und erläutert* (Gebhardt et Harnack, *Texte und Untersuchungen,* vol. III, fasc. 3), Lipsiae, 1888.

His accedit novae huius labor editionis, mihi a R. D. R. Graffin, linguae syriacae in Instituto catholico Parisiensi lectore, commissus, a quo sua Scriptorum ecclesiasticorum collectio Syriaca initium sumeret. At priusquam operis ratio lectori reddatur, codices ipsos ad editionem parandam insumptos necesse fuit describere.

22. Aphraatis integrum opus iam novit lector inter codices Nitrianos in pluteis Musaei Britannici servari, ex quibus unus, anno 1843, cum aliis trecentis decem et tribus, Willelmi Cureton opera comparatus (Ms. Add. 14, 619)[1] hoc titulo in tegumento designatus : *Mar Iacob Persici tractatus theologici. Syriace*. Eum littera A notavimus. Constat membranis 173, seu quaternionibus 22, in forma quadrata maiori. Singulae paginae 325/250 millimetrorum mensura definitae, binis columnis descriptae sunt, in quibus linearum numerus a viginti quatuor saltem, ad quatuor supra triginta, densiori aliquando scriptura, perducitur, ut ad codicis finem potissimum videre licet (vid. tamen foll. 121 et 122). Totus liber aequabili nitidaque scriptura, ad iustam inclinationem formata, et intra rectos margines complexa exaratus, charactere antiquo quem estranghelo vocant, saeculum sextum prodit; neque aliter aetas declaratur, cum dies codici non fuerit appositus. Cuiusque Demonstrationis titulus, ultima epigraphe, littera capitalis, et signa interpunctionis rubro calamo depicta sunt. Complectitur autem Tractatus viginti tres editionis nostrae, paucis remanentibus quae desiderentur.

Altera facies folii 1 infeliciter mutila et deformis apparet, adeo ut nec iam libri titulus, neque ex Epistola Interrogatoris primae lineae reperiantur; totaque pagina est maculis foedata (vid. c. 1). Epistolam hanc Interrogatoris praeviam, ea ratione mancam, proxime subsequitur Demonstratio prima sine titulo.

Folia 2, 3, 4 leviter vitiata sunt et ad extremos angulos arrosa, unde notandum est[2] :

Fol. 2 *a* A mutilus : ܘܡ[ܢ] I 8_{10} — ܗܘܡܫܡܫܐ ܐܠ[ܐ] 8_{19} — ܠܐ ܗܘ[ܐ] 8_{20} — ܟܠ 8_{21} — ܠܥܘܡܩ ܢܝܫ 8_{21} — ܡܫܡܫܝܢ ܕܒܢܝܐ. ܘܗܘܡܫܡ ܗܘܝܢ 8_{22}

Fol. 2 *b* A mutilus : ܡܫܠܡܢܐ[ܘ] I 9_{13} — ܒܚܡܝܐ 9_{15} — ܘܝܫܐ 9_{15} — ܘܡܫܡ[ܐ] 9_{15} — ܠܫܡܫܐ ܘܗܘ ܢܗܘܐ 9_{16} — ܡܫܠܡܝܢ. ܠܗ ܠܡܫܠܡܘ[ܬܐ] ܘܡ 9_{17}

Fol. 3 *a* A mutilus : ܐܡܪ[ܬ] I 13_{21} — ܐܢܫܝ[ܢ] 13_{22} — ܡܢܒܝܐ 13_{23} — ܒܢܒܝܘܬܐ[ܘ] 13_{23} — ܘܡܫܡܫܝܢ ܗܘܘ 13_{24} — ܡܠ[ܐ]ܟܐ[ܘ] 13_{24} — ܒܗܢܐ ܕܡܝܐ[ܕ] 13_{25}

Fol. 3 *b* A mutilus : ܐ[ܘ] ܠܗܘܢ I 16_{16} — ܘ[ܗ]ܡܝ 16_{17} — ܫܘܒܚܐ 16_{18} — ܒܡܝܐ 16_{18} — ܡܫܘܚܝ 16_{19} — ܒܝܐ 16_{19} — ܗܘܐ 16_{20} — ܕܡܝܡܡ[ܠ]ܐ 16_{20}

Fol. 4 *a* A mutilus : ܒܡܫܠܐ I 21_{2} — ܘܐܡ[ܪ] 21_{3}

Fol. 4 *b* A mutilus : ܗܘ I 21_{22} — ܒܫܡܝܐ 21_{22}

[1] W. Wright, *Catalogue of the syriac Manuscripts in the British Museum*, p. XIII.

[2] In hac et sequentibus tabellis litterae aut verborum partes quae in codicibus deficiunt, uncinis includuntur; quae vero ex toto desiderantur sine uncis posuimus.

Folia integra desiderantur post fol. 6 (vid. t. I, cc. 37_{3}-41_{25}), post fol. 21 (vid. t. I, cc. 145_{5}-152_{12}), post fol. 167 (vid. t. II, cc. 96_{21}-140_{16}).

Fol. 41 exteriorem columellam deperdidit (vid. t. I, cc. 277_{13}-281_{6}).

In folio 1 *b* (vid. c. 5), hae duae lineae leguntur, sursum deorsum inter columnas invenusta manu appositae, forsan ut amissus titulus expleretur : ܐܓܪܬܐ ܩܕ ܕܬܚܘܝܬܐ ܕܗܝܡܢܘܬܐ ܕܚܟܝܡܐ ܦܪܣܝܐ ܓܒܪܐ ܓܡܝܪܐ ܘܡܠܦܢܐ ܪ̈ ܟܢܫ. ܡ ܟܕ ܫܐܠܗ ܬܠܡܝܕܗ ܕܢܦܫܩ ܠܗ ܐܪ̈ܙܐ ܟܣ̈ܝܐ ܕܒܟܬ̈ܒܐ ܩܕ̈ܝܫܐ ܕܥܕܬܐ ܩ *Epistola prima Demonstrationis de Fide, Sapientis Persae, viri perfecti et doctoris, cuius nobis adsit oratio; cum ab eo rogavisset discipulus suus mysteriorum absconditorum quae in sacris libris Ecclesiae sanctae consignantur explanationem.*

Ad calcem Demonstrationis XXII, fol. 154 *b*, c. 2, purpureo calamo subscripsit amanuensis : ܫܠܡ. ܟܬܒܢܘܬ. ܐܓܪ̈ܬܐ. ܟܒ̈ ܘܬܪܬܝܢ. ܕܚܟܝܡܐ. ܦܪܣܝܐ. *Absoluta est scriptura* XXII *Epistolarum Sapientis Persae;* cui clausulae lector quidam Zachaeus nomine sequens addidit de Aphraatis existimatione testimonium, nigris litteris scriptum : ܗܢܐ ܚܟܝܡܐ ܦܪܣܝܐ ܓܒܪܐ ܓܡܝܪܐ ܗܘܐ ܘܡܠܘ̈ܗܝ ܘܡܠܦܢܘܬܗ ܗܢܝܢ ܡܣܗ̈ܕܢ ܥܠܘܗܝ. ܕܨܠܘܬܗ ܥܡܢ. ܐܡܝܢ. ܙܟܝ ܚܛܝܐ. *Hic Sapiens Persa vir perfectus fuit; eius verba et doctrinae testimonium de ipso reddunt. Cuius oratio nobis adsit. Amen. Zachaeus peccator.*

Idem clausulae Demonstrationis XXIII *de Acino* (fol. 173 *b*) haec verba subiecit : ܕܚܟܝܡܐ ܪܒܐ ܦܪܣܝܐ *Magni Sapientis Persae.* Ac tandem in colophone (*ibid.*), post finalem doxologiam, hoc auctorem ornat elogio, de quo supra (pp. XII et XXIII) mentionem feci : ܗܢܐ ܦܪܣܝܐ ܚܟܝܡܐ ܐܠܗܝܐ ܗܘܐ ܘܓܡܝܪܐ ܘܟܬ̈ܒܐ ܣܓܝ̈ܐܐ ܥܒܕ ܒܥܕܬܐ. ܨܠܘܬܗ ܥܡܢ ܀ ܗܘ ܕܝܠܗ ܗܝ ܐܓܪܬܐ ܕܫܕܪ ܠܪܝܫ ܕܝܪܐ ܐܠܘܬܗ ܀ *Hic Sapiens Persa divinus et perfectus, libros multos in Ecclesia composuit. Nobis adsit eius oratio. Ipsius est haec Epistola, quam ad Abbatem quemdam misit.* Legitur etiam in superiore margine folii 15 *a* haec scriptura sursum deorsum versa : ܟܬܒܐ ܕܡܪܬܝܢܘܬܐ *Liber exhortatorius;* de quo nomine quae superius dicta sunt recole (p. XXII).

De scripturae autem indole, seu ὀρθογραφίᾳ in hoc manuscripto insumpta, ne in eadem redeamus, simul dicemus post descriptionem codicis B-*B*.

Codex ille B-*B* ad seriem pertinet quatuor post annos Londinum ex Aegypto advectam[1], et duos reapse complectitur libros, quorum uterque partem continet operum Aphraatis, posteriore priorem explente. Ambo simul compaginati fuere, unumque volumen efficiunt numerum gerens in Museo Britannico addititium 17.182.

Pars prior huius voluminis, littera B signata, decem Demonstrationes exhibet, quibus constat « liber primus » operum Aphraatis (fol. 1-99), et decimam Demonstrationem excipit finalis epigraphe cum doxologia : ܫܠܡ. ܟܬܒܢܘܬ. ܟܬܒܐ. ܗܢܐ. ܐܓܪ̈ܬܐ. ܩܕܡܝܬܐ. ܕܚܟܝܡܐ. ܦܪܣܝܐ. ܕܗܘܝ. ܟܬܒܢܝܬܐ. ܟܬܪ. ܡܫܒܚܐ ܠܐܒܐ. ܘܠܒܪܐ. ܘܠܪܘܚܐ. ܩܕܝܫܐ. ܠܥܠܡ. ܥܠܡܝܢ. ܐܡܝܢ.

[1] W. Wright, *Catalogue of the syriac Manuscripts in the British Museum*, p. XV.

Absoluta est scriptura Epistolarum priorum Sapientis Persae, quae sunt decem numero. Gloria Patri, et Filio, et Spiritui sancto, in saecula saeculorum. Amen.

Nobili vetustatis iure superbit ille codex, cum annum 785 Graecorum, post Christum 474, inscriptum praeferat, atque sic inter antiquiores codices syriacos quarto gradu numeretur[1]. Antiquum illud insigneque exemplar membranaceum, nonnihil minore quam superior codex demensum modulo (260/210 mm.), 99 folia comprehendit, bifariam divisa, et 23 aut 26 lineis exarata. Liber iisdem estrangelicis characteribus depictus est. Litterarum autem mediocris acclivitas et liber manus ductus, linearum intervallum, inflectio et elevatio sinistram versus, marginum etiam limes obliquus aliquando, et totius scripturae conformatio nativam prodit elegantiam, a nimio aequalitatis studio alienam[1]. Inde evenit ut, quod in vetustioribus codicibus saepe animadvertere licet, elementorum discrimen inter ܕ et ܪ non fuerit semper servatum, signa diacritica omissa[2].

Vide omisso puncto diacritico ܕ :

ܕܐܒܗܬܐ B I 36_{24} — ܢܬܚܒܪ B 125_{24} — ܚܕܐ B 245_{4} — ܕܐܦܠܐ B 264_{23} — ܡܥܒܕܐ B 277_{16} 345_{20} — ܟܕ B 140_{22} 284_{22} 309_{7} 320_{23} 348_{24} — ܐܚܕܐ B 289_{22} 320_{7} — ܒܗܘܢ B 292_{21} 312_{19} — ܡܬܒܥܕܢܝܬܐ B 292_{24} — ܡܘܕܝܐ B 296_{13} — ܡܕܡ B 297_{12} 309_{24} 341_{26} — ܒܕܡܝ B 304_{22} — ܒܕܐ B 309_{1} — ܒܟܣܝܐ B 309_{16} — ܒܗܕܬܐ B 309_{20} 312_{19} — ܢܕܒ B 328_{15} — ܗܕܐ B 345_{3} etc.

et omisso puncto diacritico ܪ :

ܥܡܪ B I 33_{21} — ܡܥܡܪܝܢ B 153_{22} — ܐܪܝܡ ܠܥܪܝܐ B 176_{18} — ܡܦܩܪ B 217_{8} — ܐܬܪܬܐ ܠܡܥܡܪܐ B 220_{11} — ܫܪܬܐ B 228_{9} — ܡܪܬܐ B 268_{13} — ܐܬܪ B 273_{27} — ܪܘܚܐ B 297_{13} 308_{20} — ܒܪܬܐ B 297_{22} — ܡܪܝܐ B 300_{13} — ܡܒܪܢܝܢܗ B 320_{13} — ܐܬܩܪ B 324_{14} — A ܪܘܚܗ 328_{8} — ܐܟܪ 333_{20} — ܥܡܪ B 340_{26} — ܗܪܐ B 341_{12} — ܐܡܪ B 344_{16} — ܡܪܢܗ B 349_{1} etc.

Nonnulla folia vitiata sunt :

Fol. 1, totius libri veluti integumentum, rudia quaedam praefert lineamenta, cum uncialibus graecis, et syriacis notis quae ad textum non pertinent.

Fol. 2, incipit cum ultimis verbis Epistolae Interrogatoris (vid. c. 4, l. 15). Primae Demonstrationis titulus etiam desideratur (vid. c. 5).

Pro fol. 7, iamdiu deperdito, aliud, saeculo nono subiectum est, ut e litteris erectis ac rigidiori et crassiori calamo delineatis, disparili pergamena, atramentove, maxime in aversa pagina, pallescente iudicatur. (Vid. c. 25, l. 21 — c. 32, l. 5); praeterea mendis aut omissis nonnullis, insolitaque punctorum appositione squalet hoc folium additivum; quae omnia recognita ita sub oculis lectoris subiicimus :

ܒܗܘܢ I 25_{22} — ܘܗܢܘܢ 27_{3} — ܡܢܗܘܢ 27_{12} — ܕܐܬܦܢܝܘ 28_{16} — ܩܕܡܝܗ 28_{23} — ܩܕܡܝܗܘܢ 28_{24} — ܒܗܘܢ 29_{9} — ܘܡܢܗ 29_{10} — ܒܗܘܢ 29_{11} — ܕܚܢܢ 29_{14} — ܠܟ 29_{16} — ܒܗܘܢ 29_{22} — ܫܠܝܚܘ 29_{24} — ܘܐܬܟܠܘ 29_{25} — ܕܡܢܗ 29_{25} — ܒܗܘܢ 29_{26} — ܐܢܘܢ 32_{1} — ܕܡܢܗ 32_{4} — insuper ܘܡܥܡܪܐ 29_{9} omisso puncto diacritico litterae ܕ.

[1] Primum ordinem tenet codex Musaei Britannici Add. 12,150 continens Clementis Recognitiones, Sermones Titi Bostrensis et Historiam Eusebii, Edessae scriptus anno aerae nostrae 411, emptus anno 1839 a Londinensibus. Proximus est alius, forsan et Edessenus, Historiae Eusebii, anno 462 indictus, Imperatoris Russorum bibliotheca, anno 1852 gravi aere comparatus. Tertius ponitur Pentateuchus syriacus Amidensis, anni 464, Musaei Britannici Add. 14,425; quartus tandem iste codex Aphraatis, Edessae etiam, decem post annos, scriptus. Cf. W. Wright, *Catalogue of the Syriac Manuscripts in the British Museum*, p. 1236.

[2] Cf. Land, *Anecdota syriaca*, I, p. 65.

Fol. 8, leviter lacerum et foedatum, unde B mutilus : ܒܚܙܘܢܝ I 32_5 — ܒܫܘܒܚܐ 32_6 — ܐܩܝܡ ܘܐܘܕܥܢܝ 32_7 — ܘܥܡܗܘܢ 32_7 — ܘܐܬܪܗ 32_8 — ܘܠܗ 32_8 — ܠܥܠܡ 32_9

Fol. 40, ad interiorem marginem leviter recisum, cf. cc. 172_{26}-176_{26}, unde B mutilus : ܡܫܡܫܢܘܬܗ I 173_7 — ܐܢܘܢ 173_{13} — ܠܗܘܢ 173_{23}

Fol. 41, amissum (vid. t. I, cc. 176_{26}-c. 177_6 et cc. 177_{13}-c. 180_{20}) praeter misellum fragmentum, vid. quae supersunt cc. 177_6-177_{13} et cc. 180_{20}-181_2 in his autem B mutilus : ܠܥܢܝܘܬܐ I 177_7 — ܒܗܘܢ ܗܘܐ 177_7 — ܕܟܝܢܬܐ 177_8 — ܗܘܐ ܠܗܝܢ 177_8 — ܡܫܡܫ 177_9 — ܕܡܫܡܫܢܐ 177_9 m ܬܘܒ 177_{10} — ܒܐܝܕܐ 177_{11} — ܐܝܟ ܕܐܦ 177_{11} — ܠܡܬܠ 177_{12} — ܐܝܟ ܕܗܘܐ 177_{12} — ܡܠܟܐ ܗܘ ܘܗܘ 177_{13} — ܘܕܝܢܐ 177_{13}

Fol. 42, ad oram exteriorem amputatum, unde B mutilus : ܡܬܠܘܢܝܬܐ I 180_{20} — ܘܐܦܠܐ ܡܫܡܫܢܐ ܕܟܠ ܐܢܫ 180_{20} — ܡܫܡܫܢܐ ܠܐ ܡܫܡܫܢܐ 180_{21} — ܐܦ ܠܐ ... ܐܝܟ ܠܡܠܟܐ 180_{21} — ܘܐܬܚܙܝܬ 180_{23} — ܘܐܡܪ ܠܗܘܢ 180_{23} — ܘܡܫܡܫܢܘܬܐ 180_{25} — ܐܝܟ ܕܐܦ 180_{25} — ܠܡܫܡܫܢܘܬܐ 180_{25} — ܐܝܟ ܕܐܦ ܐܢܬ : ܐܦ ܠܐ 180_{27} — ܐܦ ܠܐ ܗܘܘ 181_1 — ܘܐܬܡܫܡܫܘ ܡܢܗܘܢ 181_2 — ܐܦ ܠܐ ܐܬܐ 181_2 — ܡܫܡܫ 181_{16} — ܕܡܬܠ 181_{17} — ܘܡܠܟܘܬܗܘܢ 181_{17} — ܐܬܢܒܝ 181_{18} — ܕܠܗ ܬܘܒ 181_{18} — ܗܘ ܗܘ ܒܡܠܐ 181_{19} — ܕܟܠܗܘܢ ܘܡܢܗ 181_{19} — ܕܠܗܘܢ ܘܡܢܗܘܢ 181_{20} — ܘܐܬܢܒܝ 181_{21} — ܕܟܠܐ 181_{21} — ܘܗܘܐ 181_{22} — ܡܫܡܫܢܐ 181_{22} — ܐܬܢܒܝ 181_{23} — ܢܒܝܐ ܕܟܠ 184_1 — ܕܟܠ ܐܬܐ 184_1 — ܠܡܫܡܫܘ 184_2 — ܘܡܠܐ 184_3 — ܠܡܫܡܫܢܐ 184_3 — ܡܫܡܫܢܐ 184_4 — ܐܬܐ 184_4 — ܠܗܝܢ 184_5 — ܡܫܡܫ 184_5 — ܡܫܡܫܢ ܗܘܘ 184_6 — ܘܡܫܡܫܢܐ 184_7 — ܡܫܡܫ 184_7 — ܒܡܫܡܫܢܐ 184_8 — ܘܡܫܡܫܢܘܬܗ 184_9 — ܐܬܐ 184_9 — ܠܡܫܡܫܢܘܬܐ ܒܡܫܡܫܢܐ 184_{10} — ܗܘ ܠܗܘܢ 184_{10} — ܐܬܐ 184_{11} — ܗܘܬ ܘܡܢܗ 184_{11} — ܡܫܡܫ ܠܗ 184_{11} — ܗܘܝܐ 184_{12} — ܐܬܐ 184_{12} — ܘܐܬܡܫܡܫ 184_{13} — ܕܟܠ ܡܫܡܫ 184_{13} — ܕܡܠܐ ܘܡܠܐ 184_{14} — ܘܐܦ ܗܘ 184_{14} — ܡܫܡܫ ܠܗ 184_{15} — ܕܐܬܡܫܡܫ 184_{15} — ܠܐ ܗܘ 184_{16} — ܕܡܫܡܫܢܐ ܘܡܫܡܫܢܐ 184_{17} — ܠܡܫܡܫܢܐ 184_{17} — ܡܫܡܫܢܘܬܗ 185_1 — ܘܡܫܡܫܢܐ 185_2 — ܡܫܡܫܢܐ ܡܫܡܫ 185_3

Post fol. 42 desunt duo folia, vid. cc. 185_{20}-196_7; et post fol. 43 nova lacuna trium foliorum succedit, vid. cc. 200_{12}-212_{22}; folium integrum deest pariter post fol. 51, vid. cc. 245_{25}-252_8; aliud post fol. 73, vid. cc. 349_{14}-353_{14}

Cum litterae tum signa numerica singulis octonis apposita, partim conspicua remanserunt v. gr. : ܟ fol. 16 *a*, ܓ fol. 24, *a* etc. Tituli, initiales litterae (praeterquam in Demonstratione VIII) coronides, puncta distinctionum rubro stilo consignata sunt. Cuique tandem Demonstrationi numerum arabice, antiqua scriptura, id est punctis diacriticis expedita, posterior manus adiecit. Iisdem litteris, folio 59 *b*, in margine superiori inscriptum reperitur : رحم الله من قرى وغفر لمن كتب legei *Deus misereatur legentis, et veniam indulgeat scriptori;* et fol. 21 *b* ad sinistram oram syriace : ܡܠܦܢܘܬܗ ܫܪܝܪܐ ܕܡܠܦܢܐ ܗܢܐ *Doctoris huius vera est doctrina.*

Folium 99 *b* sequentem exhibet a tergo coronidem, leviori, seu, ut aiunt, cursivo charactere effictam, qua codicis aetas, locus scriptionis aliaque declarantur. Quae W. Wright ante viginti hos annos restituit, hodie vero oblitterata sunt, uncinis inclusi : ... ܐܙܕܒܢ ܟܬܒܐ ܗܢܐ ܠܓܒܝܐ ܕܐܠܗܐ ܡܪܝ ܡܢܝܡ ܩܫܝܫܐ ܕܥܕܬܐ ܕܩܪܝܬܐ ܚܪܝܫܬܐ ܡܢ [.....] ܩܕܝܫܐ ܘܩܪܝܢܐ ܕܟܠܗܘܢ ܚܒܝܒܘܗܝ. ܒܝܘܡܬܐ ܕܡܝܬܪܐ ܘܡܫܝܚܐ ܪܚܡܐ ܡܪܝ ܛܝܡܬܐܘܣ ܐܦܝܣܩܘܦܐ ܘܡܪܝ ܡܢܝܡ ܦܪܝܘܕܘܛܐ. ܘܡܫܝܚܐ ܒܨܠܘܬܗܘܢ ܕܟܠܗܘܢ ܩܕܝܫܘܗܝ ܢܓܠܐ ܪܚܡܘܗܝ ܥܠ ܥܡܪܗ ܘܥܠ ܩܢܝܢܗ ܘܒܥܠܡܐ ܕܥܬܝܕ ܢܬܠ ܠܗ ܫܘܒܩܢܐ ܕܚܛܗܘܗܝ ܠܥܠܡܝܢ. ܐܡܝܢ. ܐܫܬܠܡ ܕܝܢ ܗܢܐ ܟܬܒܐ ܒܝܪܚ ܐܝܠܘܠ ܕܫܢܬ ܫܒܥܡܐܐ ܘܬܡܢܝܢ ܘܚܡܫ ܒܡܕܝܢܬܐ ܐܘܪܗܝ ܕܒܝܬ ܢܗܪܝܢ. *Hunc librum emit electus Dei Mar Menim, presbyter ecclesiae vici Harishtae* (forsan حرستا, prope Damascum) *ex... sancti...* (nomina rasura e codice exciderunt) *ad oblectationem et lectionem omnium carorum suorum, in diebus excellentissimi et Christo devoti Mar Timothei, episcopi, et Mar Monimi, periodeutae; ut Christus, omnium sanctorum suorum orationibus, misericordem se exhibeat in habitationem et facultates eius, et in saeculo venturo peccatorum ei tribuat remissionem in perpetuum. Amen. Liber autem iste absolutus est mense Elul anni septingentesimi octogesimi quinti* (septembri 474) *in urbe Edessa Mesopota-*

miae. Ibidem lineae tres in tranversa dispositae nomen tradebant serioris possessoris : + ܗܢܐ ܟܬܒܐ ܐܝܬܘܗܝ ܕܝܫܘܥ ܒܪ ܡܪ.... ܟܠ ܕܩܪܐ ܗܘ ܢܨܠܐ ܥܠܘܗܝ. ܫܘ *Hic liber est Iesu filii Mar...* (nomen consulto rursus erasum). *Quicumque legerit, pro illo oret. Gloria.*

Tandem post epigraphen et doxologiam modo relatam, in priore eiusdem folii pagina (fol. 99 *a*), Moyses Nisibenus, Abbas monasterii sanctae Mariae Deiparae, qui saeculo decimo bibliothecae Scetensi amplissima attulit incrementa, sequenti nota, minoribus litteris scripta ius dominii testabatur : ܐܦ ܠܟܬܒܐ ܗܢܐ ܙܒܢܗ ܡܘܫܐ ܚܛܝܐ ܪܝܫܕܝܪܐ ܕܣܘܪܝܝܐ ܕܒܕܒܪܐ ܕܐܣܩܛܝܣ ܒܪܝܫܥܝܢܐ. ܠܚܘܫܚܐ ܕܕܝܪܐ. ܐܠܗܐ ܢܚܘܣ ܥܠܘܗܝ ܘܥܠ ܟܠ ܕܡܫܬܘܬܦܝܢ ܥܡܗ. ܘܠܐ ܡܫܠܛ ܐܢܫ ܕܢܦܩ ܟܬܒܐ ܡܢ ܕܝܪܐ ܘܠܐ ܕܢܥܛܐ ܗܕܐ. ܘܕܝܢ ܡܡܪܚ ܗܘ ܢܗܘܐ ܒܚܪܡܐ ܥܠܘܗܝ ܥܕܡܐ ܕܢܗܦܘܟ ܠܗ ܀ *Moyses peccator, Abbas Syrorum, in deserto Scetensi, librum hunc emit Resainae in monasterii usum, ut Deus sibi et omnibus qui cum ipso habent societatem sit propitius. Nec cuiquam liceat librum e monasterio efferre, vel hoc monitum delere. Quod si quis praesumpserit, anathema erit super eum, donec rem restituerit.*

Posterior pars voluminis (*B*), triginta et octo post annos exarata, priorem continuat, nisi quod Demonstrationes undecima et duodecima integrae, cum tertiae decimae parte deficiunt (vid. c. 468, l. 1-c. 552, l. 12.) Septuaginta sex folia membranea comprehendit (100-175), iisdem ferme mensuris aptata (245/205 mm.), cum iactura indicii numerici quaternionum. Elementa lucidiore forsan, non vero adeo eleganti et gracili tractu agnoscuntur depicta. Binae columnae, angustiore marginum spatio definitae, triginta quadragintave lineas complectuntur, vocibus confertas et in rectum deductas.

Tituli cum initialibus litteris, ultimis tractatuum clausulis maioribusque distinctionibus purpura, interpunctiones vero nigro calamo sunt exaratae.

Desunt ab initio octo folia, aliudque post fol. 105 *b*. Ultima codicis folia (foll. 173, 174) ad oras leviter attrita fuere, unde :

B mutilus : ܕܟܝܢܐ[II 141_{16} — ܐ[ܣܥ 144_{15} — ܘܐ[ܘܡܣܐ 144_{16} — ܘ.ܡܣܘܕ. 144_{17} — ܕܘܪܝ. 148_{12} — ܠܗ 148_{15} — ܡܣܒܠ 148_{18} — ܘܡܛܝܢ 148_{19} — ܐܬܪܐ 148_{20}

Fol. 116 *b* quatuor exhibet voces ܨܘܡܐ. ܨܠܘܬܐ. ܨܠܡܐ. ܨܠܝܒܐ. *Ieiunium, Oratio, Imago, Crux,* in crucis figuram dispositas, ita ut uni litterae tanquam cardini singulae voces incumbant, videlicet :

ܡ
ܘ
ܨܠܘܬܐ ܨ ܠܡܐ
ܠ
ܝܒܐ

Praeterea folium 129 *a* in eamdem similitudinem figuratum habet nomen ܕܢܝܐܝܠ *Daniel.*

Folio 174 *a*, medio spatio inter columellas, nomen inscripsit *Abrahamus* quidam *Bar Nonnus* ܐܒܪܗܡ ܒܪ ܢܘܢܐ. Ad colophonem in eadem pagina legitur haec subscripitio finalis : ܫܠܡ ܟܬܒܐ ܕܬܚܘܝܬܐ. ܗܢܐ ܕܐܬܟܬܒ ܒܝܘܡ..... ܒ ܕܝܪܚ ܬܡܘܙ ܫܢܬ ... ܕܝܘܢܝܐ.

ܫܘܡܠܝܐ ܚܬܝܡ ܘܐܫܬܠܡ ܥܠ ܐܠܦ ܒܝܬ. ܘܚܕܐ ܕܥܠ ܦܘܪܬܐ. ܫܘܒܚܐ ܠܐܒܐ. ܘܠܒܪܐ ܘܠܪܘܚܐ ܕܩܘܕܫܐ ܠܥܠܡ ܥܠܡܝܢ ܐܡܝܢ.

Absoluta est in hoc libro descriptio omnium Epistolarum sancti Iacobi, Sapientis Persae, quae numero sunt viginti duae secundum alphabetum, et una de Acino. Gloria Patri, et Filio, et Spiritui sancto, in saecula saeculorum. Amen. Librarius nomen *sancti Iacobi,* errato bis scriptum, rasura exemit, ita tamen ut saltem ultima littera adhuc appareat.

Insignior autem est finalis epigraphe eidem folio 174 *b* a tergo apposita, currente calamo, et mixto vel cursivo charactere depicta, qua amanuensis annum scriptionis, libri emptorem coenobiique nomen prodiderat, quae quidem nomina ex proposito deleta sunt, ita ut legi nequeant amplius. Totius paginae descriptionem accipe :

ܕܘܟܪܢܐ ܛܒܐ ܘܫܘܡܗܐ
ܒܣܝܡܐ ܩܕܡ ܐܠܗܐ ܡܫܒܚܐ
ܕܬܠܝܬܝܘܬܐ ܗܘܐ ܠܒܪ ܚܐܪ̈ܐ
ܘܢܟܦܐ ܠܗ̇ . . . .
. . . .
. . . . ܘܥܒܕ . . . . .
ܘܐܬܚܦܛ ܘܟܢܫ ܠܗ ܣܝܡܬܐ
ܗܕܐ ܡܝܬܪܬܐ ܕܡܪܝ ܝܥܩܘܒ
ܚܟܝܡܐ ܦܪܣܝܐ ܘܐܥܛܝܗ
ܘܩܪܒܗ ܠܐܬܪܐ ܩܕܝܫܐ
ܒܝܬ ܣܒ . . . ܕܝܪܐ ܒܝܬ ܩܕܝܫ
. . . . ܕܐܝܬܘܗܝ ܒܩܪܝܬܐ
. . . .
. . . .
. . . .
. . . .
. . . .
ܝܫܘܥ ܡܫܝܚܐ ܢܩܒܠ ܩܘܪܒܢܗ
ܘܢܨܒܐ ܒܢܕܪܗ ܢܕܪܗ ܐܝܟ
ܕܗܒܝܠ ܟܐܢܐ ܘܐܝܟ ܕܟܠܗܘܢ
ܐܒܗ̈ܬܐ ܕܫܦܪܘ ܒܕܘܒܪܗܘܢ
ܒܕܘܒܪ̈ܝܗܘܢ ܫܦܝܪ̈ܐ ܘܒܥܒ̈ܕܝܗܘܢ
ܓܡܝܪ̈ܐ ܘܒܥܠܡܐ ܗܢܐ ܢܣܓܐ
ܘܢܬܥܦܦ ܩܢܝܢܗ ܒܐܥܦ̈ܐ
ܢܬܝܬܪ ܘܒܥܒ̈ܕܐ ܕܙܕܝܩܘܬܐ
. . . . ܕ ܢܩܪܐ
. . . . ܘܢܫܡܥ
. . . . ܐ...ܬܐ
. . . . ܡܠܟܘܬܐ

ܒܗ ܐܡܪ ܕܝܫܘܥ . . . .
ܘܢܫܡܥܘܢ ܡܢ ܦܘܡܗ ܡܠܬܐ
ܕܐܡܪ ܕܐܬܘ ܒܪ̈ܝܟܘ ܕܐܒܝ
ܝܪܬܘ ܡܠܟܘܬܐ ܕܫܡܝܐ ܒܗ
ܐܡܝܢ ܘܫܦܝܪ ܩܕܡܝܢ ܠܥܠܡ
ܠܥܠܡܝܢ ܐܡܝܢ.
ܫܠܡܬ ܒܝܘܡ ܬܠܝܬܝܐ
ܘܒܫܢܬ ܐܠܦ ܕܝܘ̈ܢܝܐ
ܒܝܕ ܚܛܝܐ ܐܢܫ.

Sit memoria bona et fama iucunda coram Deo laudabili, qui Trinitas est, nobili et pio...... et fecit...... et diligenter congessit sibi praestantissimum hunc thesaurum [librorum] Mar Iacobi, Sapientis Persae, eumque dedit obtulitque loco sancto domus S.b.. monasterii sancti...... quod est in pago......

Iesu Christo accepta sit eius oblatio et gratum votum, sicut [oblationes] sancti Abel et omnium patriarcharum, qui moribus suis bonis, perfectisque operibus illi placuerunt; et in saeculo hoc eius substantia crescat, et duplicato augeatur, et abundet, et operibus iustitiae. . . . . vocantem

. . . . *dexteram suam*
. . . . *venire*
. . . . *prudentes* [?] *cum iis qui peregerunt* [?]... *ut audiant sermonem Salvatoris dicentis : Veni, benedicte Patris mei; posside regnum caelorum cum iis qui placuerunt mihi, in saecula saeculorum. Amen.*

Scriptum anno octingentesimo vigesimo tertio Graecorum, mense Canun posteriori (ianuario anni 510 post Christum).

De ultimo tandem folio 175, in tegumentum, ut videtur, adhibito, exigua superest particula (110/55 mm.) scissa, oleoque prius oblita, in qua haec latina leguntur uncialibus sexti saltem saeculi characteribus :

ESCA ET CORPUS
QUAM VESTIME
CONSI

quae ad Evangelium Lucae (XII, 23, 24) pertinent. Et aversa charta, iisdem, magis tamen conspicuis aliquanto litteris :

QUIA CONPLACU
IT PATRI VESTRO
DARE

(*ibid.*, XII, 32). Cetera in membranae scissura non apparent.

Pro Demonstratione XXIII tertium adhibuimus codicem in eodem Museo Britannico, hac nota : *Ms. Orient.* 1017 signatum[1]. Eum littera C notavimus[2].

Anno Graecorum 1675, post Christum 1364, indictus, selecta opera Barhebraei in priori parte complectitur; in altera vero opus quodquam chronographicum, exordium sumens a Chronico Aphraatis, quod in prima parte Demonstrationis XXIII continentur[3]. Haec vero quae ita e Demonstratione XXIII Aphraatis desumpta sunt includuntur a fol. 159 *a* huius codicis ad fol. 170 *a* (Vid. *Patr. Syr.* p. I, t. II, cc. 1-93), praemisso titulo ܒܝܕ ܐܠܗܐ ܦܘܚܡܐ ܫܢܝ̈ܐ ܕܛܘܗܡܐ : ܕܟܬܒܗ ܐܦܪܗܛ ܗ̄ ܡܟܣܘܣ ܚܟܝܡܐ ܕܦܪ̈ܣܝܐ ܡܢ ܥܠܬܗ ܕܒܢܝ : ܡܥܡܪܐ ܚܕܐ ܘܩܪܐ ܠܟܘܟܒܐ ܀ *Auxiliante Deo.*

[1] W. Wright, *Catalogue of the syriac Manuscripts in the British Museum*, p. 896.

[2] Horum codicum specimina lector infra reperiet, scilicet Cod. A, Ms. Add. 14, 619, fol. 24 *b*, c. 1, ll. 1-5 (vid. t. I, c. 168, ll. 10-13), Cod. B, Ms. Add. 17, 182, fol. 59 *b*, c. 1; ll. 4-9 (vid. t. I, c. 284, l. 26; c. 285, l. 3), Cod. *B*, Ms. 17, 182, fol. 116 *b*, c. 1, ll. 8-12 (vid. t. I, c. 708, ll. 13-17), Cod. C, Ms. Orient. 1017, fol. 159 *a*, ll. ult. (vid. t. II, c. 1, ll. 1-4).

[3] Cf. Rosen et Forshal, *Catalogus manuscriptorum orientalium qui in Museo Britannico asservantur*, Pars I, Londini, 1838, p. 86.

scribimus Demonstrationem de Acino, Sapientis Aphraatis, seu Iacobi, episcopi sancti Matthaei. Eius oratio nobiscum sit. Christus corroboret atque ad perficiendum adiuvet.

Liber iste chartaceus, minoris formae (210/155 mm.), octo super ducenta folia continet, et litteris iacobiticis scriptus est minutioribus ac stipatis, angusto margine contractis, et duplici columna ordinatis. At folia 159-161 integra, et folii 162 priorem paginulam unico linearum tractu librarius exaravit. Titulum rubrica de more pinxit, textum autem, puncta diacritica, distinctiones nigro charactere, ad folium 166 usque. Inde a folio 167, interpunctiones, numero maiores, colore rubro pinguntur.

Notula marginalis titulo apposita, fol. 159 *a* : ܗܢܐ ܐܦܪܗܛ ܡܪܝܗ ܕܟܬܒܐ ܕܕܝܐܠܩܘܣ (lege ܕܕܝܐܠܘܓܘܣ) Iacobo Aphraati librum adscribit *Dialogorum*, opus alterius Iacobi, seu Severi Bar Shakho, in coenobio Matthaeano monachi, ac postea ibidem episcopi [1].

Etsi rationem scribendi hic codex **C** nonnunquam mutavit, in lectionum varietatibus propius accedit ad codicem **A**, ut cuicumque legenti patebit. In his vero quae ad ὀρθογραφίαν spectant haec insuper notanda sunt.

Nomina numeralia compendio litterarum saepius exprimit; nomen « Israel » ubique scribit cum recentioribus ܐܝܣܪܐܝܠ; nos vero, secundum antiquiores codices **A** et **B**-*B* ܐܝܣܪܝܠ, omisso ܐ.

Scribit deinde :

ܕܡܠܐܝܫ II 33_8 33_{10} 33_{13} 33_{15} 33_{17} 85_6
ܡܦܠܘܬܐ II 48_{10}
ܐܡܪ ܐܝܟ II 21_{25}
ܫܡܥܢ ܐܝܟ II 21_{16}
ܡܪܝ ܫܠܡ II 32_{16}
ܐܪ̈ܒܥ II 73_7 73_9 73_{11} 77_{24}
ܐܪ̈ܒܥܝܢ II 45_6 45_{15} 49_4 49_6 56_1 57_8 69_7 77_{10} 77_{11} 77_{15} 77_{16} 77_{22} 80_5
ܐܪ̈ܒܥܡܐܐ II 66_7 77_8 77_{15} 77_{16} 77_{22} 89_{20} 92_{11}
ܫܬܝܢ II 25_{17}
ܡܐܬܝܢ II 25_{17} 41_{15} 69_{19} 72_2 80_3 80_4 80_9 80_{10} 80_{16} 81_8 85_1

Omissis autem punctis ܣܝܡܐ quibus numerus pluralis indicatur, scribit :

ܗܘܝܢ II 84_{18} 84_{22} 84_{26} 85_{10} 85_{13} 89_{19}
ܡܫܪܝܢ II 28_{17}
ܡܫܘܝܢ II 28_{18}
ܡܫܘܫܢ II 28_{18}
ܡܬܦܠܓܝܢ II 28_{18}
ܡܫܠܡܝܢ II 28_{17}

Haec sunt vero de scripturae indole seu ὀρθογραφία in codicibus **A** et **B**-*B* notanda sunt :

[1] W. Wright, art. *Syriac Literature Encyclopaedia Britannica*, Edinburgh, 1887, vol. XXII, pp. 852 seqq.).

In primis codices **A** et **B**-*B* habent, nulla, ut videtur, lege aut ratione, et quasi amanuensium arbitrio :

ܟܘܠ pro ܟܠ : **A** I 185_7 185_8 204_7 288_{24} 480_{18} 500_{23} 548_3 601_{13} 656_7 665_{11} 680_{24} 805_{23} 976_{10} **B** I 37_{23} 81_{20} 89_3 89_4 245^1 281_{15} 333_{24} 348_{15} 441_3 *B* 600_4 665_{11} 701_6 733_2 733_{10} 756_{19} 753_1 921_{22} 957_{26} 1000_{18} 1040_1 II 121_{24}

ܟܘܠܗ pro ܟܠܗ : **A** I 28_{10} 388_{17} 825_2 844_5 **B** I 8_{25} 48_8 48_9 48_{12} 61_{22} 72_{13} 72_{16} 165_{11} 264_{10} 288_{18} 305_7 321_3 397_{12} 412_{11} *B* 620_{13} ***secundo*** 936_{25} 941_{16} 944_8 957_2 II 29_{12} 29_{13}

ܟܘܠܗ̇ pro ܟܠܗ̇ : **A** I 244_{10} 225_{11} 225_{18} 264_{10} 376_4 793_2 **B** I 9_{18} 320_{12} 376_4 453_7 461_{16} 545_1 *B* 846_{14} 864_{14} 873_{21}

ܟܘܠܗܘܢ pro ܟܠܗܘܢ : **A** I 824_{16} **B** I 20_5 40_{19} 277_{17} *B* 856_{17} 1024_8

ABB'] — 4 A ܘܬܘܒ ܐܦ ܗܘܫܥ ܢܒܝܐ ܕܐܢܗܪܘ. — 6 B ܐܡܪ. — 10 A add. *quae drachmam suam perdidit* ܐܘܒܕܬ ܕܐܘܒܕܬ ܙܘܙܗ. — 11 A *eis* ܠܗܘܢ ܠܗ. — 13 A add. *eis* ܠܗܘܢ ܘܐܡܪ. — 17 A add. ܗܘܘ ܡܫܟܚܝܢ. — *Ib.* B om. ܡܛܠ... ܬܠܝܢ. — 19 A add. ܗܘܘ ܦܠܚܝܢ. — 21 B desinit ܗܝ. — *Ib.* B' incipit ܐܢܬܬܐ — 24 B' ܐܦ.

[1] Ps. CXIX (CXVIII), 105. — [2] Ose. X, 12. — [3] Luc. XV, 8. — [4] Ex. XX, 2. — [5] Ose. X, 12.

do inveneritis, invocate eum, et cum appropinquaverit, derelinquat peccator viam suam, et vir impius cogitationem suam[1]. Haec quidem lucerna splenduit, et ipsi per eam non quaesiverunt Dominum Deum suum; et lux eius in tenebris fulsit, et tenebrae eam non comprehenderunt[2]; lucerna super candelabrum elevata est, et qui intra domum erant, lumen eius non viderunt. Quid igitur est hoc, quod super candelabrum ascendit lucerna? nisi ascensio eius super crucem. Et in tota ea domo, tenebrae factae sunt super eos. Quando enim cruci eum fixerunt, exstincta eis est lucerna, et inter gentes illuxit. Nam a tempore sextae horae quo crucifixerunt eum, usque ad horam nonam, tenebrae factae sunt super universam terram Israel, occiditque sol in meridie, et obtenebrata est terra in claro die, sicut scriptum est in Zacharia propheta : *Erit in die illa, dicit Dominus, occidere faciam solem in meridie, et obtenebrescere faciam terram in claro die*[3].

ܩܪܐܘܗܝ: ܘܡܐ ܕܩܪܒ ܢܫܒܘܩ ܚܛܝܐ ܐܘܪܚܗ ܘܓܒܪܐ ܥܘܠܐ ܠܡܚܫܒܬܗ. ܫܪܓܐ ܗܘ ܙܗܪ ܢܗܪ ܘܗܢܘܢ ܠܐ ܒܥܘ ܒܗ ܠܡܪܝܐ ܐܠܗܗܘܢ: ܘܢܘܗܪܗ ܒܚܫܘܟܐ ܐܢܗܪ ܘܚܫܘܟܐ ܠܐ ܐܕܪܟܗ: ܘܥܠ ܡܢܪܬܐ ܣܠܩ ܫܪܓܐ ܘܕܒܓܘ ܒܝܬܐ ܠܐ ܚܙܘ ܢܘܗܪܗ. ܘܡܢܐ ܗܝ ܗܕܐ ܕܥܠ ܡܢܪܬܐ ܣܠܩ ܫܪܓܐ: ܐܠܐ ܐܢ ܡܣܩܬܗ ܕܥܠ ܙܩܝܦܐ: ܘܒܗܕܐ ܟܠܗ ܒܝܬܐ ܚܫܟ ܒܗ ܠܗܘܢ. ܟܕ ܙܩܦܘܗܝ ܓܝܪ ܚܫܟ ܠܗ ܢܘܗܪܐ ܡܢܗܘܢ ܘܢܗܪ ܠܗ ܒܝܢ ܥܡܡܐ: ܡܛܠ ܕܡܢ ܥܕܢܐ ܕܫܬ ܫܥܝܢ ܕܙܩܦܘܗܝ ܥܕܡܐ ܠܬܫܥ ܫܥܝܢ ܗܘܐ ܠܗ ܚܫܘܟܐ ܒܟܠܗ ܐܪܥܐ ܕܐܝܣܪܝܠ: ܘܥܪܒ ܫܡܫܐ ܒܛܗܪܐ ܘܚܫܟܬ ܠܗ ܐܪܥܐ ܒܝܘܡܐ ܢܗܝܪܐ ܐܝܟ ܕܟܬܝܒ ܒܙܟܪܝܐ ܢܒܝܐ: ܕܢܗܘܐ ܒܝܘܡܐ ܗܘ ܐܡܪ ܡܪܝܐ ܐܥܪܒ ܫܡܫܐ ܒܛܗܪܐ ܘܐܚܫܟ ܠܐܪܥܐ ܒܝܘܡܐ ܢܗܝܪܐ܀

12. Nunc ergo redeo ad sermonem meum pristinum de fide, super quam ascendunt omnia opera bona aedificii. Quae autem de aedificio dixi, non in novitatibus locutus sum, verum beatus Apostolus scripsit in epistola ad Co-

ܐܢܐ ܕܝܢ ܗܦܟܢܐ ܠܘܬ ܡܠܬܝ ܩܕܡܝܬܐ ܕܗܝܡܢܘܬܐ ܕܥܠܝܗ ܣܠܩܝܢ ܟܠܗܘܢ ܥܒܕܐ ܫܦܝܪܐ ܕܒܢܝܢܐ. ܘܥܠ ܒܢܝܢܐ ܗܠܝܢ ܕܐܡܪܬ ܠܐ ܗܘܐ ܒܚܕܬܐܝܬ ܐܡܪܬ ܐܠܐ ܫܠܝܚܐ ܛܘܒܢܐ ܟܬܒ ܒܐܓܪܬܐ

AB*] — 3 B* om. ܗܘ. — 4 B* om. ܒܗ. — 10 B* ܒܗܕܐ. — 17 B* om. ܠܗ. — 22 B ܐܬܐ.

[1] Is. LV, 6. 7. — [2] Ioh. I, 5. — [3] Locus quidem est Amos VIII, 9, sed cf. Zachar. XIV, 6, 7.

ܕܩܘܪܢܬܝܐ ܩܕܡܝܬܐ ܘܐܡܪ: ܕܐܢܐ ܐܝܟ ܐܪܕܝܟܠܐ ܚܟܝܡܐ ܫܬܐܣܬܐ ܣܡܬ ܘܟܠ ܐܢܫ ܕܝܢ ܒܢܐ ܥܠܝܗ. ܐܝܬ ܕܒܢܐ ܣܐܡܐ ܘܕܗܒܐ ܘܟܐܦܐ ܝܩܝܪܬܐ: ܘܐܝܬ ܕܒܢܐ ܩܢܝܐ ܘܚܫܝܫܐ ܘܩܠܡܐ. ܘܒܝܘܡܐ ܐܚܪܝܐ ܡܬܒܚܪ ܗܘ ܒܢܝܢܐ ܒܢܘܪܐ. ܕܗܒܐ ܓܝܪ ܘܣܐܡܐ ܘܟܐܦܐ ܝܩܝܪܬܐ ܡܬܢܛܪܝܢ ܒܓܘܗ ܢܘܪܐ ܡܛܠ ܕܒܢܝܢܐ ܐܢܘܢ ܫܪܝܪܐ: ܘܒܚܫܝܫܐ ܘܩܢܝܐ ܘܩܠܡܐ ܫܠܛܐ ܒܗܘܢ ܢܘܪܐ ܘܡܘܩܕܐ. ܘܡܢܐ ܐܢܘܢ ܕܗܒܐ ܘܣܐܡܐ ܘܟܐܦܐ ܝܩܝܪܬܐ ܕܒܢܝܢܐ ܒܢܝܢ ܒܗܘܢ܆ ܐܠܐ ܐܢ ܥܒܕܐ ܛܒܐ ܕܗܝܡܢܘܬܐ ܕܡܬܢܛܪܝܢ ܒܓܘܗ ܕܢܘܪܐ ܡܛܠ ܕܒܢܝܢܐ ܗܘ ܫܪܝܪܐ ܥܡܪ ܒܗ ܡܫܝܚܐ: ܘܗܘܝܘ ܡܛܪ ܠܗ ܡܢ ܢܘܪܐ. ܘܢܚܙܐ ܘܢܣܬܟܠ ܡܢ ܕܡܘܬܐ ܕܚܘܝ ܠܢ ܡܪܢ ܐܦ ܒܗܢܐ ܥܠܡܐ ܡܛܠ ܕܢܫܪܪܢ ܠܢ ܡܘܠܟܢܐ ܕܗܘ ܥܠܡܐ. ܘܢܣܬܟܠ ܕܝܢ ܡܢ ܗܢܘܢ ܬܠܬܐ ܓܒܪܝܢ ܙܕܝܩܐ ܕܢܦܠܘ ܒܓܘܗ ܕܢܘܪܐ ܘܠܐ ܐܘܩܕܘ ܚܢܢܝܐ ܘܥܙܪܝܐ ܘܡܝܫܐܝܠ ܕܠܐ ܫܠܛܬ ܒܗܘܢ ܢܘܪܐ: ܡܛܠ ܕܒܢܘ ܒܢܝܢܐ ܫܪܝܪܐ ܘܐܒܣܘ ܦܘܩܕܢܗ ܕܢܒܘܟܕܢܨܪ ܡܠܟܐ ܘܠܐ ܣܓܕܘ ܠܨܠܡܐ ܕܥܒܕ. ܘܐܝܠܝܢ ܕܥܒܪܘ ܥܠ ܦܘܩܕܢܗ ܕܐܠܗܐ ܒܟܠܗ ܫܠܛܬ ܒܗܘܢ ܢܘܪܐ

rinthios prima, dicens : *Ego tanquam sapiens architectus fundamentum posui : unusquisque autem super illud aedificat*[1]. Est qui aedificat argentum et aurum lapidesque pretiosos; et est qui aedificat arundinem et faenum stipulamque. Die vero ultimo, aedificium igne probabitur; aurum quidem et argentum ac lapides pretiosi in medio ignis servabuntur, quia aedificium firmum sunt. At in faenum, arundinem paleamque praevalebit ignis, et comburentur. Et quid aliud sunt aurum et argentum ac pretiosi lapides e quibus exstruitur aedificium? nisi fidei bona opera, quae in igne servantur, propterea quod firmum istud aedificium Christus inhabitat, idque ab igne tutatur. Videamus autem et intelligamus exemplo quod Dominus ab hoc iam saeculo nobis exhibuit, ut certae nobis evadant promissiones saeculi illius. Id vero intelligemus ex his tribus viris iustis, qui in medium ignem ceciderunt et non sunt deusti, Anania, scilicet, Azaria et Misaele, in quos non praevaluit ignis, eo quod aedificium firmum exstruxerunt, et contempserunt decretum Nabuchodonosoris regis, neque adoraverunt statuam quam fecerat. Qui autem Dei praeceptum violaverunt,

AB*] — 1 B* ܕܩܘܪܢܬܝܐ. — *Ib.* A ܕܐܡܪ. — 3 B* ܥܠܝܗ. — 5 B* ܩܫܐ. — 6 B* ܡܬܒܚܪܐ ܒܢܘܪܐ. — 18 B om. ܠܢ. — 19 A ܢܣܬܟܠ. — *Ib.* B* om. ܕܝܢ. — 20 B* ܓܒܪܐ. — 22 B* ܫܠܛܬ. 24 B* om ܡܠܟܐ. — 25 B* ܦܘܩܕܢܐ.

[1] I Cor. III, 10, 12 seqq.

cito in eos ignis invaluit et combussit eos, crematique sunt immisericorditer. Consumpti sunt enim Sodomitae tanquam faenum, arundo et stipula. Usti quoque sunt Nadab et Abiu, qui legem Dei temeraverant. Et adhuc cremati sunt ducenti et quinquaginta viri qui incensa offerebant. Pariterque combusti sunt duo principes simulque centum [viri] cum eis, eo quod appropinquaverant ad montem ubi sedebat Elias, qui igneo curru ad caelum conscendit. Etiam cremati sunt calumniatores, quia effoderant foveam viris iustis. Itaque, carissime, igne iusti probantur tanquam aurum et argentum et lapides pretiosi; iniqui vero igne absumuntur velut faenum, arundo ac stipula, in quae praevalet ignis, et comburuntur, quemadmodum ait Isaias propheta : *In igne iudicabit Dominus, in eoque explorabit omnem carnem*[1]. Et iterum dicit : *Egredientur et videbunt cadavera virorum qui praevaricati sunt in me, quorum non morietur vermis, neque ignis exstinguetur, et fient stupor universae carni*[2].

13. De illo autem aedificio, et de illo fundamento, haec quoque nobis Apostolus declaravit dicens : *Fundamentum*

ܘܐܬܩܦܬ ܐܢܘܢ ܘܐܘܩܕܬ ܕܠܐ ܚܘܣܢ. ܝܩܕܘ ܓܝܪ ܣܕܘܡܝܐ ܐܝܟ ܥܡܝܪܐ ܘܩܢܝܐ ܘܩܫܬܐ. ܘܐܦ ܝܩܕܘ ܢܕܒ ܘܐܒܝܗܘ ܕܒܣܪܘ ܥܠ ܦܘܩܕܢܗ ܕܐܠܗܐ. ܐܦ ܝܩܕܘ ܬܘܒ ܡܐܬܝܢ ܘܚܡܫܝܢ ܓܒܪ̈ܝܢ ܕܡܩܪܒܝܢ ܗܘܘ ܒܣ̈ܡܐ. ܐܦ ܝܩܕܘ ܬܪܝܢ ܪ̈ܒܝ ܚܡܫܝܢ ܘܡܐܐ ܕܥܡܗܘܢ ܥܠ ܕܐܬܩܪܒܘ ܠܛܘܪܐ ܕܝܬܒ ܗܘܐ ܒܗ ܐܠܝܐ ܕܣܠܩ ܒܡܪܟܒܬܐ ܕܢܘܪܐ ܠܫܡܝܐ. ܘܝܩܕܘ ܐܦ ܐܟܠܝ ܩܪ̈ܨܐ ܥܠ ܕܟܪܘ ܓܘܡܨܐ ܠܓܒܪ̈ܐ ܙܕܝܩܐ. ܡܟܝܠ ܚܒܝܒܝ ܡܬܒܚܪܝܢ ܙܕܝܩܐ ܒܢܘܪܐ ܐܝܟ ܕܗܒܐ ܘܣܐܡܐ ܘܟܐܦܐ ܝܩܪ̈ܬܐ: ܘܥܘܠܐ ܢܝܩܕܘܢ ܒܢܘܪܐ ܐܝܟ ܥܡܝܪܐ ܘܩܢܝܐ ܘܩܫܬܐ ܕܫܠܝܛܐ ܒܗܘܢ ܢܘܪܐ ܘܝܩܕܝܢ: ܐܝܟ ܕܐܡܪ ܐܫܥܝܐ ܢܒܝܐ: ܕܒܢܘܪܐ ܕܐܢ ܡܪܝܐ ܘܡܬܒܚܪ ܒܗ ܠܟܠ ܒܣܪ. ܘܬܘܒ ܐܡܪ: ܕܢܦܩܘܢ ܘܢܚܙܘܢ ܦܓܪ̈ܝܗܘܢ ܕܓܒܪ̈ܐ ܕܐܥܠܘ ܒܝ ܕܠܐ ܡܝܬܐ ܬܘܠܥܬܗܘܢ ܘܢܘܪܗܘܢ ܠܐ ܕܥܟܐ ܘܢܗܘܘܢ ܕܚܘܪܐ ܠܟܠ ܒܣܪ܀

ܘܫܡܥ ܠܢ ܐܦ ܫܠܝܚܐ ܥܠ ܗܢܐ ܒܢܝܢܐ ܘܥܠ ܗܕܐ ܫܬܐܣܬܐ. ܐܡܪ ܓܝܪ ܗܟܢܐ: ܕܫܬܐܣܬܐ ܐܚܪܬܐ ܣܡܢ ܡܢ ܗܕܐ

AB*B] — 3 B* ܘܝܩܕܘ. — *Ib.* B* ܣܕܘܡ. — *Ib.* B* om. ܕܐܠܗܐ. — 5 B* ܘܡܐܬܝܢ. — *Ib.* B* desinit ܘܚܡܫܝܢ. — *Ib.* B incipit ܓܒܪ̈ܝܢ. — 9 B om. ܕܢܘܪܐ. — 11 A ܠܓܒܪ̈ܐ ܙܕܝܩܐ. — 14 A om. ܝܩܪ̈ܬܐ. — *Ib.* A ܒܢܘܪܐ] ܒܗ ܢܘܪܐ. — 16 B om. ܘܝܩܕܝܢ. — 18 A ܠܟܠܗ. — 22 A ܘܢܘܪܗܘܢ ܠܐ ܕܥܟܐ] ܘܢܘܪܐ ܕܡܘܩܕܐ ܒܗܘܢ ܠܐ ܕܥܟܐ.

[1] Is. LXVI, 16. — [2] *Ib.* LXVI, 24.

ܕܣܝܡܐ ܐܝܟ ܠܐ ܡܫܟܚ ܠܡܣܡ ܕܗܘܝܘ ܝܫܘܥ ܡܫܝܚܐ. ܬܘܒ ܐܡܪ ܫܠܝܚܐ ܥܠ ܗܝܡܢܘܬܐ ܕܥܡ ܣܒܪܐ ܘܚܘܒܐ ܚܠܝܛܐ. ܐܡܪ ܓܝܪ ܗܟܢܐ: ܕܗܠܝܢ ܐܢܝܢ ܬܠܬ ܕܡܩܘܝܢ ܗܝܡܢܘܬܐ ܘܣܒܪܐ ܘܚܘܒܐ. ܘܚܘܝ ܥܠ ܗܝܡܢܘܬܐ ܕܠܩܘܕܡ ܗܝ ܡܬܬܣܝܡܐ ܥܠ ܫܬܐܣܬܐ ܫܪܝܪܬܐ܀

ܗܒܝܠ ܓܝܪ ܡܛܠ ܗܝܡܢܘܬܗ ܐܬܩܒܠ ܩܘܪܒܢܗ. ܚܢܘܟ ܡܛܠ ܕܫܦܪ ܒܗܝܡܢܘܬܗ ܐܫܬܢܝ ܡܢ ܡܘܬܐ. ܢܘܚ ܡܛܠ ܕܗܝܡܢ ܐܬܢܛܪ ܡܢ ܡܒܘܠܐ. ܘܐܒܪܗܡ ܒܗܝܡܢܘܬܗ ܐܬܒܪܟ ܘܐܬܚܫܒܬ ܠܗ ܠܟܐܢܘܬܐ. ܘܐܝܣܚܩ ܕܗܝܡܢ ܐܬܪܚܡ. ܘܝܥܩܘܒ ܡܛܠ ܗܝܡܢܘܬܗ ܐܬܢܛܪ. ܘܝܘܣܦ ܡܛܠ ܗܝܡܢܘܬܗ ܐܬܒܚܢ ܒܡܝܐ ܕܚܪܝܢܐ ܘܐܬܦܨܝ ܡܢ ܢܣܝܘܢܐ: ܘܣܡ ܒܗ ܡܪܝܗ ܣܗܕܘܬܐ ܐܝܟ ܕܐܡܪ ܕܘܝܕ: ܕܣܗܕܘܬܐ ܒܝܘܣܦ ܣܡܗ. ܘܐܦ ܡܘܫܐ ܒܗܝܡܢܘܬܐ ܥܒܕ ܚܝܠܐ ܣܓܝܐܐ ܘܬܕܡܪܬܐ. ܘܒܗܝܡܢܘܬܐ ܡܚܐ ܠܡܨܪܝܐ ܒܥܣܪ ܡܚܘܢ. ܘܐܦ ܒܗܝܡܢܘܬܐ ܦܠܓ ܝܡܐ ܘܐܥܒܪ ܠܥܡܗ ܘܛܒܥ ܠܡܨܪܝܐ ܒܓܘܗ. ܘܒܗܝܡܢܘܬܐ ܪܡܐ ܩܝܣܐ ܒܡܝܐ ܡܪܝܪܐ ܘܚܠܝܘ. ܘܒܗܝܡܢܘܬܐ ܐܚܬ ܡܢܢܐ ܘܣܒܥ ܠܥܡܗ. ܘܒܗܝܡܢܘܬܐ ܦܫܛ ܐܝܕܘܗܝ ܘܙܟܐ ܠܥܡܠܩ ܐܝܟ

aliud nemo potest ponere praeter id quod positum est: quod est Christus Iesus[1]. Iterum loquitur Apostolus de fide quae spei et caritati coniuncta est. Sic enim ait : *Tria haec sunt quae manent : fides, spes, caritas*[2]; fidem autem ostendit primum fundamento firmo superponi.

14. Et quidem propter Abelis fidem accepta est oblatio eius[3]. Henoch, quia fide sua placuit, translatus est ne moreretur. Noe quia credidit servatus est a diluvio. Et Abraham in fide sua benedictus est, et reputata est ei ad iustitiam. Isaac quia credidit dilectus est. Et propter fidem suam Iacob servatus est. Ioseph quoque propter fidem probatus est in aquis contradictionis, et liberatus est a tentatione, posuitque in eum Dominus eius testimonium, sicut ait David : *Testimonium in Ioseph posuit*[4]. Moyses etiam multas virtutes mirabiles fide patravit : fide afflixit Aegyptios plagis decem; fide quoque divisit mare, traiecit populum suum, et Aegyptios in medio eius immersit. Fide etiam lignum misit in aquas amaras, et dulces effectae sunt. Fide descendere fecit manna, et satiavit populum suum. Fide extendit manus suas et superavit Amalec, sicut scri-

AB] — 7 B om. ܥܠ. — 16 A ܢܣܝܘܢܐ. 17 B ܒܗ. — 18 A add *filius Iesse* ܒܪ ܐܝܫܝ ܕܘܝܕ. — *Ib.* A ܕܣܗܕܘܬܗ. — 22 A ܛܒܥ. — *Ib.* A ܠܡܨܪܝܐ.

1 I Cor. III, 11. — 2 *Ib.* XIII, 13. — 3 Aphraatis Demonstrationes a S. Isaaco Antiocheno lectas fuisse ex hoc loco posse deduci videtur, cf. Praef. § 4. — 4 Ps. LXXXI (LXXX), 6.

ptum est in fide *manus eius perseverasse usque ad occasum solis* [1]. Fide etiam ascendit in montem Sinai, bis ieiunans quadraginta dies. Fide etiam Sehon et Hog reges Amorrhaeorum vicit.

15. Prodigium magnum, carissime, mirandumque illud est quod effecit Moyses in mari Rubro, quando fide divisae sunt aquae, ac velut montes excelsi aut rupes validae constiterunt. Et cohibitae stabant iuxta praeceptum, velut in utribus constrictae, et in summo conclusae quasi in profundo; earumque mollities terminum non est transgressa; mutaverunt naturalem conditionem creationis suae; irrationales creaturae obedientes factae sunt; suspensi fluctus exspectabant ut, cum populus transiisset, ultionem exercerent; undae mirabili modo sistebant, ultionis iussum speculantes [2]. Tum revelata sunt fundamenta ab origine mundi, et pervetus humor derepente siccatus est. Elevaverunt portae capita sua, et elevatae sunt portae aeternales [3]; processit columna ignis, illuminavitque castra universa, et transivit populus cum fide. Factumque est iudicium aequitatis in Pharaonem, et exercitum eius, et quadrigas eius.

ܕܐܬܟܬܒ: ܕܗܘܝ ܐܝܕܘܗܝ ܒܗܝܡܢܘܬܐ ܥܕܡܐ ܠܡܥܪܒ ܫܡܫܐ. ܐܦ ܒܗܝܡܢܘܬܐ ܣܠܩ ܠܛܘܪܐ ܕܣܝܢܝ ܟܕ ܨܐܡ ܬܪܬܝܢ ܙܒܢܝܢ ܐܪܒܥܝܢ ܐܪܒܥܝܢ ܝܘܡܝܢ. ܐܦ ܒܗܝܡܢܘܬܐ ܙܟܐ ܠܣܝܚܘܢ ܘܠܥܘܓ ܡܠܟܝܗܘܢ ܕܐܡܘܪܝܐ܀

ܐܬܡܗܐ ܕܝܢ ܗܘܐ ܚܒܝܒܝ ܘܪܒܐ ܘܬܡܝܗܐ ܕܥܒܕ ܡܘܫܐ ܒܝܡܐ ܕܣܘܦ ܟܕ ܐܬܦܠܓܘ ܡܝܐ ܒܗܝܡܢܘܬܐ ܘܩܡܘ ܐܝܟ ܛܘܪܐ ܪܡܐ ܘܫܘܥܐ ܥܫܝܢܐ ܩܡܘ ܘܟܠܝܢ ܗܘܘ ܩܝܡܝܢ ܒܦܘܩܕܢܐ ܘܪܨܝܦܝܢ ܐܝܟ ܕܒܙܩܐ ܘܟܢܝܫܝܢ ܒܪܘܡܐ ܐܝܟ ܕܒܥܘܡܩܐ: ܘܪܟܝܟܘܬܗܘܢ ܠܐ ܥܒܪܬ ܬܚܘܡܐ ܘܫܢܝܘ ܟܝܢܐ ܕܒܪܝܬܗܘܢ: ܘܗܘܘ ܡܫܬܡܥܢܝܬܐ ܒܪܝܬܐ ܕܠܐ ܡܠܠܐ: ܘܩܝܡܝܢ ܗܘܘ ܓܠܠܐ ܘܡܣܟܝܢ ܠܡܥܒܪܢܐ ܕܢܥܒܪ ܥܡܐ ܢܬܒܥ: ܘܬܡܝܗܝܢ ܡܣܬܟܠܝܢ ܘܡܬܢܛܪܝܢ ܡܛܪܝܢ ܠܦܘܩܕܢܐ ܘܠܬܒܥܬܐ. ܘܐܬܓܠܝܘ ܫܬܐܣܐ ܕܡܢ ܪܫ ܥܠܡܐ: ܘܬܪܒܐ ܕܡܢ ܒܪܫܝܬ ܗܘܐ ܥܡܗ ܝܒܝܫ ܡܢ ܫܠܝܐ. ܘܐܪܝܡܘ ܬܪܥܐ ܪܫܝܗܘܢ ܘܐܬܬܪܝܡܘ ܬܪܥܐ ܕܡܢ ܥܠܡ: ܘܢܦܩ ܥܡܘܕܐ ܕܢܘܪܐ ܘܐܢܗܪ ܠܟܠܗ ܡܫܪܝܬܐ: ܘܥܒܪ ܥܡܐ ܒܗܝܡܢܘܬܐ: ܘܗܘܐ ܕܝܢܐ ܕܟܐܢܘܬܐ ܒܦܪܥܘܢ ܘܒܚܝܠܗ ܘܒܡܪܟܒܬܗ܀

AB] — 2 A ܐܦ ܒܗܝܡܢܘܬܐ] ܘܒܗܝܡܢܘܬܐ. — 4 A ܘܐܦ ܒܗ ܒܗܝܡܢܘܬܐ. 7 A add. ܗܘ ܚܒܝܒܝ. 9 B ܕܪܡܘ. — 10 A ܥܫܝܢܐ] ܚܣܝܢܐ. — 11 B om. ܗܘܘ. 15 A ܒܪܝܬܐ. - 20 A ܕܡܢ. - 22 A add. ܘܟܠ ,ܒܗܘܢ.

[1] Ex. XVII, 12. — [2] Ad verbum : *iussum atque ultionem.* — [3] Ps. XXIV (XXIII), 7, 9.

ܗܟܢܐ ܐܦ ܝܫܘܥ ܒܪ ܢܘܢ ܦܠܓܗ ܠܝܘܪܕܢܢ ܒܗܝܡܢܘܬܗ ܘܥܒܪܘ ܒܢܝ ܐܝܣܪܝܠ ܐܝܟ ܕܒܝܘܡܝ ܡܘܫܐ. ܕܥ ܕܝܢ ܚܒܝܒܝ ܕܗܢܐ ܡܥܒܪܐ ܕܝܘܪܕܢܢ ܠܬܠܬ ܙܒܢܝܢ ܐܬܦܠܓ. ܩܕܡܝܬ ܚܕܐ ܒܝܕ ܝܫܘܥ ܒܪ ܢܘܢ: ܘܬܪܬܝܢ ܒܝܕ ܐܠܝܐ: ܘܬܠܬ ܒܝܕ ܐܠܝܫܥ. ܘܡܠܬܐ ܓܝܪ ܕܟܬܒܐ ܡܘܕܥܐ ܕܠܘܩܒܠ ܡܥܒܪܐ ܗܘ ܕܐܝܪܝܚܘ ܐܬܕܒܪ ܐܠܝܐ ܠܫܡܝܐ. ܟܕ ܦܪܫ ܓܝܪ ܐܠܝܫܥ ܡܢ ܠܘܬܗ ܘܦܠܓܗ ܠܝܘܪܕܢܢ ܘܥܒܪ: ܢܦܩܘ ܒܢܝ ܢܒܝܐ ܕܐܝܪܝܚܘ ܠܐܘܪܥܗ ܕܐܠܝܫܥ ܘܐܡܪܘ: ܕܢܚܬ ܪܘܚܗ ܕܐܠܝܐ ܥܠ ܐܠܝܫܥ. ܘܥܡܐ ܕܝܢ ܥܒܪܘ ܒܝܘܡܘܗܝ ܕܝܫܘܥ ܒܪ ܢܘܢ. ܗܟܢܐ ܓܝܪ ܟܬܝܒ: ܕܥܒܪܘ ܥܡܐ ܠܘܩܒܠ ܐܝܪܝܚܘ. ܘܐܦ ܝܫܘܥ ܒܪ ܢܘܢ ܒܗܝܡܢܘܬܐ ܐܪܡܝ ܫܘܪܗ ܕܐܝܪܝܚܘ ܘܢܦܠܘ ܕܠܐ ܥܡܠܐ. ܘܐܦ ܒܗܝܡܢܘܬܗ ܚܪܒ ܡܠܟܐ ܠܬܠܬܝܢ ܘܚܕ ܘܐܘܪܬ ܐܪܥܐ ܠܒܢܝ ܐܝܣܪܝܠ. ܘܐܦ ܒܗ ܒܗܝܡܢܘܬܗ ܦܫܛ ܐܝܕܘܗܝ ܠܘܬ ܫܡܝܐ ܘܟܠܐ ܠܫܡܫܐ ܒܓܒܥܘܢ ܘܠܣܗܪܐ ܒܥܘܡܩܐ ܕܐܝܠܘܢ: ܘܟܠܘ ܘܩܡܘ ܡܢ ܡܕܪܝܗܘܢ. ܡܢܐ ܕܝܢ: ܟܠܗܘܢ ܙܕܝܩܐ ܐܒܗܬܢ ܟܠ ܡܕܡ ܕܥܒܕܘ ܒܗܝܡܢܘܬܐ ܐܬܢܨܚܘ ܐܝܟ ܕܐܦ ܫܠܝܚܐ ܛܘܒܢܐ ܣܗܕ ܥܠ ܟܠܗܘܢ: ܕܒܗܝܡܢܘܬܐ ܐܬܢܨܚܘ. ܐܦ ܐܡܪ ܫܠܝܡܘܢ: ܕܨܝܕܘܢ ܓܒܪܐ ܡܗܝܡܢܐ

16. Ita etiam Iesus filius Nun divisit Iordanem in fide, et filii Israel sicut in diebus Moysi transierunt. Noveris autem, carissime, hunc Iordanis transitum ter apertum fuisse : primo, semel per Iesum filium Nun, secundo per Eliam, deinde per Elisaeum. Ex ipsius enim Scripturae verbo ostenditur e regione huius transitus Ierichuntis raptum fuisse in caelum Eliam; cum enim ab eo discederet Elisaeus, Iordanem divisit ac transiit, egressique filii prophetarum Ierichuntis in occursum Elisaei diçebant : *Requievit spiritus Eliae in Elisaeum*[1]. Populus autem transiit in diebus Iesu filii Nun; ita enim scriptum est : *Transierunt populus e regione Ierichuntis*[2]. Fide etiam Iesus filius Nun muros evertit Ierichuntis, et corruerunt absque labore. Fide adhuc delevit reges triginta et unum, et terram filios Israel haereditare fecit. Similiter in fide extendit ad caelum manus suas, solemque inhibuit in Gabaon, et lunam in valle Aialon; substiteruntque et steterunt de mansionibus suis[3]. Quid multa? Iusti illi omnes, patres nostri, in omnibus quae per fidem egerunt, gloriam adepti sunt, sicut de omnibus illis testatur etiam beatus Apostolus dicens : *Per fidem triumphaverunt*[4]. Ait quoque Salo-

AB| — 1 A ܝܘܪܕܢܢ ܒܗܝܡܢܘܬܐ. — 3 A desinit ܕܗܘ.

[1] Cf. IV Reg. ii, 8-15. — [2] Ios. iii, 17. — [3] *Ib.* x, 13. — [4] Hebr. xi, 33.

mon : *Multi homines misericordes vocantur : virum autem fidelem quis inveniet*[1] ? Iob autem dicit : *Innocentia mea non recedet a me, et in iustitia mea firmiter stabo*[2].

17. Quinetiam Vivificator noster, cuicumque ad eum ut sanaretur accedenti ita aiebat : *Secundum fidem tuam fiat tibi*[3]. Cumque caecus ad eum appropinquavit, dixit illi : *Credis quia possum te sanare ?* Respondit ei caecus ille : *Utique Domine, ego credo*[4]. Et sua ei fides oculos aperuit. Ei vero cuius filius aegrotabat dixit : *Crede, et quiescet filius tuus.* Ait ei : *Credo Domine; adiuva fidem meam parvam*[5]. Et cum credidisset, filius eius sanatus est. Regis servus pariter accessit ad eum, et per eius fidem puer ipsius sanatus est, quando Domino dixit : *Dic verbo, et sanabitur puer meus*[6]. Miratus est autem Dominus eius fidem, et secundum fidem eius advenit ei. Et adhuc, cum eum archisynagogus pro filia sua rogaret, ita ei locutus est : *Tantummodo firmiter crede, et filia tua vivet*[7]. Et credidit ille, filia autem eius revixit et surrexit. Et quando mortuus est Lazarus, dixit Dominus ad Martham : *Si credideris, resurget frater tuus.* Dixit ei Martha : *Utique Domine, ego credo*[8]. Suscitavitque eum post quatuor dies. Item Simon qui vocatus est

ܫܠܝܡܘܢ: ܓܒܪܐ ܕܝܢ ܡܗܝܡܢܐ ܡܢܘ ܢܫܟܚ܀ ܘܐܦ ܐܝܘܒ ܗܟܢܐ ܐܡܪ. ܕܬܡܝܡܘܬܝ ܠܐ ܐܥܒܪ ܡܢܝ: ܘܒܙܕܝܩܘܬܝ ܐܬܬܩܦ܀

ܘܐܦ ܡܚܝܢܢ ܟܠ ܡܢ ܕܡܬܩܪܒ ܗܘܐ ܠܗ ܕܢܬܐܣܐ ܗܟܢܐ ܐܡܪ ܗܘܐ ܠܗ: ܕܐܝܟ ܗܝܡܢܘܬܟ ܢܗܘܐ ܠܟ. ܘܡܐ ܕܣܡܝܐ ܩܪܒ ܠܗ ܐܡܪ ܠܗ: ܡܗܝܡܢ ܐܢܬ ܕܡܫܟܚ ܐܢܐ ܕܐܐܣܝܟ. ܐܡܪ ܠܗ ܗܘ ܣܡܝܐ: ܐܝܢ ܡܪܝ ܡܗܝܡܢ ܐܢܐ. ܘܗܝܡܢܘܬܗ ܦܬܚܬ ܥܝܢܘܗܝ. ܘܠܗܘ ܕܒܪܗ ܟܪܝܗ ܗܘܐ ܐܡܪ ܠܗ: ܗܝܡܢ ܘܢܚܐ ܒܪܟ. ܐܡܪ ܠܗ: ܡܗܝܡܢ ܐܢܐ ܡܪܝ: ܥܕܪ ܠܗܝܡܢܘܬܝ ܒܨܝܪܬܐ. ܘܒܗܝܡܢܘܬܗ ܐܬܐܣܝ ܒܪܗ. ܘܐܦ ܥܒܕܐ ܕܡܠܟܐ ܟܕ ܩܪܒ ܠܗ ܒܗܝܡܢܘܬܗ ܐܬܐܣܝ ܛܠܝܗ ܟܕ ܐܡܪ ܠܗ ܠܡܪܢ: ܕܐܡܪ ܒܡܠܬܐ ܘܢܬܐܣܐ ܛܠܝܝ. ܘܐܬܕܡܪ ܡܪܢ ܒܗܝܡܢܘܬܗ: ܘܐܝܟ ܗܝܡܢܘܬܗ ܗܘܐ ܠܗ. ܘܐܦ ܪܝܫ ܟܢܘܫܬܐ ܟܕ ܒܥܐ ܡܢܗ ܥܠ ܒܪܬܗ ܗܟܢܐ ܐܡܪ ܠܗ: ܒܠܚܘܕ ܡܗܝܡܢܐܝܬ ܗܝܡܢ ܘܚܝܐ ܒܪܬܟ. ܘܗܝܡܢ ܘܚܝܬ ܒܪܬܗ ܘܩܡܬ. ܘܟܕ ܡܝܬ ܠܥܙܪ ܐܡܪ ܠܗ ܡܪܢ ܠܡܪܬܐ: ܐܢ ܗܘ ܕܡܗܝܡܢܬܝ ܢܩܘܡ ܐܚܘܟܝ. ܐܡܪܐ ܠܗ ܡܪܬܐ: ܐܝܢ ܡܪܝ ܡܗܝܡܢܐ ܐܢܐ. ܘܐܩܝܡܗ ܡܢ ܒܬܪ ܐܪܒܥܐ ܝܘܡܝܢ. ܘܐܦ ܫܡܥܘܢ ܕܐܬܩܪܝ ܟܐܦܐ:

B

[1] Prov. xx, 6. — [2] Iob. xxvii, 5, 6. — [3] Matth. ix, 29. Cf. Marc. x, 34. Luc. vii, 50. — [4] Matth. ix, 28. — [5] Marc. ix, 22, 26. — [6] Matth. viii, 8, 10. — [7] Marc. v, 23, 36. — [8] Ioh. xi, 23, 27.

ܡܛܠ ܗܝܡܢܘܬܗ ܐܬܩܪܝ ܟܐܦܐ ܫܪܝܪܬܐ. ܘܬܘܒ ܟܕ ܝܗܒ ܠܗܘܢ ܡܪܢ ܐܪܙܐ ܕܡܥܡܘܕܝܬܐ ܠܫܠܝܚܘܗܝ ܗܟܢܐ ܐܡܪ ܠܗܘܢ: ܕܡܢ ܕܡܗܝܡܢ ܘܥܡܕ ܚܝܐ: ܘܡܢ ܕܠܐ ܡܗܝܡܢ ܡܬܚܝܒ. ܬܘܒ ܐܡܪ ܠܗܘܢ ܠܫܠܝܚܘܗܝ. ܕܐܢ ܬܗܝܡܢܘܢ ܘܠܐ ܬܬܦܠܓܘܢ ܠܝܬ ܡܕܡ ܕܠܐ ܬܫܟܚܘܢ ܠܡܥܒܕ. ܟܕ ܗܟܝܠ ܗܠܟ ܡܪܢ ܥܠ ܓܠܠܝ ܝܡܐ ܐܦ ܫܡܥܘܢ ܒܗܝܡܢܘܬܗ ܥܡܗ ܗܠܟ: ܘܟܕ ܐܬܦܠܓ ܥܠ ܗܝܡܢܘܬܗ ܘܫܪܝ ܗܘܐ ܠܡܛܒܥ ܩܪܝܗ ܡܪܢ ܙܥܘܪ ܗܝܡܢܘܬܐ. ܘܟܕ ܫܐܠܘܗܝ ܫܠܝܚܘܗܝ ܠܡܪܢ ܡܕܡ ܠܐ ܒܥܘ ܡܢܗ ܐܠܐ ܐܡܪܝܢ ܠܗ: ܐܘܣܦ ܠܢ ܗܝܡܢܘܬܐ. ܐܡܪ ܠܗܘܢ: ܕܐܢ ܗܘܬ ܒܟܘܢ ܗܝܡܢܘܬܐ ܐܦ ܛܘܪܐ ܢܫܢܐ ܡܢ ܩܕܡܝܟܘܢ. ܘܐܡܪ ܠܗܘܢ: ܕܠܐ ܬܬܦܠܓܘܢ ܘܬܛܒܥܘܢ ܠܟܘܢ ܒܗ ܒܥܠܡܐ: ܐܝܟܢܐ ܕܫܡܥܘܢ ܕܟܕ ܐܬܦܠܓ ܫܪܝ ܠܡܛܒܥ ܒܗ ܒܝܡܐ. ܘܬܘܒ ܗܟܢܐ ܐܡܪ: ܕܗܢܐ ܐܬܐ ܢܗܘܐ ܠܐܝܠܝܢ ܕܡܗܝܡܢܝܢ: ܕܒܠܫܢܐ ܚܕܬܐ ܢܡܠܠܘܢ: ܘܫܐܕܐ ܢܗܘܘܢ ܡܦܩܝܢ: ܘܐܝܕܝܗܘܢ ܢܗܘܘܢ ܣܝܡܝܢ ܥܠ ܟܪܝܗܐ ܘܡܬܐܣܝܢ ܀

ܢܬܩܪܒ ܗܟܝܠ ܚܒܝܒܝ ܠܗ ܠܗܝܡܢܘܬܐ ܕܗܟܢܐ ܣܓܝܐܢ ܚܝܠܘܗܝ. ܗܝܡܢܘܬܐ ܓܝܪ ܠܫܡܝܐ ܐܣܩܬ: ܘܡܢ ܡܒܘܠܐ

Petrus, propter fidem suam vocatus est Petra firma[1]. Insuper cum Apostolis suis tradidit Dominus baptismi sacramentum, haec eis dixit : *Qui crediderit et baptizatus fuerit vivet; qui autem non crediderit condemnabitur*[2]. Iterum dixit Apostolis suis : *Si credideritis et non dubitaveritis, nihil erit quod efficere nequeatis*[3]. Quando enim incessit Dominus super fluctus maris, Simon pariter per fidem cum eo ambulavit; cum autem in fide ambigeret et coepisset mergi, vocavit eum Dominus modicum fidei[4]. Et rogantes Apostoli Dominum, nihil ab eo petierunt, nisi quod ei dixerunt : *Adauge nobis fidem*. Qui respondit eis : *Si vobis inesset fides, etiam mons transferretur a facie vestra*[5]. Dixit quoque eis : Nolite haesitare, ne demergamini in mundum, velut Simon, qui cum dubitasset, demergi coepit in mare[6]. Et iterum ait : *Hoc signum erit iis qui credunt : linguis loquentur novis, daemonia eiicient, manus suas super aegros imponent, et sanabuntur*[7].

18. Itaque accedamus ad fidem, carissime, cuius ita plurimae sunt virtutes. Fides enim ad caelum evexit,

AB] — 4 B ܘܡܗܡܢ (sic.) — B 23 ܡܩܪܒ. — 25 A incipit ܗܝܡܢܘܬܐ.

[1] Matth. xvi, 18. — [2] Marc. xvi, 16. — [3] Matth. xxi, 22. — [4] *Ib.* xiv, 31. — [5] Luc. xvii, 5. Matth. xvii, 19; xxi, 21. — [6] *Nolite haesitare* ܘܠܐ ܬܬܦܠܓܘܢ legitur in loco citato Matthaei, xxi, 21. Quod sequitur accedit ad Matth. xiv, 27-31, et conferri potest cum Iac. i, 16. Sententiam inter apocrypha incerta computat Resch. *Agrapha*. Leipzig, 1889, p. 380. Gebhardt et Harnack. *Texte und Untersuchungen, zur Geschichte der altchristlichen Literatur.* V. Band, Heft 4. — [7] Marc. xvi, 17, 18.

diluvium superavit, sterilitatem fecundam reddidit; a gladio eripuit, eduxit e fovea, ditavit pauperes, solvit captivos, vexatos liberavit, ignem demisit, aperuit mare, rupem fidit, sitientesque potavit aqua, esurientes satiavit, mortuos vivificavit et ab inferno revocavit; sedavit fluctus, aegros sanavit, devicit exercitus, muros evertit, conclusit ora leonum, exstinxit flammas ignis, superbos humiliavit, humiles autem ad gloriam provexit [1]. Hae omnes per fidem virtutes effectae sunt.

19. Haec autem est fides : ut homo credat in Deum, omnium Dominum, qui fecit caelum, et terram, et mare, et omnia quae in eis sunt; qui fecit hominem ad imaginem suam; et dedit Moysi legem, misitque de Spiritu suo in prophetas, deinde misit in mundum Christum suum; item ut credat homo in resurrectionem mortuorum; atque insuper credat in baptismi sacramentum. Haec est fides Ecclesiae Dei. Rursum ut quisque seiungat se ne observet horas, et sabbata, et neomenias, et festa annua [2], hariolationes et incantamenta, Chaldaeorum artes ac magiam; et abstineat a fornicatione, a carminibus, a nefariis artibus, quae sunt in-

ܪܒܐ: ܡܟܣܪܘܬܐ ܐܘܠܕܬ: ܡܢ ܚܪܒܐ ܦܪܩܬ: ܡܢ ܓܘܒܐ ܐܣܩܬ: ܘܠܡܣܟܢܐ ܐܥܬܪܬ: ܘܠܐܣܝܪܐ ܫܪܝܬ: ܠܪܕܝܦܐ ܦܨܬ: ܘܢܘܪܐ ܐܚܬܬ: ܝܡܐ ܦܠܓܬ: ܘܟܐܦܐ ܦܬܚܬ: ܘܨܗܝܐ ܠܡܝܐ ܐܫܩܝܬ: ܘܟܦܢܐ ܣܒܥܬ: ܘܡܝܬܐ ܐܚܝܬ: ܘܡܢ ܫܝܘܠ ܐܣܩܬ: ܘܓܠܠܐ ܫܠܝܬ: ܘܟܪܝܗܐ ܐܣܝܬ: ܘܚܝܠܐ ܙܟܬ: ܘܫܘܪܐ ܣܚܦܬ: ܘܦܘܡܐ ܕܐܪܝܘܬܐ ܣܟܪܬ: ܘܫܠܗܒܝܬܐ ܕܢܘܪܐ ܕܥܟܬ: ܘܡܬܪܘܪܒܢܐ ܡܟܟܬ: ܘܡܟܝܟܐ ܠܫܘܒܚܐ ܐܪܝܡܬ. ܗܠܝܢ ܟܠܗܘܢ ܚܝܠܐ ܒܗ ܒܗܝܡܢܘܬܐ ܐܬܥܒܕܘ܀

ܗܕܐ ܗܝ ܕܝܢ ܗܝܡܢܘܬܐ: ܟܕ ܐܢܫ ܢܗܝܡܢ ܒܐܠܗܐ ܡܪܐ ܕܟܠ ܕܥܒܕ ܫܡܝܐ ܘܐܪܥܐ ܘܝܡܡܐ ܘܟܠ ܕܐܝܬ ܒܗܘܢ: ܘܗܘ ܥܒܕ ܠܐܕܡ ܒܨܠܡܗ: ܘܗܘ ܝܗܒ ܐܘܪܝܬܐ ܠܡܘܫܐ: ܘܗܘ ܫܕܪ ܡܢ ܪܘܚܗ ܒܢܒܝܐ: ܘܗܘ ܬܘܒ ܫܕܪ ܠܡܫܝܚܗ ܠܥܠܡܐ. ܘܕܢܗܝܡܢ ܐܢܫ ܒܢܘܚܡܐ ܕܡܝܬܐ. ܘܬܘܒ ܢܗܝܡܢ ܐܦ ܒܐܪܙܐ ܕܡܥܡܘܕܝܬܐ: ܗܕܐ ܗܝ ܗܝܡܢܘܬܐ ܕܥܕܬܗ ܕܐܠܗܐ: ܘܕܢܬܦܪܫ ܐܢܫ ܡܢ ܕܢܛܪ ܫܥܐ ܘܫܒܐ ܘܝܪܚܐ ܘܙܒܢܐ ܘܩܨܡܐ ܘܢܚܫܐ ܘܟܠܕܝܘܬܐ ܘܡܓܘܫܘܬܐ: ܘܡܢ ܙܢܝܘܬܐ ܘܡܢ ܙܡܪܐ ܘܡܢ ܚܪܫܐ ܒܝܫܬܐ ܡܠܦܢܘܬܗ ܕܒܝܫܐ ܘܡܢ ܚܘܦܪܐ ܘܡܠܐ ܣܟܠܬܐ ܘܡܢ ܓܘܕܦܐ ܘܡܢ ܓܘܙܐ:

AB¹ — 7 A *egredi fecit* ܐܦܩܬ [ܐܣܩܬ. — 8 A ܙܟܝܬ. — 10 A ܘܡܬܪܘܪܒܢܐ. — 19 A ܒܢܘܚܡܐ — 24 A ܘܡܢ ܢܚܫܐ ܘܡܢ ܩܨܡܐ ܘܡܢ ܙܡܪܐ [ܘܡܢ ܙܢܝܘܬܐ ܘܡܢ ܙܡܪܐ. — 26 A ܡܢ ܓܘܙܐ [ܘܡܢ ܓܘܙܐ

[1] Cf. Hebr. xi, 33 seqq. — [2] Cf. Coloss. ii, 16

ܘܕܠܐ ܐܢܫ ܢܣܗܕ ܣܗܕܘܬܐ ܕܕܓܠܘܬܐ ܘܕܠܐ ܢܡܠܠ ܐܢܫ ܒܬܪܬܝܢ ܠܫܢܝܢ. ܗܠܝܢ ܐܢܘܢ ܓܝܪ ܥܒܕܝܗ ܕܗܝܡܢܘܬܐ ܕܣܝܡܐ ܥܠ ܟܐܦܐ ܫܪܝܪܬܐ ܕܗܘܝܘ ܡܫܝܚܐ ܕܥܠܘܗܝ ܟܠܗ ܩܐܡ ܒܢܝܢܐ ܀

ܣܓܝܐܢ ܬܘܒ ܚܒܝܒܝ ܐܝܬ ܒܗܘܢ ܒܟܬܒܐ ܩܕܝܫܐ ܥܠ ܗܝܡܢܘܬܐ. ܐܠܐ ܗܠܝܢ ܩܠܝܠܢ ܡܢ ܣܓܝܐܢ ܟܬܒܬ ܐܘܕܥܬ ܠܚܘܒܟ ܕܬܐܠܦ ܘܬܠܦ ܘܬܗܝܡܢ ܐܦ ܬܬܗܝܡܢ. ܘܡܐ ܕܩܪܝܬ ܘܝܠܦܬ ܥܒܕܝܗ ܕܗܝܡܢܘܬܐ ܬܬܕܡܐ ܠܗܝ ܐܪܥܐ ܦܠܝܚܬܐ ܕܢܦܠ ܒܗ ܙܪܥܐ ܛܒܐ ܘܝܗܒܬ ܦܐܪܐ ܚܕ ܒܡܐܐ ܘܒܫܬܝܢ ܘܒܬܠܬܝܢ: ܘܡܐ ܕܐܙܠܬ ܠܘܬ ܡܪܟ ܢܩܪܝܟ ܥܒܕܐ ܛܒܐ ܘܚܟܝܡܐ ܘܡܗܝܡܢܐ ܕܡܛܠ ܗܝܡܢܘܬܗ ܕܣܓܝܐܬ ܥܐܠ ܠܡܠܟܘܬܐ ܕܡܪܗ ܀

ܫܠܡܬ ܬܚܘܝܬܐ ܕܗܝܡܢܘܬܐ ܀

strumenta maligni; et ab illecebris blandi sermonis [1], a blasphemia, et ab adulterio. Ne quis falsum testimonium dicat, et ne quis loquatur duplici lingua. Haec enim sunt opera fidei positae super petram firmam, quae Christus est, super quem totum aedificium elevatur.

20. Plurima adhuc, carissime, in Scripturis sacris de fide dicuntur. Haec vero pauca de multis exscribens retuli caritati tuae, ut discas, et doceas, et credas, et vicissim tibi credatur. Et cum legeris et didiceris opera fidei, similis fies terrae illi proscissae, ubi cecidit semen bonum, et fructum in centesimum et sexagesimum et trigesimum attulit. Et quando ad Dominum tuum proficisceris, vocabit te servum bonum, et prudentem, et fidelem, qui propter fidem suam multam intrat in regnum Domini sui [2].

Explicit Demonstratio de Fide.

AB] — 3 A om. ܓܝܪ. — 18 A om. ܬܚܘܝܬܐ.

[1] Cf. Rom. xvi, 18. — [2] Matth. xxv, 21, 23. Luc. xix. 17.

ܬܚܘܝܬܐ ܕܚܘܒܐ

DEMONSTRATIO SECUNDA

DE CARITATE

1. Certum est[1], carissime, totam legem et prophetas in duobus pendere mandatis, quemadmodum Salvator noster dixit : Ei qui refragatur, lex et prophetae suadere non valent[2]. Ait igitur Salvator : *In his duobus mandatis lex pendet et prophetae*, ut scilicet *diligat homo Dominum Deum suum ex tota anima sua, ex totis viribus suis, et ex tota facultate sua;* et insuper *ut diligat homo proximum suum sicut seipsum*[3].

ܒܦܝܣܐ ܚܒܝܒܝ ܕܟܠܗ ܢܡܘܣܐ ܘܢܒܝܐ ܒܬܪܬܝܢ ܦܘܩܕܢܝܢ ܬܠܝܢ ܐܝܟ ܕܐܡܪ ܦܪܘܩܢ: ܕܠܡܢ ܕܠܐ ܡܬܛܦܝܣ: ܐܘܪܝܬܐ ܘܢܒܝܐ ܪܚܘܬܝ ܐܦ ܠܡܦܝܣܘܬܗ. ܐܡܪ ܓܝܪ ܦܪܘܩܢ: ܕܒܗܠܝܢ ܬܪܬܝܢ ܦܘܩܕܢܝܢ ܬܠܝܐ ܐܘܪܝܬܐ ܘܢܒܝܐ: ܕܟܕ ܐܢܫ ܢܪܚܡ ܠܡܪܝܐ ܐܠܗܗ ܡܢ ܟܠܗ ܢܦܫܗ ܘܡܢ ܟܠܗ ܚܝܠܗ ܘܡܢ ܟܠܗ ܩܢܝܢܗ: ܘܟܕ ܐܢܫ ܬܘܒ ܢܪܚܡ ܠܩܪܝܒܗ ܐܝܟ ܢܦܫܗ܀

2. Cumque processeris ac pervenies ad inquisitionem duorum illorum mandatorum, in quibus virtus omnis legis et prophetarum pendet, [tunc intelliges] si duo illa mandata, in quibus pendet vis omnis legis et prophetarum, cordi et menti hominum essent infixi, neque legem et prophetas opus fuisse exarari, sicut scriptum est : *Iustis non est lex posita sed impiis*[4]. Propter impios igitur posita est lex. Et si iustitia apud homines permansisset, opus lege non

ܘܟܕ ܬܬܩܠ ܠܒܨܝܐ ܕܗܠܝܢ ܬܪܝܢ ܦܘܩܕܢܝܢ ܕܒܗܘܢ ܬܠܐ ܟܠܗ ܚܝܠܗܘܢ ܕܢܡܘܣܐ ܘܕܢܒܝܐ: ܘܗܠܝܢ ܓܝܪ ܗܠܝܢ ܬܪܝܢ ܦܘܩܕܢܝܢ ܕܒܗܘܢ ܬܠܐ ܟܠܗ ܚܝܠܗܘܢ ܕܢܡܘܣܐ ܘܕܢܒܝܐ ܡܩܒܥܝܢ ܗܘܘ ܒܠܒܐ ܘܒܬܪܥܝܬܐ ܕܒܢܝ ܐܢܫܐ: ܐܦ ܠܐ ܢܡܘܣܐ ܘܢܒܝܐ ܡܬܒܥܝܢ ܗܘܘ ܕܢܬܟܬܒܘܢ: ܐܝܟܢܐ ܕܟܬܝܒ ܕܠܙܕܝܩܐ ܢܡܘܣܐ ܠܐ ܣܝܡ ܐܠܐ ܠܥܘܠܐ: ܘܡܛܠ ܥܘܠܐ ܐܬܬܣܝܡ ܢܡܘܣܐ. ܘܐܠܘ ܟܐܢܘܬܐ ܩܘܝܐ ܥܡ

AB] 1 A add. ܓܝܪ ܒܦܝܣܐ. — 7 A ܐܠܗܐ. — 9 A om. ܬܘܒ — 19 A add. ܗܘ ܥܘܠܐ.

[1] ܒܦܝܣܐ ad verbum *in persuasione, in veritate* : i. e. *persuasum, compertum est*, per ἔλλειψιν dictum, ita ut demonstratio illa secunda per ܒ secundam litteram alphabeti incipiat. Ita versio armeniaca : *Հաւանութեամբ in persuasione*. (Antonelli, p. 20.) — [2] Luc. xvi, 31. — [3] Matth. xxii, 37. — [4] I Tim. i, 9.

ܒܢ̈ܝܢܫܐ ܠܐ ܡܬܝܕܥܐ ܗܘܐ ܢܡܘܣܐ. ܘܐܦ ܐܠܘ ܢܡܘܣܐ ܠܐ ܐܬܬܣܝܡ ܚܝܠܗ ܕܐܠܗܐ ܠܐ ܡܬܝܕܥ ܗܘܐ ܒܟܠ ܕܪ̈ܝܢ ܘܒܟܠ ܬܕܡܪ̈ܬܐ ܕܥܒܕ. ܟܕ ܥܒܪ ܦܘܩܕܢܐ ܒܝܬ ܐܕܡ ܐܬܓܙܪ ܡܘܬܐ ܥܠ ܥܠܡܐ ܘܚܝܠܗ ܕܐܠܗܐ ܐܬܚܙܝ ܒܗ ܕܟܠܗܘܢ ܒܢ̈ܝ ܐܢܫܐ ܩܝܡܝܢ ܒܚܪܬܐ ܒܙܒܢܐ ܕܡܫܬܩܠ ܫܘܠܛܢܗ ܕܡܘܬܐ. ܘܡܛܠ ܚܛ̈ܝܐ ܕܒܝܘܡ̈ܝ ܢܘܚ ܐܬܚܙܝ ܚܝܠܗ ܕܐܠܗܐ ܒܡ̈ܝܐ ܕܛܘܦܢܐ. ܘܐܒܪܗܡ ܡܛܠ ܕܢܛܪ ܟܐܢܘܬܐ ܕܒܢܡܘܣܐ ܟܕ ܠܐ ܐܬܬܣܝܡ ܢܡܘܣܐ: ܐܬܚܙܝ ܒܗ ܚܝܠܗ ܕܐܠܗܐ ܒܝܕ ܟܐܢܘܬܐ ܟܕ ܐܗܦܟ ܫܒܝܬܐ ܕܣܕܘܡ ܒܚܝܠܐ ܕܐܠܗܗ ܘܒܒܙܬܐ ܠܐ ܐܘܫܛ ܐܝܕܗ: ܘܐܡܪ ܠܗ ܐܠܗܐ ܡܢ ܒܬܪ ܗܢ ܦܬܓܡܐ: ܕܐܓܪܟ ܛܒ ܣܓܝ ܒܟܐܢܘܬܟ. ܘܗܘ ܕܢܡܘܣܐ ܠܐ ܐܬܬܣܝܡ ܠܗ ܚܘܝ ܒܥܒܕܘܗܝ ܕܢܡܘܣܐ: ܘܠܐ ܐܬܒܥܝ ܢܡܘܣܐ ܠܟܐܢܘܬܗ. ܘܗܟܢܐ ܐܦ ܐܝܣܚܩ ܘܝܥܩܘܒ ܒܢ̈ܘܗܝ ܠܐ ܗܘܐ ܠܗܘܢ ܣܘܢܩܢܐ ܕܢܬܬܣܝܡ ܢܡܘܣܐ ܠܟܐܢܘܬܗܘܢ: ܡܛܠ ܕܐܒܘܗܘܢ ܦܩܕ ܐܢܘܢ ܕܢܥܒܕܘܢ ܙܕܝܩܘܬܐ ܘܕܝܢܐ ܐܝܟ ܕܟܬܝܒ ܕܐܡܪ ܡܪܝܐ ܥܠ ܐܒܪܗܡ: ܕܝܕܥܢܐ ܠܗ ܕܡܦܩܕ ܠܒܢ̈ܘܗܝ ܡܢ ܒܬܪܗ ܕܢܛܪܘܢ ܟܠܗܘܢ ܦܘܩܕܢ̈ܝ. ܘܐܦ ܝܘܣܦ ܢܛܪ ܟܐܢܘܬܐ ܕܒܢܡܘܣܐ ܟܕ ܠܐ ܐܫܠܡܗ ܠܡܪܬܗ. ܐܡܪ ܓܝܪ: ܐܝܟܢܐ ܐܥܒܕ

fuisset. Ex adverso, si non esset lex posita, virtus Dei in omnibus generationibus, per omnia mirabilia quae protulit, non fuisset cognita. Cum domus Adae transgressa est praeceptum, mors super mundum decreta est; virtus autem Dei in hoc manifestata, quod omnes homines in fine resurgent, tempore quo mortis tolletur imperium. Propter peccatores qui erant in diebus Noe, ostendit se Dei virtus in aquis diluvii. Quia vero servavit Abraham iustitiam quae in lege est, etsi nondum posita lex erat, manifestata est in eo virtus Dei per iustitiam, quando scilicet praedam de Sodoma retulit virtute Dei sui, manumque in spolia non extendit; et dixit ei Deus post diem hanc : *Merces tua magna nimis in tua iustitia erit* [1]. Et ille cui lex non imposita est, professus est tamen opera legis, neque ad iustitiam eius lex necessaria fuit. Eodemque modo, Isaac et Iacob, filiis eius, opus non fuit ad eorum iustitiam ut lex poneretur; nam praecepit eis pater eorum ut aequitatem et iudicium facerent, sicuti scriptum est Dominum de Abraha dixisse : *Scio quod praecepturus sit filiis suis post se, ut omnia mandata mea custodiant* [2]. Ioseph etiam iustitiam custodivit quae in lege est, quando non ob-

AB] — 1 A ܘܐܠܘ. — 8 A ܚܛܗܐ. — 16 A ܛܒ ܣܓܝ. — 19 A ܠܐ ܗܘܐ ܕܢܗܘܐ. — 21 A ܘܦܩܕ ܠܗܘܢ

[1] Gen. XV, 1. — [2] *Ib.* XVIII, 19.

temperavit dominae suae. Dixit enim : *Quomodo malum illud grande faciam, ut peccem in Deum*[1]? Item Moyses iustitiam quae est in lege servavit, abnuens se vocari filium filiae Pharaonis[2]; propter quod dignum habuit eum Dominus, per cuius manus legem populo suo daret. Omnes isti manifestaverunt opera legis, et tamen ad eorum iustitiam lex posita non fuerat; ipsi autem sibi lex erant[3].

3. Quando autem legis advenit tempus, addita est propter praevaricationem[4]. Legem enim additionem esse [Scriptura] demonstravit. Quare autem facta est haec additio? nisi propter gentium vocationem, quae prius fuerat ante legem promissa. Et fuit illa lex custos et paedagogus[5], quoadusque veniret semen illud in quo gentes benedictae sunt. Verbum enim iurisiurandi Abrahae promissum, promissionis quoque est testamentum, illud nempe quod dixit ad eum Deus : *In semine tuo omnes gentes benedicentur*[6]. Et hoc verbum, quod testamentum est, quadringentis et triginta annis ante legem positam promissum fuit Abrahae : ut scilicet gentes in eius benedicerentur semine, quod est Christus. Lex autem post quadringentos trigintaque annos illos facta est.

ܒܝܫܬܐ ܗܕܐ ܪܒܬܐ ܘܐܚܛܐ ܠܐܠܗܐ. ܘܐܦ ܡܘܫܐ ܓܝܪ ܢܛܪ ܟܐܢܘܬܐ ܕܒܢܡܘܣܐ ܟܕ ܟܦܪ ܕܠܐ ܢܬܩܪܐ ܒܪܐ ܠܒܪܬܐ ܕܦܪܥܘܢ. ܡܛܠܗܕܐ ܐܫܘܝܗ ܡܪܝܐ ܕܒܐܝܕܘܗܝ ܢܬܠ ܢܡܘܣܐ ܠܥܡܗ. ܟܠܗܘܢ ܓܝܪ ܗܠܝܢ ܚܘܝܘ ܒܥܒܕܝܗܘܢ ܕܢܡܘܣܐ ܘܠܟܐܢܘܬܗܘܢ ܠܐ ܐܬܣܝܡ ܢܡܘܣܐ: ܘܗܢܘܢ ܗܘܘ ܢܡܘܣܐ ܠܢܦܫܗܘܢ܀

ܟܕ ܡܛܐ ܓܝܪ ܙܒܢܗ ܕܢܡܘܣܐ ܐܬܘܣܦ ܠܗ ܡܛܠ ܡܣܛܝܢܘܬܐ. ܚܘܝ ܟܬܒܐ ܕܢܡܘܣܐ ܕܬܘܣܦܬܐ ܗܘ. ܘܡܛܠ ܡܢܐ ܟܕ ܗܘܬ ܗܕܐ ܬܘܣܦܬܐ. ܐܠܐ ܡܛܠ ܩܪܝܢܐ ܕܥܡܡܐ ܕܩܕܡ ܗܘܐ ܡܠܝܟ ܗܘܐ ܡܢ ܩܕܡ ܢܡܘܣܐ. ܘܗܘܐ ܗܘ ܢܡܘܣܐ ܢܛܘܪܐ ܘܡܪܒܝܢܐ ܥܕܡܐ ܕܐܬܐ ܙܪܥܐ ܗܘ ܕܒܗ ܥܡܡܐ ܡܬܒܪܟܝܢ. ܡܠܬܐ ܓܝܪ ܕܡܘܡܬܐ ܕܐܬܡܠܟܬ ܠܐܒܪܗܡ ܘܐܝܬܝܗ ܕܝܬܩܐ ܕܡܘܠܟܢܐ ܗܝ ܕܐܡܪ ܠܗ ܐܠܗܐ: ܕܒܙܪܥܟ ܢܬܒܪܟܘܢ ܟܠܗܘܢ ܥܡܡܐ. ܘܗܕܐ ܗܝ ܡܠܬܐ ܕܗܝ ܗܝ ܕܝܬܩܐ ܡܢ ܩܕܡ ܣܝܡ ܢܡܘܣܐ ܐܪܒܥܡܐܐ ܘܬܠܬܝܢ ܫܢܝܢ ܕܐܬܡܠܟܬ ܠܐܒܪܗܡ: ܕܥܡܡܐ ܒܗ ܒܙܪܥܗ ܢܬܒܪܟܘܢ ܕܗܘܝܘ ܡܫܝܚܐ. ܘܢܡܘܣܐ ܡܢ ܒܬܪ ܗܠܝܢ ܐܪܒܥܡܐܐ ܘܬܠܬܝܢ ܫܢܝܢ ܗܘܐ. ܟܕ ܗܘܐ

AB] 4 A ܠܒܪܬܗ ܕܦܪܥܘܢ. — 5 A ܥܡܗ. — 10 A ܙܒܢܐ. 21 A ܘܗܝ ܗܝ ܡܠܬܐ ܕܗܝ ܕܝܬܩܐ. — 24 A om. ܒܗ. 26 A ܟܕ ܓܝܪ ܗܘܐ.

[1] Gen. XXXIX, 9. — [2] Hebr. XI, 24. — [3] Rom. II, 14. — [4] Gal. III, 19. — [5] *Ib.* III, 24. — [6] Gen. XVIII, 18, XXII, 18; XXVI, 4.

ܟܕ ܓܝܪ ܡܘܠܟܢܐ ܗܢܐ ܩܒܠ ܐܒܪܗܡ ܒܪ ܬܡܢܐܝܢ ܘܚܡܫ ܫܢܝܢ ܐܝܬܘܗܝ ܗܘܐ: ܘܡܢ ܗܘ ܙܒܢܐ ܕܡܘܠܟܢܐ ܘܥܕܡܐ ܕܥܠ ܝܥܩܘܒ ܠܡܨܪܝܢ ܗܘܝܢ ܡܐܬܝܢ ܘܚܡܫ ܫܢܝܢ: ܘܡܢ ܙܒܢܐ ܕܥܠ ܝܥܩܘܒ ܠܡܨܪܝܢ ܘܥܕܡܐ ܕܢܦܩ ܥܡܐ ܒܝܕ ܡܘܫܐ ܗܘܝܢ ܡܐܬܝܢ ܘܥܣܪܝܢ ܘܚܡܫ ܫܢܝܢ܀

ܘܐܬܪܫܡܬ ܙܒܢܬܐ ܕܡܘܬܒܗܘܢ ܕܒܢܘܗܝ ܕܐܝܣܪܝܠ ܒܐܪܥܐ ܕܡܨܪܝܢ ܐܪܒܥܡܐܐ ܘܬܠܬܝܢ ܫܢܝܢ. ܘܡܛܠ ܡܢܐ ܕܝܢ ܚܒܝܒܝ ܕܟܕ ܡܐܬܝܢ ܘܥܣܪܝܢ ܘܚܡܫ ܫܢܝܢ ܥܡܪܘ ܬܡܢ ܐܬܟܬܒ ܠܗܘܢ ܐܪܒܥܡܐܐ ܘܬܠܬܝܢ ܫܢܝܢ܆ ܐܠܐ ܡܛܠ ܕܡܢ ܗܘ ܙܒܢܐ ܕܐܡܪ ܠܗ ܠܐܒܪܗܡ: ܕܡܕܥ ܬܕܥ ܕܥܡܘܪܐ ܢܗܘܐ ܙܪܥܟ ܒܐܪܥܐ ܕܠܐ ܕܝܠܗܘܢ: ܘܢܫܥܒܕܘܢ ܒܗܘܢ ܘܢܦܠܚܘܢ ܐܢܘܢ ܐܪܒܥܡܐܐ ܫܢܝܢ. ܒܗ ܓܝܪ ܒܗܘ ܙܒܢܐ ܕܐܬܐܡܪܬ ܠܗ ܠܐܒܪܗܡ ܡܠܬܐ ܗܕܐ: ܕܝܠܕܐ ܗܘܐ ܠܟ: ܒܗܝܡܢܘܬܐ ܐܬܨܝܪܬ ܠܗ ܒܠܒܗ ܕܐܒܪܗܡ ܐܝܟ ܕܟܬܝܒ: ܕܗܝܡܢ ܠܗ ܐܒܪܗܡ ܒܐܠܗܐ ܘܐܬܚܫܒܬ ܠܗ ܠܟܐܢܘ. ܘܐܦ ܡܠܬܐ ܕܥܒܕܘܬܐ ܕܒܡܨܪܝܢ ܕܥܬܝܕܝܢ ܒܢܘܗܝ ܐܬܩܢܝܬ ܠܗ ܒܠܒܗ ܕܐܒܪܗܡ. ܘܨܦܝ ܗܘܐ ܕܐܝܟܢܐ ܢܗܘܐ ܙܪܥܗ ܒܫܥܒܕܘܬܐ: ܘܗܘܐ ܠܗ ܒܠܒܗ ܡܫܥܒܕܐ ܒܡܨܪܝܢ. ܗܟܢܐ ܘܐܦ ܐܝܣܚܩ ܘܝܥܩܘܒ ܪܢܝܢ ܗܘܘ ܒܗ ܒܫܥܒܕܘܬܐ:

Nam quando promissionem hanc accepit Abraham, filius erat octoginta quinque annorum; ab hoc autem tempore donec in Aegyptum ingressus est Iacob, ducenti et quinque numerantur anni; et a tempore quo introivit in Aegyptum Iacob, donec exiit populus per manum Moysi, ducenti et viginti quinque sunt anni.

4. Tempus autem quo filii Israel in Aegypto commorati sunt scriptum est fuisse quadringentorum et triginta annorum. Quare ergo, amice, cum annos ducentos et viginti quinque ibi habitaverint, quadringenti et triginta eis adscribuntur anni? nisi quod ex hoc tempore ordiantur, quo dixit Abrahae Deus : *Sciendo scies quod peregrinum erit semen tuum in terra non sua, et subigent eos, et servient eis quadringentis annis*[1]. Eo enim ipso tempore quo Abrahae factus est sermo iste : Proles erit tibi[2]; per fidem formatus est [sermo] in corde Abrahae, sicut scriptum est : *Credidit Abraham Deo, et reputatum est ei ad iustitiam*[3]; simulque sermo servitutis quam in Aegypto filii ipsius erant servituri, intimo Abrahae corde conceptus est, sollicitusque coepit esse quomodo semen suum in servitutem venturum esset, iamque mente in Aegypto serviebat. Similiter Isaac et Iacob de servitute cogitaverunt,

AB] — 12 A ܐܬܟܬܒ. — 24 A add. ܐܒܪܗܡ [ܨܦܝ.

[1] Gen. XV, 13. — [2] Vid. *ib.* XV, 4. — [3] *Ib.* XV, 6.

fueruntque cogitatione in Aegypto servientes. Promissa fuit igitur servitus Abrahae posteris, quamvis nondum natis; nam quindecim annis Isaaci praecessit ille sermo nativitatem, servitutisque significatio ducentis et quinque ante facta est, quam Aegyptum ingrederentur, annis; promissio itaque fore ut in Abrahae semine gentes omnes benedicerentur, quadringentis trigintaque annis ante legem data est [1]. Nec potuit lex promissionem irritam facere; fuit etenim lex additio, verbo promissionis accedens, donec tempus illius veniret.

5. Servatumque est verbum illud mille septingentos nonaginta et quatuor annos, inde a tempore quo Abrahae promissum est, ad adventum usque; et mansit verbum illud in custodia servatum mille trecentos sexaginta et quatuor annos post legem datam. Praecessit autem verbum hoc legem quadringentis et triginta annis, et cum advenit, observantias legales abolevit. Lex autem et prophetae in duobus illis mandatis comprehensi sunt de quibus locutus est Dominus; sermo enim conscriptus est: *Omnis lex et prophetae usque ad Iohannem Baptistam prophetaverunt* [2]. Dixit

ܘܡܬܪܢܝܢ ܗܘܘ ܡܫܥܒܕܐ ܗܘܘ ܒܗ ܡܨܪܝܢ. ܘܐܫܬܡܥܬ ܠܗ ܥܒܕܘܬܐ ܥܠ ܙܪܥܗ ܕܐܒܪܗܡ ܥܕܠܐ ܢܬܝܠܕܘܢ. ܩܕܡܬ ܗܝ ܓܝܪ ܡܠܬܐ ܡܢ ܡܘܠܕܗ ܕܐܝܣܚܩ ܚܡܫܬܥܣܪܐ ܫܢܝܢ: ܘܩܕܡ ܗܘܐ ܡܘܠܟܢܐ ܕܥܒܕܘܬܐ ܡܢ ܡܥܠܢܗܘܢ ܠܡܨܪܝܢ ܡܐܬܝܢ ܘܚܡܫ ܫܢܝܢ: ܘܩܕܡ ܗܘܐ ܡܘܠܟܢܐ ܕܒܙܪܥܗ ܕܐܒܪܗܡ ܢܬܒܪܟܘܢ ܟܠܗܘܢ ܥܡܡܐ ܡܢ ܢܡܘܣܐ ܐܪܒܥܡܐܐ ܘܬܠܬܝܢ ܫܢܝܢ. ܘܠܐ ܐܫܟܚ ܢܡܘܣܐ ܕܢܒܛܠ ܡܘܠܟܢܐ: ܡܛܠ ܕܗܘܐ ܠܗ ܢܡܘܣܐ ܬܘܣܦܬܐ ܥܠ ܗܝ ܡܠܬܐ ܕܡܘܠܟܢܐ ܥܕܡܐ ܕܐܬܐ ܙܒܢܗ܀

ܘܐܬܢܛܪܬ ܗܝ ܡܠܬܐ ܐܠܦ ܘܫܒܥܡܐܐ ܘܬܫܥܝܢ ܘܐܪܒܥ ܫܢܝܢ ܡܢ ܙܒܢܐ ܗܘ ܕܐܫܬܡܥܬ ܠܐܒܪܗܡ ܥܕܡܐ ܕܐܬܐ. ܘܗܘܬ ܗܝ ܡܠܬܐ ܒܢܛܘܪܬܐ ܐܠܦ ܘܬܠܬܡܐܐ ܘܫܬܝܢ ܘܐܪܒܥ ܫܢܝܢ ܡܢ ܒܬܪ ܕܐܬܝܗܒ ܢܡܘܣܐ. ܘܩܕܡܬ ܗܝ ܡܠܬܐ ܡܢ ܢܡܘܣܐ ܐܪܒܥܡܐܐ ܘܬܠܬܝܢ ܫܢܝܢ. ܘܟܕ ܐܬܐ ܒܛܠܬ ܐܢܝܢ ܠܢܛܘܪܬܐ ܕܢܡܘܣܐ: ܐܬܬܠܝܘ ܒܗ ܢܡܘܣܐ ܘܢܒܝܐ ܒܗܠܝܢ ܬܪܬܝܢ ܦܘܩܕܢܝܢ ܕܐܡܪ ܡܪܢ ܒܗܘܢ. ܡܠܬܐ ܓܝܪ ܟܬܝܒܐ ܕܟܠܗ ܢܡܘܣܐ ܘܢܒܝܐ ܥܕܡܐ ܠܝܘܚܢܢ ܡܥܡܕܢܐ ܐܬܢܒܝܘ. ܘܡܪܢ ܐܡܪ: ܕܠܐ ܐܬܝܬ ܠܡܫܪܐ ܐܘܪܝܬܐ ܘܢܒܝܐ: ܐܠܐ ܠܡܫܠܡܘ

AB] — 3 A ܩܕܡܬܐ. — 4 A *quingentis* ܚܡܫܡܐܐ]ܬܠܬܡܐܐ. — 3 A ܘܒܕܘܟܬܐ ܕܡܫܥܒܕܘܗ. 21 A ܘܒܢܛܘܪܬܐ. — 21 A ܘܐܬܬܠܝܘ.

[1] Gal. III, 17. — [2] Matth. XI, 13.

ܐܦܢ. ܬܘܒ ܟܬܝܒ: ܕܫܪܪܗ ܕܢܡܘܣܐ ܒܝܕ ܝܫܘܥ ܗܘܐ܀

ܘܒܡܢܐ ܕܝܢ ܚܣܝܪ ܗܘܐ ܢܡܘܣܐ ܘܢܒܝܐ ܘܚܣܝܪܝܢ ܗܘܘ ܕܢܫܬܡܠܘܢ. ܐܠܐ ܡܛܠ ܕܟܣܝܐ ܗܘܐ ܒܗܘܢ ܕܝܬܩܐ ܕܗܝܢܘ ܡܠܬܐ ܕܫܘܘܕܝܐ. ܠܐ ܓܝܪ ܡܬܚܬܡܐ ܗܘܬ ܗܝ ܕܝܬܩܐ ܕܐܬܝܗܒܬ ܠܡܘܫܐ ܥܕܡܐ ܕܐܬܬ ܗܕܐ ܕܝܬܩܐ ܐܚܪܝܬܐ ܕܗܝ ܗܝ ܩܕܡܝܬܐ ܘܡܢ ܩܕܡ ܟܠܗ ܐܬܚܬܡܬ ܘܡܢ ܒܬܪ ܐܬܩܝܡܬ: ܘܡܝܬ ܡܫܠܡܢܗ ܕܕܝܬܩܐ: ܘܩܡ ܬܪܬܝܢ ܕܝܬܩܢ: ܘܥܒܕ ܐܢܝܢ ܠܬܪܬܝܢ ܚܕܐ: ܘܢܡܘܣܐ ܕܦܘܩܕܐ ܒܦܘܩܕܢܘܗܝ ܒܛܠܗ. ܫܘܠܡܗ ܓܝܪ ܕܢܡܘܣܐ ܐܬܒܛܠ ܒܗܘ ܒܡܐܬܝܬܗ ܕܡܚܝܢܢ: ܘܩܪܒ ܢܦܫܗ ܚܠܦ ܩܘܪܒܢܐ ܕܒܢܡܘܣܐ: ܘܐܬܕܒܪ ܐܝܟ ܐܡܪܐ ܠܢܟܣܬܐ ܚܠܦ ܐܡܪܐ ܕܚܘܣܝܐ: ܘܐܬܢܟܣ ܠܢ ܬܘܪܐ ܕܦܛܡܐ ܕܠܐ ܢܗܘܐ ܠܢ ܣܘܢܩܢܐ ܕܢܩܪܒ ܒܢܝ ܒܩܪܐ. ܐܬܐ ܘܐܙܕܩܦ ܥܠ ܙܩܝܦܐ ܕܠܐ ܢܬܒܥܘܢ ܡܢܢ ܩܘܪܒܢܐ ܘܕܒܚܐ. ܝܗܒ ܕܡܗ ܚܠܦ ܟܠܗܘܢ ܒܢܝܢܫܐ ܕܠܐ ܢܬܒܥܐ ܡܢܢ ܕܡܐ ܕܚܝܘܬܐ. ܘܥܠ ܠܒܝܬ ܡܩܕܫܐ ܕܠܐ ܒܐܝܕ ܒܢܝܢܫܐ: ܘܗܘܐ ܟܘܡܪܐ ܘܡܫܡܫܢܐ ܕܩܘܕܫܐ. ܡܢ ܒܬܪ ܓܝܪ ܕܐܬܐ ܥܠܝܗ ܐܝܟ ܒܥܝܪܘܬܐ ܕܒܢܡܘܣܐ: ܘܡܢ ܒܬܪ ܕܐܫܪܝܗܝ ܐܬܩܢܗ ܒܗܘܢ ܒܥܒܪܐ

etiam Dominus : *Non veni solvere legem et prophetas, sed eos adimplere*[1]. Iterum scriptum est : *Veritas legis per Iesum facta est*[2].

6. In quo vero deficiebant lex et prophetae ut adimpleri deberent? nisi quod absconditum manebat in eis testamentum, quod ipsum est promissionis verbum. Non enim obsignatum fuit testamentum illud, Moysi datum, donec veniret hoc testamentum posterius, quod et prius est, quodque, ante promissum, posterius consignatum fuit, mortuo illo qui testamentum protulerat[3]; et confirmata sunt duo testamenta, *fecit utraque unum, et legem praeceptorum mandatis suis abrogavit*[4]. Finis enim legis evacuatus est per adventum Vivificatoris nostri, qui seipsum obtulit legalium sacrificiorum loco, ac tanquam agnus ad occisionem ductus est pro agnis propitiationis; taurus pinguis pro nobis occisus est, ne sit necesse nobis amplius armentorum agnatos offerre, venit atque in crucem est sublatus, ne sacrificia aut oblationes a nobis iam requirantur; sanguinem suum pro omnibus hominibus dedit, ut animalium sanguis a nobis non expetatur; ingressus est domum sanctuarii non manufactam, et pontifex ac minister

AB] 3 A ܓܝܪ [ܕܝܢ. 5 B ܗܘ [ܕܗܘ. 6 A ܗܘܬ ܗܝ ܕܡܬܠܐ. 8 A ܐܬܩܝܡܬ. 9 B ܕܡܢ ܩܕܡ. *Ib.* A ܟܠܗ [ܟܠܗܘܢ. — 10 B ܘܡܝܬ ܡܫܠܡܢܗ. — 11 A ܠܬܪܬܝܗܘܢ. *Ib.* A ܠܬܪܬܝܗܘܢ. 12 A ܘܦܘܩܕܐ. 15 A ܩܘܪܒܢܐ. — 16 A ܐܡܪܐ [ܐܡܪܐ. *Ib.* B om. ܕܚܘܣܝܐ. 18 A ܒܩܪܐ. 19 A ܩܘܪܒܢܐ. — 23 B ܡܢ — *Ib.* A ܐܫܪܝܗܝ. — *Ib.* B ܐܬܩܢ. — *Ib.* A ܒܥܒܪܐ.

[1] Matth. v, 17. — [2] Ioh. i, 17. — [3] Cf. Hebr. ix, 16, 17. — [4] Eph. ii, 14, 15.

effectus est sancti [1]. Inde enim a tempore quo advenit, observantias legales abrogavit: ex quo eum vinxerunt, festivitates eorum vinculis ligatae sunt [2]; quia voluerunt Iustum iudicare, amovit ab eis iudices; atque eo quod regiam eius potestatem repudiaverunt, regnum ab eis avulsit, nam *is advenit cuius est regnum* [3]; et oblatus est hostia viva propter nos, peremitque sacrificia eorum, et sederunt filii Israel absque sacrificiis et absque altari, absque eo qui ephodum indueret aut incensa apponeret [4]; abstulit ab eis videntes et vates, eo quod prophetam magnum non audierunt; testamentum prius novissimo est impletum; consenuerunt et antiquata sunt opera legis, ac perdita abierunt; ex quo enim tempore novum datum fuit, periit vetus. Non autem duntaxat a Salvatoris adventu reprobata sunt sacrificia, verum et iam antea sacrificia eorum Ipsi non placebant, sicut scriptum est: *Non comedo carnem vitulorum, et hircorum sanguinem non haurio;* sed magis *immola Deo laudem, et redde Altissimo vota tua* [5]. Dixit adhuc: *Cor contritum Deus non despicit* [6]. Et iterum ait: *Non adquievi sacrificiis, neque in holocaustis pacificis*

ܒܩܘܕܫܐ: ܡܛܠ ܕܨܒܘ ܕܢܕܘܢܘܢ ܠܟܐܢܐ ܐܥܒܪ ܡܢܗܘܢ ܕܝܢܐ: ܡܛܠ ܕܐܣܠܝܘ ܡܠܟܘܬܗ ܫܩܠܗ ܡܢܗܘܢ ܡܠܟܘܬܐ: ܡܛܠ ܕܐܬܐ ܡܢ ܕܕܝܠܗ ܗܝ ܡܠܟܘܬܐ: ܘܗܘܐ ܕܒܚܬܐ ܚܝܬܐ ܚܠܦܝܢ: ܘܒܛܠ ܠܕܒܚܝܗܘܢ: ܘܝܬܒܘ ܒܢܝ ܐܝܣܪܝܠ ܕܠܐ ܕܒܚܐ ܘܕܠܐ ܡܕܒܚܐ ܘܕܠܐ ܠܒܫ ܐܦܘܕܐ ܘܣܐܡ ܒܣܡܐ: ܫܩܠ ܡܢܗܘܢ ܚܙܝܐ ܘܢܒܝܐ ܡܛܠ ܕܠܐ ܫܡܥܘ ܠܢܒܝܐ ܪܒܐ. ܘܐܬܡܠܝܬ ܠܗ ܕܝܬܩܐ ܩܕܡܝܬܐ ܒܐܚܪܝܬܐ: ܥܒܪܘ ܘܥܬܩܘ ܥܒܕܐ ܕܢܡܘܣܐ: ܘܐܙܠܘ ܠܗܘܢ ܠܒܛܠܐ. ܡܢ ܕܝܗܒܐ ܓܝܪ ܕܐܬܝܗܒܬ ܚܕܬܐ ܥܬܝܩܬܐ ܠܗ ܐܒܕܬ. ܘܠܐ ܗܘܐ ܡܢ ܝܘܡܐ ܕܡܐܬܝܬܗ ܕܦܪܘܩܢ ܒܠܚܘܕ ܐܣܬܠܝܘ ܕܒܚܐ: ܐܠܐ ܐܦ ܡܢ ܩܕܡ ܝܘܡܐ ܠܐ ܫܦܪܘ ܠܗ ܕܒܚܝܗܘܢ ܐܝܟ ܕܟܬܝܒ: ܕܠܐ ܐܟܠ ܐܢܐ ܒܣܪܐ ܕܬܘܪܐ ܘܕܡܐ ܕܨܦܪܐ ܠܐ ܫܬܐ ܐܢܐ. ܐܠܐ ܕܒܘܚ ܕܒܚ ܠܐܠܗܐ ܬܘܕܝܬܐ: ܘܫܠܡ ܠܡܪܝܡܐ ܢܕܪܝܟ. ܘܬܘܒ ܐܡܪ: ܕܠܒܐ ܬܒܝܪܐ ܐܠܗܐ ܠܐ ܡܣܠܐ. ܘܬܘܒ ܐܡܪ: ܕܠܐ ܨܒܝܬ ܒܕܒܚܐ ܘܐܦ ܠܐ ܒܥܠܘܬܐ ܕܫܠܡܐ ܐܬܪܥܝܬ. ܕܒܚܘܗܝ ܕܐܠܗܐ ܪܘܚܐ ܗܝ ܡܬܒܪܬܐ. ܘܐܦ

AB] — 2 A ܠܡܠܟܘܬܐ. — 3 A ܘܫܩܠܗ. — 7 A ܕܒܚܐ. — 9 A ܚܙܘܝܐ. — 18 B ܕܒܚܘܗܝ. — *Ib.* A ܕܐܡܪ ܕܟܬܝܒ. — 23 25 A ܐܦ.

[1] Hebr. IX, 11, 12. — [2] Ps. CXVIII (CXVII), 27, quod in psalterio syriaco ita auditur: ܡܪܝܐ ܐܠܗܢ ܐܢܗܪ ܠܢ ܘܐܣܘܪܘ ܥܐܕܐ ܒܫܫܠܬܐ *Domine Deus noster lucem nobis infer et liga sollemnitates nostras catenis*: ܥܕܡܐ ܠܩܪܢܬܗ ܕܡܕܒܚܐ *usque ad cornua altaris*, hebraico חַג designante festum et victimam sacrificii festivi. — [3] Gen. XLIX, 10. Vid. Demonst. XVI, § 1, et Praef. § 11. — [4] Os. III, 4. — [5] Ps. L (XLIX), 13, 14. — [6] Ps. LI (L), 19.

ܐܝܟܢܐ ܕܢܒܝܐ ܐܡܪ: ܕܠܐ ܡܬܒܥܝܢ ܠܝ ܫܘܠܡܐ ܕܕܒܚܝܟܘܢ ܐܡܪ ܡܪܝܐ. ܘܬܘܒ ܐܡܪ ܠܗܘܢ: ܣܢܝܬ ܘܐܫܠܝܬ ܠܥܐܕܝܟܘܢ: ܘܠܐ ܐܪܝܚ ܒܟܢܘܫܬܟܘܢ܀

ܘܗܘܐ ܬܘܒ ܡܠܬܐ ܕܐܡܪ ܦܪܘܩܢ ܕܒܗ ܬܠܝܢ ܐܘܪܝܬܐ ܘܢܒܝܐ ܫܦܝܪܐ ܘܛܒܐ ܘܝܐܝܐ. ܡܛܠ ܕܗܟܢܐ ܐܡܪ ܡܪܢ: ܕܚܕ ܝܘܕܐ ܚܕܐ ܡܢ ܐܘܪܝܬܐ ܘܢܒܝܐ ܠܐ ܥܒܪ ܥܕܡܐ ܕܟܠ ܢܗܘܐ. ܢܣܒ ܐܢܘܢ ܓܝܪ ܠܢܡܘܣܐ ܘܠܢܒܝܐ ܘܬܠܐ ܐܢܘܢ ܒܬܪܬܝܢ ܦܘܩܕܢܝܢ ܘܡܕܡ ܠܐ ܒܛܠ ܡܢܗܘܢ. ܘܟܕ ܬܚܘܪ ܒܗ ܒܥܝܢ ܒܗܕܐ ܡܠܬܐ ܗܕܐ ܬܫܟܚܝܗ ܒܫܪܪܐ. ܢܛܘܪܬܐ ܕܢܡܘܣܐ ܘܟܠ ܡܕܡ ܕܟܬܝܒ ܒܗ ܬܚܝܬ ܗܕܐ ܡܠܬܐ ܐܚܝܕ: ܕܬܪܚܡ ܠܡܪܝܐ ܐܠܗܟ ܡܢ ܟܠܗ ܢܦܫܟ ܘܡܢ ܟܠܗ ܚܝܠܟ ܘܡܢ ܟܠܗ ܠܒܟ. ܘܟܠ ܡܕܡ ܕܡܬܒܥܐ ܗܘܐ ܒܢܡܘܣܐ ܡܛܠ ܕܢܬܩܪܒܘܢ ܠܡܪܚܡ ܠܡܪܝܐ ܐܠܗܗܘܢ: ܘܢܪܚܡ ܐܢܫ ܠܩܪܝܒܗ ܒܣܪܗ ܐܝܟ ܢܦܫܗ. ܘܗܠܝܢ ܬܪܬܝܢ ܦܘܩܕܢܝܢ ܠܥܠ ܡܢ ܟܠܗ ܐܢܘܢ ܢܡܘܣܐ. ܘܟܕ ܬܣܝܡ ܠܒܟ ܘܬܚܘܪ ܒܢܡܘܣܐ ܒܪܫܗ ܕܟܠܗ ܢܡܘܣܐ ܬܫܟܚ ܕܟܬܝܒ: ܕܐܢܐ ܐܢܐ ܡܪܝܐ ܐܠܗܟ ܕܐܦܩܬܟ ܡܢ ܐܪܥܐ ܕܡܨܪܝܢ: ܠܐ ܬܥܒܕ ܠܟ [illegible] ܟܠ ܨܠܡ ܘܟܠ ܕܡܘܬ.

complacui[1]. *Sacrificium Deo est spiritus contribulatus*[2]. Dicit etiam Isaias propheta : *Multitudinem sacrificiorum vestrorum non exquiro, dicit Dominus*[3]. Et iterum dicit eis : *Odi et proieci festivitates vestras, nec celebritates vestras odorabor*[4].

7. Sed est quoque verbum hoc, in quo Salvator ait legem et prophetas pendere, pulchrum, bonum, decorumque. Ita namque Dominus loquitur : *Signum unum iota a lege et prophetis non praeteribit, donec omnia fiant*[5]. Sumpsit etenim legem ac prophetas, et a duobus praeceptis pendere fecit eos, nihil omnino ex ipsis oblitterans. Et cum attente inspexeris hoc verbum, illud deprehendes esse veram legis observantiam; quodcumque enim est in ea conscriptum huic subest verbo : *Diligito Dominum Deum tuum ex tota anima tua, et ex totis viribus tuis, et ex toto corde tuo*[6]; et omne opus legis in hoc tendebat, ut ad amorem Domini Dei sui perducerentur, et diligeret homo propinquum carnis suae tanquam semetipsum. Duo illa mandata supra totam legem sunt. Et rursus cum posueris cor tuum ad legis considerationem, in principio totius legis invenies scriptum : *Ego sum Dominus Deus tuus, qui eduxi te de terra Aegypti. Non facies*

AB] — 3 A add. *propheta* ܢܒܝܐ ܠܗܘܢ. — *Ib.* A ܕܒܚܝܟܘܢ. — 4 A ܒܥܐܕܝܟܘܢ. — 14 A add. ܓܝܪ ܢܛܘܪܬܐ. — 16 A ܘܬܪܚܡ. — 22 A ܟܠܗܘܢ ܐܢܘܢ ܢܡܘܣܐ. — 26 A om. ܠܟ.

[1] Ier. VI, 20. — [2] Ps. LI (L), 19. — [3] Is. I, 11. — [4] Am. V, 21. Cf. Is. I, 14. — [5] Matth. V, 18. — [6] Deut. VI, 5. Matth. XXII, 37.

tibi mecum omne sculptile aut omnem similitudinem[1]. Qui igitur non facit deum alienum cum eo, verbo illi subditur in quo lex pendet et prophetae. Recordare etiam, carissime, me tibi scripisse iustis non esse legem positam; ille quippe qui iustitiam custodit, supra praeceptum, et legem, et prophetas constitutus est; atque ita firmum remanet illud Domini verbum : *Signum iota non praeteribit a lege aut prophetis*[2]; nam eos in duobus mandatis consignavit atque pendere fecit.

8. Audi autem, amice, sermonis illius interpretationem. Si forte dicatur : quare scriptum est habitationem filiorum Israel in terra Aegypti quadringentorum et triginta annorum fuisse[3], cum in promissione Abrahae facta dictum fuerit eos quadringentis annis mansuros esse? et quare triginta accipiunt additicios? — tibi, carissime, quomodo res se habeat ostendam. Quando quadringentorum annorum advenit plenitudo, missus est Moyses qui illos liberaret. Postquam autem occidit Aegyptium, tunc salvatorem suum illi reiecerunt, fugitque Moyses in Madian; et ingruente super eos ira, triginta annis in Aegypto remanserunt. Cum enim Moysi dicerent: *Quis te constituit principem et iudicem*

ܘܡܢ ܕܐܝܬ ܠܐ ܥܒܕ ܥܡܗ ܐܠܗܐ ܐܚܪܢܐ ܗܘܐ ܠܗ ܐܢܫ ܡܠܬܐ ܕܬܠܐ ܒܗ ܢܡܘܣܐ ܘܢܒܝܐ. ܘܗܘܝܬ ܠܗܘ ܚܒܝܒܝ ܕܟܬܒܬ ܠܟ ܕܠܟܐܢܐ ܢܡܘܣܐ ܠܐ ܣܝܡ: ܡܛܠ ܕܡܢ ܕܢܛܪ ܟܐܢܘܬܐ ܠܥܠ ܡܢ ܦܘܩܕܢܐ ܗܘ ܘܢܡܘܣܐ ܘܢܒܝܐ. ܘܫܪܝܪܐ ܗܝ ܡܠܬܐ ܕܐܡܪ ܡܪܢ: ܕܠܐ ܥܒܪ ܝܘܕ ܐܬܘܬܐ ܡܢ ܢܡܘܣܐ ܘܡܢ ܢܒܝܐ: ܡܛܠ ܕܚܬܡ ܘܬܠܐ ܐܢܘܢ ܒܬܪܝܢ ܦܘܩܕܝܢ ܀

ܫܡܥ ܕܝܢ ܚܒܝܒܝ ܦܘܫܩܐ ܕܡܠܬܐ ܗܕܐ. ܕܐܢ ܐܝܬ ܕܐܡܪ: ܕܠܡܢܐ ܟܬܝܒܐ ܡܠܬܐ ܗܕܐ ܕܡܘܬܒܗܘܢ ܕܫܠܡܘ ܒܢܝ ܐܝܣܪܝܠ ܒܐܪܥܐ ܕܡܨܪܝܢ ܐܪܒܥܡܐܐ ܘܬܠܬܝܢ ܫܢܝܢ: ܟܕ ܐܬܡܠܠܬ ܗܕܐ ܡܠܬܐ ܐܬܐܡܪ ܠܗ ܠܐܒܪܗܡ: ܕܐܪܒܥܡܐܐ ܫܢܝܢ ܢܗܘܘܢ. ܘܡܛܠܗ ܬܠܬܝܢ ܒܬܘܣܦܬܐ. ܡܚܘܐ ܐܢܐ ܠܟ ܕܝܢ ܚܒܝܒܝ ܐܝܟ ܡܢܐ ܕܐܝܬܝܗ. ܟܕ ܡܠܐ ܙܒܢܐ ܕܡܘܠܝܗ ܐܪܒܥܡܐܐ ܫܢܝܢ ܐܫܬܕܪ ܡܘܫܐ ܕܢܦܪܘܩ ܐܢܘܢ. ܟܕ ܩܛܠ ܠܡܨܪܝܐ ܘܗܦܟܘ ܐܫܠܡܘܗܝ ܠܦܪܘܩܗܘܢ ܘܥܪܩ ܡܘܫܐ ܠܡܕܝܢ. ܘܗܘܐ ܥܠܝܗܘܢ ܪܘܓܙܐ ܕܢܦܫܘܢ ܒܡܨܪܝܢ ܬܠܬܝܢ ܫܢܝܢ. ܐܡܪܝܢ ܠܗ ܓܝܪ ܠܡܘܫܐ: ܡܢܘ ܐܩܝܡܟ ܥܠܝܢ ܪܫܐ ܘܕܝܢܐ. ܘܟܕ ܐܫܠܡܘ ܠܦܪܘܩܗܘܢ ܪܘܓܙܗ

AB] — 2 A add. ܠܐܢܫ ܗܘ. — 3 A ܚܒܝܒ. — 9 A *determinavit, limitavit* ܘܚܬܡ. — 14 A om. ܒܐܪܥܐ — *Ib.* A ܕܡܨܪܝܢ. 16 A ܕܐܪܒܥܡܐܐ. 21 A ܠܡܨܪܝܐ.

[1] Ex. xx, 2, 4. [2] Matth. v, 18. [3] Ex. xii, 40.

ܘܪܘܓܙܐ ܕܐܠܗܐ ܐܚܕ ܐܢܘܢ ܠܬܠܬܝܢ ܫܢܝܢ ܒܓܘ ܡܨܪܝܢ: ܘܦܫ ܗܘܐ ܒܡܕܝܢ ܬܠܬܝܢ ܫܢܝܢ. ܘܟܕ ܕܝܢ ܥܫܢ ܒܗܘܢ ܐܘܠܨܢܐ ܐܦܩ ܐܢܘܢ ܡܢ ܡܨܪܝܢ. ܗܕܐ ܡܓܪܬ ܪܘܚܗ ܚܘܝ ܐܠܗܐ: ܚܕܐ ܕܢܗܘܘܢ ܡܬܪܕܝܢ ܥܠ ܕܐܫܝܛܘ ܠܡܘܫܐ: ܘܕܬܪܬܝܢ ܕܢܫܠܡܘܢ ܚܘܒܝܗܘܢ ܕܐܡܘܪܝܐ. ܬܘܣܦܬ ܡܢ ܩܨܐ ܕܡܠܟ ܠܐܒܪܗܡ ܐܘܣܦ ܠܥܡܐ ܬܠܬܝܢ ܫܢܝܢ. ܘܠܐܡܘܪܝܐ ܐܓܪ ܠܗܘܢ ܪܘܚܐ ܫܒܥܝܢ ܫܢܝܢ: ܬܠܬܝܢ ܒܡܨܪܝܢ ܘܐܪܒܥܝܢ ܒܡܕܒܪܐ. ܘܟܕ ܫܠܡ ܐܪܒܥܡܐܐ ܘܬܠܬܝܢ ܘܐܪܒܥܝܢ ܫܢܝܢ ܘܡܠܘ ܚܘܒܝܗܘܢ ܕܐܡܘܪܝܐ ܐܥܠ ܐܢܘܢ ܠܐܪܥܐ ܕܡܘܠܟܢܐ܀

super nos[1]? et salvatorem suum respuerent, ira Dei triginta eos annis in Aegypto conclusit. Remansit igitur Moyses in Madian triginta annis. Cum autem nimia eos urgeret tribulatio, de Aegypto eos eduxit. Hanc ideo longanimitatem Deus manifestavit, primum ut illi castigarentur, eo quod Moysem respuissent; secundo ut Amorrhaeorum iniquitates complerentur. Triginta annos ultra terminum Abrahae promissum populo adiecit, Amorrhaeisque septuaginta annis longanimem se praestitit, triginta videlicet in Aegypto [transactis], et quadraginta in deserto. Et absolutis quadringentis triginta annis cum [aliis] quadraginta[2], impletisque iniquitatibus Amorrhaeorum, in terram repromissionis eos introduxit.

ܗܘܝܬ ܕܝܢ ܝܕܥ ܚܒܝܒܝ ܕܐܠܗܐ ܠܐ ܢܡܘܣܐ ܐܣܝܪ: ܒܙܒܢ ܓܝܪ ܡܣܓܐ ܘܡܒܨܪ ܘܒܙܒܢ ܡܘܣܦ ܥܠ ܙܥܘܪܐ. ܒܝܘܡܝ ܓܝܪ ܕܢܘܚ ܡܛܠ ܚܛܗܝܗܘܢ ܕܒܢܝ ܐܢܫܐ ܕܢܗܘܘܢ ܝܘܡܬܗ ܕܒܪܢܫܐ ܡܐܐ ܘܥܣܪܝܢ ܫܢܝܢ: ܘܒܫܢܬܐ ܐܝܟ ܫܢܬ ܫܬܡܐܐ ܫܢܝܢ ܠܚܝܘܗܝ ܕܢܘܚ. ܐܡܪ ܓܝܪ: ܕܡܐܐ ܘܥܣܪܝܢ ܫܢܝܢ ܢܗܘܘܢ ܥܠ ܐܪܥܐ. ܘܒܫܢܬ ܫܬܡܐܐ ܫܢܝܢ ܠܚܝܘܗܝ ܕܢܘܚ ܐܬܚܒܠܘ

9. Scire autem debes, carissime, Deum nulla lege obligari. Modo ergo auget et minuit, modo producit id quod exiguum est. In diebus enim Noe, propter hominum peccata pollicitus est futuros esse dies hominis centum et viginti annorum; anno autem sexcentesimo vitae Noe deleti sunt. Ait enim : *Centum et viginti annis erunt super terram*[3]. Cum igitur anno sexcentesimo vitae Noe

AB] — 3 A ܘܗܘܝܬ. — *Ib.* B ܠܗܘܢ. — 12 AB ܘܐܪܒܥ. Ego ܘܐܪܒܥܝܢ conieci. — 17 B om. ܐܡܪ ܓܝܪ..... ܕܢܘܚ.

[1] Ex. II, 14. — [2] Licet textus ferat ܐܪܒܥ *quatuor* in utroque codice, cum numerus 434 non videatur hic quadrare, pro ܐܪܒܥ reponendum erat ܐܪܒܥܝܢ *quadraginta*, ut numerarentur 430 + 40 : *absolutis quadringentis triginta annis cum [aliis] quadraginta.* Ita Bert, *Aphrahat's des persischen Weisen Homilien.* Leipzig. 1888, p. 26, not. 4 Gebhardt et Harnack, *Texte und Untersuchungen zur Geschichte der Altchristlichen Literatur.* III. Band, Heft 3. Versio Armeniaca refert : *չորեքհարիւր երեսուն* *quadringenti et triginta anni*, omisso numero sequenti. (Antonelli, p. 32.) — [3] Gen. VI, 3.

deleti sint, viginti hos annos subtraxit [1]. Rursus, postquam multiplicata fuit iniquitas regni peccatoris Ephraim, regnante super eos Ieroboam, filio Nabat, qui peccavit peccareque fecit Israelem, scriptum est Deum peccantibus minatum esse, per vaticinium Isaiae prophetae, dicentis ad eos: *Sexaginta et quinque post annos decidet Ephraim a populo* [2]. Porro anno primo Achaz prolatus est sermo iste, et anno quarto Ezechiae ascendit contra eos Salmanasar, rex Assur, et post hunc Theglathphalasar, qui eos de terra sua deportavit [3]. Regnavit enim super eos Achaz sexdecim annis, et anno quarto Ezechiae reges Assur obtinuerunt eos, nec nisi post viginti annos decidit Ephraim a populo Israel; quadraginta ergo et quinque annos decurtavit ab illis Deus; quodque prius dixerat atque constituerat tempus non completum est quemadmodum ipse praefinierat.

10. Nec tanquam [futurorum] inscius pollicitus est eis ita factum iri, cum postea augendi vel breviandi fuerint anni; sed certo sciens [fecit]; noverat enim futuram horum annorum mensuram, at propter misericordiam suam tempus ad gratiam largitus est, ne fierent homi-

ܠܗܘܢ: ܡܛܠ ܐܝܟ ܕܠܥܣܪܝܢ ܫܢܝܢ. ܘܬܘܒ ܒܬܪ: ܕܟܕ ܣܓܝ ܚܘܒܗ ܕܡܠܟܘܬܐ ܚܛܝܬܐ ܕܒܝܬ ܐܦܪܝܡ ܟܕ ܐܡܠܟ ܥܠܝܗܘܢ ܝܘܪܒܥܡ ܒܪ ܢܒܛ ܕܚܛܐ ܘܐܚܛܝ ܠܐܝܣܪܝܠ ܘܟܕ ܚܛܘ ܠܗܘܢ: ܡܠܟ ܥܠܝܗܘܢ ܒܢܒܝܘܬܐ ܕܐܫܥܝܐ ܢܒܝܐ ܕܐܡܪ ܠܗܘܢ: ܕܥܕ ܫܬܝܢ ܘܚܡܫ ܫܢܝܢ ܢܦܠ ܐܦܪܝܡ ܡܢ ܥܡܐ. ܒܫܢܬ ܚܕܐ ܕܐܚܙ ܗܘܐ ܦܬܓܡܐ ܗܢܐ ܘܒܫܢܬ ܐܪܒܥ ܕܚܙܩܝܐ ܣܠܩ ܥܠܝܗܘܢ ܫܠܡܢܐܣܪ ܡܠܟܐ ܕܐܬܘܪ ܘܡܢ ܒܬܪܗ ܬܓܠܬܦܠܐܣܪ: ܘܓܠܝ ܐܢܘܢ ܡܢ ܐܪܥܗܘܢ. ܐܡܠܟ ܓܝܪ ܥܠܝܗܘܢ ܐܚܙ ܫܬܥܣܪܐ ܫܢܝܢ: ܘܒܫܢܬ ܐܪܒܥ ܕܚܙܩܝܐ ܐܚܕܘ ܐܢܘܢ ܡܠܟܐ ܕܐܬܘܪ. ܒܥܣܪܝܢ ܫܢܝܢ ܗܘܝ ܒܬܪܗܘܢ ܢܦܠ ܒܗ ܐܦܪܝܡ ܡܢ ܥܡܐ ܕܐܝܣܪܝܠ: ܘܐܪܒܥܝܢ ܘܚܡܫ ܫܢܝܢ ܒܨܪ ܐܢܘܢ ܡܢܗܘܢ: ܘܗܘܐ ܕܩܕܡ ܐܡܪ ܘܣܡ ܙܒܢܐ ܘܠܐ ܫܠܡ ܐܝܟ ܡܐ ܕܦܣܩ܀

ܠܐ ܗܘܐ ܐܝܟ ܠܐ ܝܕܘܥܐ ܡܠܟ ܥܠܝܗܘܢ ܕܙܒܢܐ ܢܘܣܦܘܢ ܘܢܬܒܨܪܘܢ ܡܬܡܟܪܝܢ ܐܘ ܡܬܬܘܣܦܝܢ ܫܢܝܐ: ܐܠܐ ܐܝܟ ܝܕܘܥܐ. ܝܕܥ ܗܘܐ ܓܝܪ ܕܗܘܝܐ ܡܫܘܚܬܐ ܕܫܢܝܐ: ܘܗܘ ܡܛܠ ܚܢܢܗ ܙܒܢܐ ܠܛܝܒܘܬܐ ܝܗܒ ܡܛܠ ܕܢܗܘܘܢ ܒܢܝ ܐܢܫܐ ܕܠܐ ܡܟܣ

AB] — 2 A add. ܠܗ [ܣܓܝ. — 8 A ܘܒܫܢܬ. — 12 A ܘܓܠܝ. — 13 A ܐܢܘܢ. — 16 B om. ܕ ܥܡܐ. — 21 A ܐܢܘܢ. *Ib.* A ܐܦ. — 24 A ܗܘܐ [ܝܗܒ.

[1] De hac Iudaeorum sententia vid. Praef. § 12. — [2] Is. VII, 8. Cf. XVII, 3 — [3] II (IV) Reg. XVIII, 9. 10; *ib.* XV, 29, et I Chron. V, 6, 26. Vid. Praef. § 18.

ܢܦܫ. ܘܗܢܘܢ ܒܢܝ̈ ܐܢܫܐ ܒܣܝܢ ܗܘܘ ܠܗ ܠܢܓܝܪܘܬ ܪܘܚܗ ܕܐܠܗܐ. ܘܟܕ ܫܡܥܝܢ ܗܘܘ ܕܙܒܢܐ ܣܓܝܐܐ ܐܝܬ ܥܕܡܐ ܕܐܬܐ ܪܘܓܙܐ ܕܡܠܟܝܢ: ܡܡܪܚܝܢ ܗܘܘ ܠܡܚܛܐ ܩܕܡܘܗܝ ܘܐܡܪܝܢ: ܕܡܕܡ ܕܐܡܪܝܢ ܢܒܝ̈ܐ ܠܙܒܢܐ ܗܘ ܪܚܝܩܐ ܡܬܢܒܝܢ. ܡܛܠ ܗܢܐ ܟܕ ܗܘܬ ܡܚܫܒܬܐ ܗܕܐ ܒܝܘܡܝ̈ܗܘܢ ܕܚܙܩܝܐܝܠ ܢܒܝܐ ܘܐܡܪܝܢ: ܕܡܕܡ ܕܡܬܢܒܐ ܗܢܐ ܠܙܒܢܐ ܗܘ ܪܚܝܩܐ ܗܘܐ: ܐܡܪ ܠܗ ܠܚܙܩܝܐܝܠ: ܚܝ ܐܢܐ ܐܡܪ ܡܪܝܐ ܡܪܘܬܐ ܕܠܐ ܬܗܘܐ ܬܘܒ ܠܡܠܝ̈. ܡܠܬܐ ܓܝܪ ܕܐܡܪ ܐܢܐ ܒܥܓܠ ܐܢܐ ܠܗ ܡܫܠܡ. ܘܗܟܢܐ ܕܐܬܚܡ ܝܗܒ ܙܒܢܐ ܗܘ ܠܬܝܒܘܬܐ ܢܬܠ ܠܗܘܢ ܠܒܢܝ̈ ܐܢܫܐ ܕܢܬܘܒܘܢ: ܘܗܢܘܢ ܒܣܝܢ ܗܘܘ ܠܗ ܠܢܓܝܪܘܬ ܪܘܚܗ ܕܐܠܗܐ: ܘܠܐ ܐܬܬܝܒܘ. ܘܐܦ ܗܘ ܫܢܝܗ ܠܗ ܠܙܒܢܐ ܕܣܡ ܘܦܣܩ ܠܗܘܢ. ܘܠܐ ܗܘܐ ܐܝܟ ܠܐ ܝܕܘܥܐ ܥܒܕ: ܐܠܐ ܐܝܟ ܕܟܬܝܒ: ܘܝ ܠܒܙܘܙܐ: ܐܝܠܝܢ ܠܐ ܐܢܬܘܢ: ܘܕܓܠܐ ܠܐ ܢܕܓܠ ܒܟܘܢ. ܟܕ ܬܨܒܘܢ ܓܝܪ ܠܡܒܙ ܬܬܒܙܘܢ: ܘܟܕ ܬܨܒܘܢ ܠܡܕܓܠܘ ܢܕܓܠܘܢ ܒܟܘܢ. ܬܘܒ ܒܐܪܡܝܐ ܟܬܝܒ: ܕܐܢ ܐܡܪ ܠܗ ܠܥܡܐ ܘܠܗ ܠܡܠܟܘܬܐ ܠܡܥܩܪ: ܘܠܡܣܚܦܘ ܘܠܡܬܪܥܘ ܘܠܡܘܒܕܘ ܘܢܬܘܒ ܥܡܐ ܗܘ ܡܢ ܒܝܫܬܗ: ܘܐܦ ܐܢܐ

nes absque excusatione; ipsi vero homines Dei longanimitatem contempserunt; et audientes multum fore tempus donec ira promissa veniret, coram Deo peccare audebant, dicentes : *Quod dicunt prophetae, in remotum tempus vaticinantur* [1]. Idcirco, cum haec in eis orta esset cogitatio in diebus Ezechielis prophetae et dicerent : *Quod iste prophetat, in remotum tempus est,* ait ad Ezechielem [Dominus]: *Vivo ego, dicit Dominus dominantium : mora non erit amplius sermonibus meis; verbum enim quod locutus fuero in brevi complebo* [2]. Itaque, ut praefinierat, tempus hominibus ad resipiscentiam dedit, ut eos fortassis paeniteret; ipsi autem Dei longanimitatem sprevere, nec resipuere ideo tempus quod eis constituerat et definierat mutavit. Neque nescius egit, sed sicut scriptum est : *Vae ei qui praedatur! vos nolite praedari, et mendax adversus vos non mentiatur. Ubi enim volueritis praedari, praedabimini, et ubi volueritis mentiri, mentientur adversum vos* [3]. Rursus apud Ieremiam scriptum est : *Si locutus fuero adversus gentem et adversus regnum ad eradicandum et destruendum et evertendum et disperdendum, et recesserit populus ille a malitia sua, tunc sermonem meum falsum efficiam, et*

AB] — 1 A ܢܦܫܗ. — 4 A ܡܡܪܚܝܢ. — 9 B om. ܗܘ. — 10 A ܚܝ. — 11 A ܬܘܒ. — 14 A ܘܐܡܪ. — 16 A ܐܦ. — 17 B ܘܦܣܩ. — 20 A ܘܕܓܠܘܬܗܘܢ ܢܕܓܠ. — 23 A ܬܘܒ — 25 A ܘܠܡܣܚܦܘ. — 26 A ܘܢܬܘܒܘܢ. — *Ib.* A ܒܝܫܬܐ.

[1] Ezech. XII, 27. — [2] *Ib.* XII, 28. — [3] Is. XXXIII, 1.

quod adversus eos locutus fuero, ab eis revocabo[1]. Iterum ait Ieremias : *Si super gente et regno locutus fuero ad aedificandum et plantandum, et fecerit ante me populus ille malum, tunc iterum sermonem meum ostendam ego mendacem, et avertam ab eo bonum quod locutus fuero ut benefacerem ei*[2].

11. Omnia autem haec tibi scripsi, carissime, quia postquam superius, in sermone priori de fide, tibi demonstravi in fide consistere posse fundamentum foederis illius in quo sumus stabiliti, in hoc altero sermone tibi scribens retuli totam legem et prophetas in duobus mandatis illis pendere, in quibus Salvator noster ait omnem legem et prophetas comprehendi. In lege autem continetur fides, et per fidem firmatur caritas vera, quae a duobus mandatis illis procedit, cum scilicet postquam Dominum Deum suum homo dilexit, proximum suum etiam amat tanquam seipsum.

12. Nunc[3] ergo, amice, de caritate quae a duobus illis mandatis procedit, audi sermonem. Quando Vivificator noster advenit, ad caritatem hortatus est, dicens discipulis suis : *Hoc est praeceptum*

ܐܡܠܠ ܡܠܬܐ ܘܐܗܦܟ ܡܢܗܘܢ ܡܕܡ ܕܐܡܪܬ ܠܠܗܘܢ. ܬܘܒ ܐܡܪ ܗܘ ܐܪܡܝܐ: ܕܐܢ ܐܡܪ ܥܠ ܥܡܐ ܘܥܠ ܡܠܟܘܬܐ ܠܡܒܢܝܘ ܘܠܡܢܨܒܘ ܘܢܥܒܕ ܥܡܐ ܗܘ ܒܝܫܬܐ ܩܕܡܝ: ܐܦ ܐܢܐ ܐܡܠܠ ܡܠܬܐ ܘܐܗܦܟ ܡܢܗ ܛܒܬܐ ܕܐܡܪܬ ܠܡܛܐܒܘ ܠܗ܀

ܗܠܝܢ ܕܝܢ ܟܠܗܝܢ ܕܟܬܒܬ ܠܟ ܚܒܝܒܝ ܡܛܠ ܕܡܢ ܩܕܝܡ ܒܡܐܡܪܐ ܗܘ ܩܕܡܝܐ ܕܥܠ ܗܝܡܢܘܬܐ ܚܘܝܬܟ ܕܒܗܝܡܢܘܬܐ ܡܫܟܚܐ ܡܬܩܝܡܐ ܫܬܐܣܬܐ ܕܗܢܐ ܩܝܡܐ ܕܩܝܡܝܢ ܚܢܢ ܒܗ. ܘܒܗܢܐ ܡܐܡܪܐ ܕܬܪܝܢ ܟܬܒܬ ܠܟ ܘܐܚܘܝܬ ܕܟܠܗ ܢܡܘܣܐ ܘܢܒܝܐ ܒܬܪܬܝܢ ܦܘܩܕܢܝܢ ܬܠܝܢ: ܗܠܝܢ ܕܐܡܪ ܒܗܘܢ ܦܪܘܩܢ ܕܒܗܘܢ ܒܗܠܝܢ ܬܪܝܢ ܦܘܩܕܢܝܢ ܬܠܝܢ ܟܠܗ ܢܡܘܣܐ ܘܢܒܝܐ. ܘܒܗ ܒܢܡܘܣܐ ܚܒܝܫܐ ܗܝܡܢܘܬܐ: ܘܒܗܝܡܢܘܬܐ ܡܫܬܪܪ ܚܘܒܐ ܫܪܝܪܐ: ܗܘ ܕܐܬܝܠܕ ܡܢ ܗܠܝܢ ܬܪܝܢ ܦܘܩܕܢܝܢ ܕܡܢ ܒܬܪ ܕܠܡܪܝܐ ܐܠܗܗ ܢܪܚܡ ܒܪ ܐܢܫܐ ܐܦ ܠܩܪܝܒܗ ܢܚܒ ܐܝܟ ܢܦܫܗ܀

ܡܟܝܠ ܫܡܥ ܚܒܝܒܝ ܒܠܗܘܢ ܥܠ ܚܘܒܐ ܕܐܬܝܠܕ ܡܢ ܗܠܝܢ ܬܪܝܢ ܦܘܩܕܢܝܢ. ܟܕ ܐܬܐ ܓܝܪ ܡܚܝܢܢ ܚܦܛ ܣܥܘܪܘܬܗ ܕܚܘܒܐ. ܐܡܪ ܠܗܘܢ ܓܝܪ ܠܬܠܡܝܕܘܗܝ: ܕܗܢܘ ܦܘܩܕܢܝ ܕܬܚܒܘܢ

AB] — 2 A ܠܐ. — 9 A ܩܕܡ — 10 A add. ܗܘ [ܗܝܡܢܘܬܐ. — 15 A ܒܗܘܢ] ܒܗܠܝܢ. — 17 A add. ܫܪܝܪ [ܚܘܒܐ. — 23 A add. ܗܘ [ܥܠ. — 26 B ܗܢܘ.

[1] Ier. XVIII, 7, 8. — [2] *Ib.* XVIII, 9, 10. — [3] Hic videtur incipere sermo a Gennadio dictus : *De dilectione speciali erga proximum.* Vid. Praef. § 8.

ܚܕ ܠܚܕ. ܘܬܘܒ ܐܡܪ ܠܗܘܢ: ܕܦܘܩܕܢܐ ܚܕܬܐ ܗܘ ܝܗܒ ܐܢܐ ܠܟܘܢ: ܕܬܚܒܘܢ ܚܕ ܠܚܕ. ܘܬܘܒ ܟܕ ܡܠܦ ܗܘܐ ܚܘܒܐ ܗܟܢܐ ܙܗܪ ܐܢܘܢ: ܕܪܚܡܘ ܠܒܥܠܕܒܒܝܟܘܢ: ܘܒܪܟܘ ܠܡܢ ܕܠܐܛ ܠܟܘܢ: ܘܨܠܘ ܥܠ ܐܝܠܝܢ ܕܡܛܠܡܝܢ ܠܟܘܢ ܘܪܕܦܝܢ ܠܟܘܢ. ܘܬܘܒ ܗܘ ܐܡܪ ܠܗܘܢ: ܕܐܢ ܪܚܡܝܢ ܐܢܬܘܢ ܠܡܢ ܕܪܚܡ ܠܟܘܢ ܡܢܐ ܗܝ ܛܝܒܘܬܟܘܢ. ܐܢ ܓܝܪ ܪܚܡ ܐܢܬ ܠܡܢ ܕܪܚܡ ܠܟ ܐܦ ܚܢܦܐ ܗܟܢܐ ܥܒܕܝܢ: ܠܡܢ ܕܪܚܡ ܠܗܘܢ ܪܚܡܝܢ ܠܗ. ܘܬܘܒ ܐܡܪ ܡܚܝܢܢ: ܕܐܢ ܥܒܕܝܢ ܐܢܬܘܢ ܛܒܬܐ ܠܡܢ ܕܥܒܕ ܬܪܝܨܬܐ ܠܟܘܢ: ܡܢܐ ܗܝ ܛܝܒܘܬܟܘܢ. ܗܐ ܐܦ ܚܛܝܐ ܘܡܟܣܐ ܗܟܢܐ ܥܒܕܝܢ. ܐܠܐ ܠܟܘܢ ܐܝܟܢܐ ܕܬܬܩܪܘܢ ܒܢܘܗܝ ܕܐܠܗܐ ܕܒܫܡܝܐ: ܠܗ ܐܬܕܡܘ ܕܡܪܚܡ ܐܦ ܥܠ ܟܦܘܪܐ ܡܪܚܡܢܘܬܐ. ܬܘܒ ܐܡܪ ܦܪܘܩܢ: ܫܒܘܩܘ ܘܢܫܬܒܩ ܠܟܘܢ: ܫܪܘ ܘܬܫܬܪܘܢ: ܗܒܘ ܘܢܬܝܗܒ ܠܟܘܢ. ܬܘܒ ܐܡܪ ܘܣܡ ܠܢ ܕܚܠܬܐ: ܕܐܢ ܐܝܠܝܢ ܠܐ ܫܒܩܝܢ ܐܢܬܘܢ ܠܒܢܝܢܫܐ ܣܟܠܘܬܗܘܢ ܕܡܣܟܠܝܢ ܒܟܘܢ: ܐܦ ܠܐ ܠܟܘܢ ܫܒܩ ܐܒܐ. ܗܟܢܐ ܓܝܪ ܙܗܪ ܘܐܡܪ: ܕܐܢ ܢܣܟܠ ܒܟ ܐܚܘܟ ܫܒܘܩ ܠܗ: ܘܐܦ ܫܒܥ ܙܒܢܝܢ ܢܣܟܠ ܒܟ ܒܝܘܡܐ ܚܕ ܫܒܘܩ ܠܗ܀

meum, ut diligatis invicem[1]. Dixit eis adhuc : *Mandatum novum do vobis, ut diligatis invicem*[2]. Et iterum caritatem docens, sic eos admonuit : *Diligite inimicos vestros, benedicite ei qui vobis maledicit, orate pro iis qui vos vexant et persequuntur*[3]. Hoc quoque dixit eis : *Si eum qui vos amat diligitis, quae vobis est gratia? Si enim eum amas qui te amat, hoc etiam ethnici faciunt : qui eos amat, eum diligunt*[4]. Et rursus Vivificator noster dixit : *Si bene feceritis ei qui erga vos recte agit, quae vobis erit gratia? nam etiam peccatores et publicani hoc faciunt. Vos vero ut vocemini filii Dei qui in caelis est, similes ei efficiamini, qui vel in ingratos misericors est*[5]. Salvator iterum ait : *Dimittite et dimittetur vobis, solvite et solvemini, date et dabitur vobis*[6]. Ait adhuc, timoremque nobis immittit : *Nisi hominibus dimiseritis peccata eorum quibus in vos peccaverunt, nec Pater dimittet vobis*[7]. Hanc enim admonitionem dedit : *Si peccaverit in te frater tuus, dimitte ei; etiamque si septies in te peccaverit in die uno dimitte ei*[8].

AB] — 3 B om. ܘܬܘܒ. — 6 A *qui vos accusant* ܕܡܥܩܒܝܢ ܠܟܘܢ. — 13 A ܠܟܘܢ [ܬܪܝܨܬܐ]. — 14 A add. ܗܘ [ܚܛܝܐ. — 16 A add. Dei] *viri* ܓܒܪܐ [ܕܐܠܗܐ. — 20 A ܘܬܘܒ. — *Ib.* A add. *nobis* ܠܢ [ܕܚܠܬܐ. — 21 B om. ܠܐ. — 22 B om. ܠܐ secunda manu rasura deletum. — 23 A ܢܣܟܠ. — 24 A ܐܦ.

[1] Ioh. XV, 12. — [2] *Ib.* XIII, 34. — [3] Matth. V, 44. Luc. VI, 27, 28. (Tatian. IX, p. 16.) — [4] Luc. VI, 32. Matth. V, 46. (Tatian. *ib.*) — [5] Luc. IV 35. — [6] Luc. VI, 37 38. (Tatian. X, p. 18.) *Solvite* (vel *liberate*, *et solvent vos*) antiqua est interpositio. Vid. Praef. § 11. — [7] Matth. VI, 15. In cod. B, omissis negationibus, mutatur locus, et ad v. 14 referendus est. — [8] Luc. XVII, 3, 4.

13. Quem sermonem cum audiret Simon Petrus[1], Domino dixit : *Quoties, si in me peccaverit frater meus, dimittam ei? septies? Dicit illi Dominus : Non solum septies, sed usque septuagies septies septies*[2]. Etiamsi quadringentis et nonaginta vicibus peccaverit in te, dimitte ei in uno die. Similem autem se exhibuit Patri suo bono, qui veniam erga Ierusalem multiplicavit. Postquam filios Israel Babylonem captivos misit, septuaginta annis eos ibi castigavit; quando autem viscera eius commota sunt, eos in terram suam, ope Esdrae scribae congregavit, et veniam erga eos ampliavit per dimidium unius dierum suorum[3], scilicet septuaginta hebdomadas annorum, seu quadringentos et nonaginta annos. Postea vero, cum sanguinem innocentem illi effudissent, non impune tulit Ierusalem, sed ipsam in manus tradidit hostium eius, qui subruerunt eam, nec lapidem super lapidem in ea reliquerunt, neque eius fundamenta Domino servaverunt. Nec filiis Edom amplius paenas solvendas promisit, eo quod adversus Ierusalem non clamassent : *Revelate, reve-*

ܘܟܕ ܫܡܥ ܫܡܥܘܢ ܟܐܦܐ ܗܕܐ ܡܠܬܐ ܐܡܪ ܠܗ ܠܡܪܢ: ܟܡܐ ܙܒܢܝܢ ܐܢ ܢܣܟܠ ܒܝ ܐܚܝ ܐܫܒܘܩ ܠܗ. ܫܒܥ ܙܒܢܝܢ. ܐܡܪ ܠܗ ܡܪܢ: ܠܐ ܫܒܥ ܒܠܚܘܕ: ܐܠܐ ܥܕܡܐ ܫܒܥܝܢ ܙܒܢܝܢ ܫܒܥ ܫܒܥ. ܐܦ ܥܡ ܐܪܒܥܡܐܐ ܘܬܫܥܝܢ ܙܒܢܝܢ ܢܣܟܠ ܒܟ: ܫܒܘܩ ܠܗ ܒܝܘܡܐ ܚܕ. ܘܐܬܕܡܝ ܠܐܒܘܗܝ ܛܒܐ ܕܐܣܓܝ ܫܘܒܩܢܗ ܥܠ ܐܘܪܫܠܡ: ܟܕ ܐܫܒܝ ܐܢܘܢ ܠܒܒܠ ܠܒܢܝ ܐܝܣܪܐܝܠ ܪܕܐ ܐܢܘܢ ܬܡܢ ܫܒܥܝܢ ܫܢܝܢ: ܘܟܕ ܐܬܚܡܘ ܪܚܡܘܗܝ ܐܦܢܝ ܐܢܘܢ ܠܐܪܥܗܘܢ ܒܝܕ ܥܙܪܐ ܣܦܪܐ: ܘܐܣܓܝ ܠܘܬܗܘܢ ܫܘܒܩܢܐ ܒܦܠܓܗ ܕܝܘܡܐ ܕܝܠܗ ܫܒܥܝܢ ܫܒܘܥܝܢ ܕܫܢܝܐ: ܐܪܒܥܡܐܐ ܘܬܫܥܝܢ ܫܢܝܢ. ܘܟܕ ܐܫܕܘ ܠܕܡܐ ܕܟܝܐ ܠܘܬ ܠܐ ܐܬܢܩܝܬ ܠܗ ܥܠ ܐܘܪܫܠܡ: ܐܠܐ ܐܫܠܡܗ ܒܐܝܕܐ ܕܒܥܠܕܒܒܘܗܝ ܘܥܩܪܘܗ ܘܠܐ ܫܒܩܘ ܒܗ ܟܐܦ ܥܠ ܟܐܦ ܘܠܐ ܫܒܩܘ ܫܬܐܣܘܗܝ ܠܡܪܝܐ. ܘܠܐ ܐܡܪ ܠܗܘܢ ܠܒܢܝ ܐܕܘܡ ܕܢܬܦܪܥܘܢ ܦܘܪܥܢܐ ܥܠ ܕܠܐ ܩܪܘ ܥܠ ܐܘܪܫܠܡ: ܥܪܘ ܥܪܘ ܥܕܡܐ ܠܫܬܐܣܝܗ. ܐܠܗܐ ܕܝܢ ܒܦܠܓܗ ܕܝܘܡܗ ܫܠܡ ܐܪܒܥܡܐܐ ܘܬܫܥܝܢ ܫܢܝܢ ܘܫܒܩ ܣܘܟܠܘܬܗܘܢ: ܘܡܚܝܢܝ ܠܒܢܘܗܝ ܘܐܦ ܠܐܘܪܫܠܡ

AB] — 8 B ܕܚܘܝ. — 22 A ܒܦܠܓܗ ܕܝܠܗ (sic). ܗ in rasura; primitus forsan legebatur : ܒܦܠܓܐ ܕܝܠܗ. — 24 A ܐܦ

[1] Transitus ille ex ordine Diatessaron intelligitur, in quo locum supra citatum Lucae subsequitur Matth. XVIII, 15-22. (Tatian. XXVII, p. 48.) — [2] Matth. XVIII, 21, 22. — [3] Per dimidium diei, seu quingentos annos, quia dies Domini est mille annorum, ut ipse mox declarabit Aphraates, § 14 huius Demonstrationis II, de Caritate.

ܘܐܫܠܡܗ ܒܐܝܕܐ ܕܢܘܟܪܝܐ ܗܟܢܐ ܦܩܕ ܐܢܘܢ ܡܚܝܢܢ: ܕܒܝܘܡܐ ܚܕ ܢܫܒܘܩ ܐܢܫ ܠܐܚܘܗܝ ܐܪܒܥܡܐܐ ܘܬܫܥܝܢ ܙܒܢܝܢ܀

late usque ad fundamenta eius[1]. Deus autem per dimidium unius dierum suorum, seu quadringentos nonaginta annos, pepercit, eorum portans iniquitates. Post haec vero Ierusalem subvertit, eamque tradidit manibus alienorum. Hac sententia praecepit eis Vivificator noster ut quadringentis et nonaginta vicibus in uno die fratri suo quisque dimitteret.

ܠܐ ܕܝܢ ܬܬܩܫܐ ܚܒܝܒܝ ܒܡܠܬܐ ܕܟܬܒܬ ܠܟ ܕܒܦܠܓܗ ܝܘܡܗ ܚܣ ܐܠܗܐ ܥܠ ܐܘܪܫܠܡ. ܗܟܢܐ ܓܝܪ ܟܬܒ ܕܘܝܕ ܒܡܙܡܘܪܐ ܕܬܫܥܝܢ: ܕܐܠܦ ܫܢܝܢ ܒܥܝܢܘܗܝ ܕܡܪܝܐ ܐܝܟ ܝܘܡܐ ܕܐܬܡܠܝ ܕܥܒܪ. ܘܐܦ ܚܟܝܡܐ ܡܠܦܢܐ ܗܟܢܐ ܐܡܪܝܢ: ܕܥܠܡܐ ܐܝܟ ܝܘܡܝܢ ܫܬܐ ܕܒܗܘܢ ܐܬܒܪܝ ܠܐܠܗܐ: ܘܒܫܘܠܡ ܗܠܝܢ ܐܠܦܝܢ ܕܫܢܝܐ ܫܬܐ ܡܫܬܪܐ ܠܗ ܥܠܡܐ. ܘܗܘܝܐ ܠܗ ܫܒܬܗ ܕܐܠܗܐ ܕܡܘܬܐ ܫܒܬܐ ܕܗܘܐ ܗܠܝܢ ܝܘܡܝܢ ܐܝܟ ܕܐܦ ܐܚܘܝ ܦܪܘܩܢ ܒܠܫܢܗ ܥܠ ܫܒܬܐ. ܗܟܢܐ ܓܝܪ ܐܡܪ: ܕܨܠܘ ܕܠܐ ܬܗܘܐ ܥܪܘܩܝܬܟܘܢ ܒܣܬܘܐ ܘܒܫܒܬܐ. ܘܐܦ ܫܠܝܚܐ ܗܘ ܐܡܪ: ܕܥܕܡܐ ܠܗܫܐ ܩܝܡ ܗܘ ܫܒܬܗ ܕܐܠܗܐ: ܢܬܚܦܛ ܗܘ ܕܢܥܘܠ ܠܗ ܠܢܝܚܬܗ܀

14. Noli autem, carissime, difficilem te praebere sermoni quem ad te scripsi, Deum nempe per dimidiam partem diei suae pepercisse Ierusalem; quia David in nonagesimo psalmo scripsit : *Mille anni ante oculos Domini tanquam hesternus dies qui praeteriit*[2]; et pariter sapientes magistri nostri dicunt mundum, sicut intra sex dies a Deo constitutus fuit, ita in consummatione sex millium annorum solutum iri, futurumque esse sabbatum Dei ad instar sabbati illius quod sex diebus successit; quemadmodum de sabbato docuit ac demonstravit nobis Salvator noster, his verbis : *Orate ne fiat fuga vestra in hieme aut in sabbato*[3]. Insuper ait Apostolus : *Hucusque manet sabbatum Dei*[4]. *Studeamus etiam ingredi in requiem eius*[5].

ܗܘ ܕܝܢ ܐܠܦ ܡܪܢ ܨܠܘܬܐ ܠܬܠܡܝܕܘܗܝ ܐܡܪ ܠܗܘܢ: ܕܗܟܢܐ ܨܠܘ ܡܪܝܢ: ܫܒܘܩ ܠܢ ܚܘܒܝܢ

15. Cum autem doceret discipulos suos Dominus orationem, ait illis : *Sic orabitis : Dimitte nobis debita nostra, et dimittemus*

AB! — 1 A ܘܐܫܠܡܗ [ܘܫܠܡܗ. — 18 A ܢܥܘܠ [ܢܥܠ.

[1] Ps. CXXXVII (CXXXVI), 7. Cf. Ezech. XXV, 12-14. — [2] Ps. XC (LXXXIX), 4. De doctrina mille annorum ab Aphraate proposita, cf. Praef. § 17. — [3] Matth. XXIV, 20. — [4] Hebr. IV, 9. — [5] *Ib.* IV, 11.

etiam nos debitoribus nostris[1]. Et rursus dixit : *Quando oblationem offerre volueris, et recordatus fueris quod habeas adversus fratrem tuum inimicitiam aliquam, relinque oblationem tuam ante altare, et vade reconciliari fratri tuo, et tunc rediens oblationem tuam offer*[2]; ne cum quis orando dixerit : *Dimitte nobis debita nostra, et dimittemus etiam nos debitoribus nostris,* proprio irretiatur ore, et ab eo qui preces suscipit[3] hoc responsum habeat : Tu debitori tuo non dimittis; tibi ergo quomodo dimittetur? et oratio tua in terra remaneat. Praeterea nobis exemplum Dominus proposuit hominis qui rationem sumere coepit a servis suis; cumque accederet ad eum servus eius qui decem millia talenta ei debebat, ipsumque urgeret dominus eius ut debitum redderet, nec posset ille domino pecuniam exsolvere, iussit eum dominus dimitti, et debitum ei condonavit. At servus improbus, immemor clementiae quam liberaliter erga ipsum dominus eius exhibuerat, *egressus unum invenit de conservis suis, qui denarios centum ei debebat, et tenens suffocabat eum dicens : Quod mihi debes, mihi redde;* neque obsecrationem excepit qua eum conservus rogabat, verum abiens, in carcerem eum

ܘܐܦ ܚܢܢ ܢܫܒܘܩ ܠܚܝ̈ܒܝܢ ܘܬܘܒ ܐܡܪ:
ܕܡܐ ܕܩܘܪܒܢܐ ܩܪܒ ܐܢܬ ܘܐܬܕܟܪܬ ܬܡܢ ܕܒܥܠ
ܐܚܘܟ ܐܚܝܕ ܐܢܬ ܐܚܕܐ ܡܕܡ: ܫܒܘܩ
ܩܘܪܒܢܟ ܩܕܡ ܡܕܒܚܐ ܘܙܠ ܐܬܪܥܐ
ܥܡ ܐܚܘܟ ܘܗܝܕܝܢ ܬܐ ܩܪܒ ܩܘܪܒܢܟ:
ܕܠܐ ܟܕ ܢܨܠܐ ܡܨܠܝܢܐ ܕܫܒܘܩ ܠܢ ܚܘܒܝ̈ܢ
ܘܐܦ ܚܢܢ ܢܫܒܘܩ ܠܚܝ̈ܒܝܢ: ܢܬܐܚܕ ܠܗ
ܡܢ ܦܘܡܗ ܘܢܬܐܡܪ ܠܗ ܡܢ ܡܩܒܠ
ܨܠܘܬܐ: ܕܐܢܬ ܠܐ ܫܒܩ ܐܢܬ ܠܚܝܒܟ ܠܟ
ܐܝܟܢܐ ܫܒܩܝܢ ܠܟ܀ ܘܨܠܘܬܟ ܠܗ ܒܐܪܥܐ
ܬܩܘܡ ܐܪܥܐ. ܘܬܘܒ ܚܘܝ ܡܪܢ ܐܘܟܝܬܐ
ܕܗܘ ܓܒܪܐ ܕܫܪܝ ܠܡܣܒ ܚܘܫܒܢܐ
ܡܢ ܥܒܕܘܗܝ: ܘܟܕ ܩܪܒ ܥܒܕܗ
ܡܚܝܒܗ ܕܚܝܒ ܗܘܐ ܠܗ ܪܒܘ ܟܟܪ̈ܝܢ
ܘܟܕ ܐܠܨܗ ܡܪܗ ܕܢܬܠ ܠܗ ܡܐ
ܕܚܝܒ ܠܗ ܘܟܕ ܠܐ ܐܫܟܚ ܠܡܦܪܥ
ܚܘܒܬܗ ܠܡܪܗ ܦܩܕ ܡܪܗ ܘܫܪܝܘܗܝ
ܘܟܠ ܕܚܝܒ ܫܒܩ ܠܗ. ܗܘ ܕܝܢ ܥܒܕܐ
ܒܝܫܘܬܗ ܠܐ ܥܗܕ ܡܘܗܒܬܐ ܕܡܪܗ
ܕܥܒܕ ܐܦܝܣ ܠܘܬܗ ܡܘܗܒܬܐ: ܘܗܘ
ܟܕ ܢܦܩ ܐܫܟܚ ܠܚܕ ܡܢ ܟܢܘܬܗ ܕܚܝܒ
ܗܘܐ ܠܗ ܕܝܢܪ̈ܐ ܡܐܐ ܘܐܚܕܗ ܘܚܢܩ ܗܘܐ
ܠܗ ܘܐܡܪ ܠܗ: ܗܒ ܠܝ ܡܕܡ ܕܚܝܒ
ܐܢܬ ܠܝ: ܘܠܐ ܩܒܠ ܒܥܘܬܐ ܕܟܢܘܬܗ
ܕܒܥܐ ܡܢܗ ܐܠܐ ܐܙܠ ܚܒܫܗ ܒܝܬ
ܐܣܝܪ̈ܐ. ܘܡܛܠ ܕܠܐ ܫܒܩ ܠܟܢܘܬܗ

AB] — 7 B om. ܠܚܝ̈ܒܝܢ..... ܘܐܦ. — 8 A ܨܠܘܬܐ ܕܡܩܒܠ ܗܘ ܡܢ. — 12 A add. ܗܘܐ [ܕܫܪܝ. — 17 A ܚܘܒܬܐ.

[1] Matth. VI, 12. — [2] *Ib.* V, 23, 24. — [3] Vid. Demonstr. III, § 14 et IV, § 13.

ܩܠܝܠ ܕܠܗ ܫܒܩ ܐܫܬܒܩ ܠܗ ܐܫܬܠܡ ܗܘ ܠܢܓܘܫܐ ܕܢܬܒܥܘܢܗ ܒܚܘܒܐ ܕܢܬܠ ܟܠ ܕܚܝܒ. ܘܐܡܪ ܠܗܘܢ: ܕܗܟܢܐ ܢܥܒܕ ܠܟܘܢ ܐܒܝ ܕܒܫܡܝܐ ܐܠܐ ܬܫܒܩܘܢ ܐܢܫ ܠܐܚܘܗܝ܀

ܚܙܝ ܬܘܒ ܚܒܝܒܝ ܐܝܟܢܐ ܡܝܩܪ ܠܗ ܠܚܘܒܐ ܐܦ ܫܠܝܚܐ ܛܘܒܢܐ ܟܕ ܐܡܪ: ܕܐܢ ܛܢܝܢ ܐܢܬܘܢ ܒܡܘܗܒܬܐ ܪܘܪܒܬܐ: ܐܢܐ ܬܘܒ ܐܚܘܝܟܘܢ ܐܝܕܐ ܡܘܗܒܬܐ ܡܝܬܪܬܐ. ܘܐܡܪ: ܕܐܢ ܢܗܘܐ ܒܝ ܢܒܝܘܬܐ ܘܐܕܥ ܐܪܙܐ ܟܠܗܘܢ ܘܟܠܗ ܝܕܥܬܐ ܘܟܠܗ ܗܝܡܢܘܬܐ ܐܝܟܢܐ ܕܛܘܪܐ ܐܫܢܐ ܘܚܘܒܐ ܠܐ ܢܗܘܐ ܒܝ: ܡܕܡ ܠܐ ܡܬܝܪܢܐ. ܘܐܢ ܐܘܟܠ ܟܠ ܕܐܝܬ ܠܝ ܠܡܣܟܢܐ ܘܐܢ ܐܫܠܡ ܦܓܪܝ ܕܐܬܝܩܕ ܘܚܘܒܐ ܠܐ ܢܗܘܐ ܒܝ: ܬܘܒ ܡܕܡ ܠܐ ܡܬܝܪܢܐ. ܐܡܪ ܓܝܪ ܬܘܒ: ܕܚܘܒܐ ܢܓܝܪ ܪܘܚܗ ܘܡܒܣܡ ܘܠܐ ܚܣܡ. ܘܐܦ ܠܐ ܡܫܬܒܗܪ ܘܠܐ ܡܬܚܬܪ: ܘܠܐ ܒܥܐ ܡܕܡ ܕܠܢܦܫܗ ܒܠܚܘܕ ܢܚܐ ܐܠܐ ܡܕܡ ܕܠܣܓܝܐܐ ܦܩܚ. ܚܘܒܐ ܟܠ ܡܣܒܪ ܟܠ ܡܣܝܒܪ: ܚܘܒܐ ܡܡܬܘܡ ܠܐ ܢܦܠ. ܘܬܘܒ ܐܡܪ ܕܪܒ ܗܘ ܚܘܒܐ ܡܢ ܟܠ ܡܕܡ. ܘܚܘܝ ܘܦܪܫ ܫܠܝܚܐ ܕܒܬܪ ܗܝܡܢܘܬܐ ܚܘܒܐ ܡܝܬܪ: ܘܥܠܘܗܝ ܡܬܩܝܡ ܒܢܝܢܐ ܫܪܝܪܐ. ܘܚܘܝ ܕܒܚܘܒܐ ܡܫܬܡܠܝܐ:

coniecit. Ideo, propter quod parum conservo non dimisisset is cui multum condonatum fuerat, satellitibus ipse traditus est, qui eum verberarent donec debitum redderet. Aitque illis : *Sic et Pater meus, qui est in caelis, faciet vobis, nisi unusquisque fratri suo remiseritis*[1].

16. Vide etiam, dilectissime, quanti caritatem faciat beatus quoque Apostolus, cum dicit : *Si aemulamini dona magna, ego vobis adhuc ostendam quid sit donum excellentius*[2]. Et addit : *Si habuero prophetiam, et novero mysteria omnia, et omnem scientiam, et omnem fidem, eo modo ut montem transferam, caritatem autem non habuero, nihil quidquam profecero. Et si de omni quod mihi est pauperes cibavero, et tradidero corpus meum ut comburatur, caritatem autem non habuero, nihil quidquam rursus profecero*[3]. Ita enim adhuc loquitur : *Caritas longanimis est et benigna, non aemulatur, non gloriatur, non inflatur, nec quaerit quod sibimetipsi tantummodo sit iucundum, sed quod pluribus expediat. Caritas omnia sperat, omnia sustinet, caritas nunquam excidit*[4]. Et rursus ait : *Maior omnibus est caritas*[5] ; ostenditque ac demonstrat Apostolus caritatem post fidem maxime praecellere, et super eam firmum aedificium exstrui.

AB] — 3 A add. ܕܢܬܠ ܠܗ. — 4 A ܗܟܢܐ. — 20 A ܘܟܠ, ܟܠ secundo. — 21 A ܡܢ ܡܡܬܘܡ. — 23 A ܘܚܘܝ ܘܦܪܫ. — 24 A ܗܘ ܡܬܩܝܡ. — 25 A add. ܘܚܘܝ ܠܗ.

[1] Matth. XVIII, 23-35. — [2] I Cor. XII, 31. — [3] *Ib.* XIII, 2, 3. — [4] *Ib.* XIII, 4-8. — [5] *Ib.* XIII, 13.

Ostendit praeterea prophetiam in caritate aedificari, mysteria caritate revelari, scientiam caritate compleri, fidem caritate comprobari; et si quis fidem habens montem transtulerit, nihil sine caritate prodesse; aut si quidquid habet homo dederit pauperibus, eleemosynas autem in caritate non erogarit, nil ei praestare; similiter licet pro nomine Domini corpus suum igni cremaverit, non proficiet ei quidquam. Adhucque ostendit longanimitatem, et patientiam, et mansuetudinem, et non invidere fratri suo quemquam, haec in plenitudine caritatis inveniri; et rursus patientiam, humilitatem, affabilitatemque in caritate stabiliri. Fides etenim petrae aedificii superimponitur; caritas autem compago est, qua parietes domus continuantur. Si defectus aliquis in domus vincturis repertus fuerit, totum ruit aedificium; ita et in caritate si dissentionem repereris, cadit omnis fides. Nec potest fides zelum et contentionem expellere, donec Christi caritas advenerit, quemadmodum nequit aedificium ut par est elevari, quamdiu vincturis parietes non colligantur.

17. Nunc tibi ostendam, amice, caritatem cunctis praestantiorem esse, ac per eam iustos antiquos exstitisse perfectos. De Moyse etenim [Scriptura]

ܘܐܘܪܝܬܐ ܒܚܘܒܐ ܡܬܒܢܝܐ: ܘܢܒܝܘܬܐ ܒܚܘܒܐ ܗܝ ܡܫܬܟܠܠܐ: ܘܗܝܡܢܘܬܐ ܒܚܘܒܐ ܡܫܬܪܪܐ: ܘܟܠ ܕܐܝܬ ܒܗ ܗܝܡܢܘܬܐ ܛܘܪܐ ܡܫܢܐ ܘܠܐ ܚܘܒܐ ܠܝܬ ܡܕܡ ܗܢܝܐ ܠܗ: ܘܐܢ ܟܠ ܕܐܝܬ ܠܒܪ ܐܢܫܐ ܢܬܠ ܠܡܣܟܢܐ ܘܙܕܩܬܗ ܒܚܘܒܐ ܠܐ ܡܬܝܗܒܐ ܡܕܡ ܡܘܬܪܐ ܠܝܬ ܠܗ: ܘܐܦ ܡܛܠ ܫܡܐ ܕܡܪܢ ܦܓܪܗ ܡܘܩܕ ܒܢܘܪܐ ܡܕܡ ܠܐ ܡܬܥܕܪ. ܘܬܘܒ ܐܘܕܥ ܕܢܓܝܪܘܬ ܪܘܚܐ ܘܡܣܝܒܪܢܘܬܐ ܘܡܟܝܟܘܬܐ ܘܕܠܐ ܐܢܫ ܢܚܣܡ ܒܐܚܘܗܝ: ܗܠܝܢ ܟܠܗܝܢ ܡܫܟܚܢ ܒܚܘܒܐ ܡܫܡܠܝܐ: ܘܐܦ ܡܣܝܒܪܢܘܬܐ ܘܡܟܝܟܘܬܐ ܘܒܣܝܡܘܬܐ ܒܗ ܒܚܘܒܐ ܡܬܩܝܡܢ. ܗܝܡܢܘܬܐ ܓܝܪ ܡܬܬܣܝܡܐ ܥܠ ܫܘܥܐ ܕܒܢܝܢܐ: ܘܚܘܒܐ ܟܪܘܟܝܐ ܕܒܢܝܢܐ ܕܒܗܘܢ ܡܬܐܣܪܝܢ ܐܫܝܐ ܕܒܝܬܐ. ܘܐܢ ܢܫܬܟܚ ܢܟܠܐ ܒܟܪ̈ܘܟܝܗܘܢ ܕܒܝܬܐ ܢܦܠ ܠܗ ܟܠܗ ܒܢܝܢܐ. ܗܟܢܐ ܐܦ ܒܚܘܒܐ ܟܕ ܐܫܬܟܚ ܒܗ ܦܠܓܘܬܐ. ܢܦܠܐ ܠܗ ܟܠܗ ܗܝܡܢܘܬܐ: ܘܠܐ ܡܫܟܚܐ ܗܝܡܢܘܬܐ ܠܡܦܠܛܘ ܚܣܡܐ ܘܚܪܝܢܐ ܥܕܡܐ ܕܐܬܐ ܚܘܒܗ ܕܡܫܝܚܐ: ܐܝܟܢܐ ܕܠܐ ܡܫܟܚ ܒܢܝܢܐ ܠܡܬܩܡ ܫܦܝܪ ܥܕܡܐ ܕܡܬܐܣܪܝܢ ܐܫܝܐ ܒܟܪ̈ܘܟܐ܀

ܬܘܒ ܐܚܘܝܟ ܚܒܝܒܝ ܕܚܘܒܐ ܗܘ ܝܬܝܪ ܡܢ ܟܠ ܡܕܡ: ܘܒܗ ܐܬܓܡܪܘ ܟܐܢ̈ܐ ܩܕܡܝ̈ܐ. ܡܛܠ ܓܝܪ ܥܠ ܡܘܫܐ

AB] 2 A om. ܗܘ]ܒܚܘܒܐ. — Ib. A ܘܗܝܡܢܘܬܐ]ܘܟܠ. — 8 B ܐܦ]. — 10 B add. ܓܝܪ]ܬܘܒ. — 11 B ܒܐܚܘܗܝ. — 21 A add. ܚܒܐ]ܘܚܪܝܢܐ. — 25 B om. ܚܒܝܒܝ.

ܕܥܠ ܐܦܝ ܒܢܝ ܥܡܗ ܢܦܫܗ ܡܫܠܡ ܘܨܒܐ ܕܢܬܠܚܐ ܡܢ ܣܦܪܐ ܕܚܝܐ ܘܒܠܚܘܕ ܥܡܐ ܠܐ ܢܬܠܚܐ. ܘܐܦ ܟܕ ܩܡܘ ܥܠܘܗܝ ܠܡܪܓܡܗ ܗܘ ܒܥܘܬܐ ܩܪܒ ܩܕܡ ܐܠܗܐ ܚܠܦܝܗܘܢ ܕܢܚܘܢ. ܘܐܦ ܕܘܝܕ ܚܘܝ ܐܣܟܡܗ ܕܚܘܒܐ ܟܕ ܡܢ ܫܐܘܠ ܡܛܪܕ ܗܘܐ. ܘܡܒܥܐ ܢܦܫܗ ܡܟܡܢ ܗܘܐ ܐܝܟ ܕܢܩܛܠܝܘܗܝ. ܘܗܘ ܕܘܝܕ ܒܟܠ ܪܚܡܐ ܒܣܓܝܐ ܥܒܕ ܥܠ ܫܐܘܠ ܒܥܠܕܒܒܗ ܕܒܥܐ ܢܦܫܗ: ܘܐܫܬܠܡ ܒܐܝܕܘܗܝ ܕܕܘܝܕ ܬܪܬܝܢ ܙܒܢܝܢ ܘܠܐ ܩܛܠܗ: ܘܦܪܥ ܛܒܬܐ ܚܠܦ ܒܝܫܬܐ. ܡܛܠ ܗܢܐ ܠܐ ܥܒܪܐ ܛܒܬܐ ܡܢ ܒܝܬܗ: ܘܫܒܩ ܐܫܬܒܩ ܠܗ. ܘܫܐܘܠ ܕܦܪܥ ܒܝܫܬܐ ܚܠܦ ܛܒܬܐ ܠܐ ܥܒܪܐ ܒܝܫܬܐ ܡܢ ܒܝܬܗ: ܘܩܪܐ ܠܐܠܗܐ ܘܠܐ ܥܢܝܗ: ܘܢܦܠ ܒܚܪܒܐ ܕܦܠܫܬܝܐ. ܘܒܟܝܐ ܒܟܝܗܝ ܕܘܝܕ ܡܪܝܪܐܝܬ ܘܩܕܡ ܫܠܡ ܕܘܝܕ ܦܘܩܕܢܗ ܕܦܪܘܩܢ ܕܐܡܪ ܕܪܚܡܘ ܒܥܠܕܒܒܝܟܘܢ ܘܫܒܘܩܘ ܘܢܫܬܒܩ ܠܟܘܢ. ܗܟܢܐ ܪܚܡ ܕܘܝܕ ܘܐܬܪܚܡ. ܫܒܩ ܘܐܫܬܒܩ ܠܗ܀

ܘܐܦ ܐܠܝܫܥ ܚܘܝ ܟܠ ܗܢܐ ܚܘܒܐ ܟܕ ܐܬܘ ܥܠܘܗܝ ܒܥܠܕܒܒܘܗܝ ܠܡܐܣܪܗ

declarat eum pro popularibus suis seipsum tradidisse, volentem se de libro vitae deleri, dummodo populus non deleretur [1]. Item cum adversus eum insurgerent ut eum lapidarent, ipse supplicationem pro eis adhibuit Deo, ut salvarentur [2]. David simile caritatis praebuit exemplum; dum enim Saul eum insequebatur atque animae eius iugiter insidiabatur ad occidendum eum, liberalissimam egit David misericordiam erga Saulem inimicum suum, quaerentem animam eius; nam in manus suas bis deditum non interfecit [3], bonumque pro malo rependit. Propterea non recessit bonum de domo eius, et ei qui dimiserat dimissum est. Saul vero eo quod retribuit pro bono malum, non discessit malum ab eius domo; ad Deum clamavit neque exaudivit eum, et gladio Philistaeorum occubuit; eum autem David amare planxit [4]. Sicque anticipavit David exsecutionem praecepti Salvatoris dicentis : *Diligite inimicos vestros* [5]; et : *Dimittite et dimittetur vobis* [6]. Sic David dilexit et dilectus est; dimisit et dimissum est ei.

18. Elisaeus etiam eamdem caritatem exhibuit, quando venerunt adver-

AB] — 2 B om. ܘܒܠܚܘܕ. — 6 A ܠܐܣܟܡܗ. — *Ib.* A ܡܢ ܩܕܡ ܐܦܝ ,ܡܢ. — 7 B ܘܡܒܥܐ. — 20 A ܘܫܒܘܩܘ
24 A ܐܦ.

[1] Ex. xxxii, 31, 32. — [2] Num. xvi, 41, 48. — [3] I Sam. xxiv, 4 seqq.; xxvi, 7, seqq. — [4] II Sam. i, 17. — [5] Luc. vi, 35. — [6] *Ib.* vi, 37.

sum eum inimici eius, ut eum comprehenderent et malefacerent ei. Ipse autem eis benefaciens panem et aquam proposuit, eosque a se cum pace dimisit [1], sermonem adimplens qui scriptus est : *Si esurierit inimicus tuus, ciba illum ; et si sitiverit, da ei bibere* [2]. Similiter et propheta Ieremias pro iis qui eum in foveam captivaverant et continuo vexabant, ante Deum vehementer precabatur [3]. His nos Salvator erudivit priscorum exemplis ut inimicos diligeremus, et pro odientibus nos oraremus. Si igitur nobis inimicos diligere et pro odientibus nos orare praecepit, quale nobis supererit responsum in die iudicii, qui fratres nostros propriaque membra nunc odimus ? De corpore enim Christi sumus, et membra de membris eius [4]. Qui autem unum de membris Christi odit, a toto corpore divelletur, et qui fratrem odit, a filiis Dei separabitur.

19. Sed et iis quae nos Salvator ipse edocuit ad caritatem excitamur. Prius namque eam in seipso perfecit, deinde auditores suos docuit. Inimicitiam nostram cum Patre suo reconciliavit, eo quod nos diligeret, suamque pro reis tradidit innocentiam; bonus pro nocen-

ܐܝܟ ܕܢܬܠܒܟܘܢ ܠܗ ܗܘܘ ܐܬܝܢ ܠܗܘܢ ܘܠܚܡܐ ܘܡܝܐ ܣܡ ܩܕܡܝܗܘܢ ܘܫܪܐ ܐܢܘܢ ܡܢ ܠܘܬܗ ܒܫܠܡܐ. ܘܡܠܝ ܡܠܬܐ ܕܟܬܝܒܐ: ܕܐܢ ܟܦܢ ܒܥܠܕܒܒܟ ܐܘܟܠܝܗܝ ܘܐܢ ܨܗܐ ܐܫܩܝܗܝ. ܘܐܦ ܐܪܡܝܐ ܢܒܝܐ ܥܠ ܗܢܘܢ ܕܐܣܪܘܗܝ ܒܓܘܒܐ ܘܒܟܠܙܒܢ ܐܥܩܘ ܒܗ ܗܘ ܕܝܢ ܘܐܦ ܡܨܠܐ ܗܘܐ ܠܗ ܥܠܝܗܘܢ ܩܕܡ ܐܠܗܐ. ܗܠܝܢ ܗܢܝܢ ܕܡܘܬܐ ܕܩܕܡܝܐ ܐܠܦܢ ܦܪܘܩܢ: ܕܢܪܚܡ ܠܒܥܠܕܒܒܝܢ ܘܢܨܠܐ ܥܠ ܣܢܐܝܢ. ܘܐܢ ܥܠ ܒܥܠܕܒܒܝܢ ܦܩܕ ܠܡܪܚܡ ܘܥܠ ܣܢܐܝܢ ܕܢܨܠܐ: ܡܢܐ ܢܦܩ ܠܢ ܦܬܓܡܐ ܒܝܘܡܐ ܕܕܝܢܐ: ܕܗܐ ܠܐܚܝܢ ܘܠܗܕܡܝܢ ܣܢܝܢ ܚܢܢ. ܡܛܠ ܕܡܢ ܦܓܪܗ ܚܢܢ ܕܡܫܝܚܐ ܘܗܕܡܐ ܡܢ ܗܕܡܘܗܝ. ܡܢ ܕܣܢܐ ܠܚܕ ܚܕ ܡܢ ܗܕܡܐ ܕܡܫܝܚܐ ܡܬܦܣܩ ܠܗ ܡܢ ܟܠܗ ܦܓܪܐ. ܘܡܢ ܕܣܢܐ ܠܐܚܘܗܝ ܡܬܦܪܫ ܠܗ ܡܢ ܒܢܝܐ ܕܐܠܗܐ܀

ܗܘܝ ܗܕܐ ܕܐܠܦܢ ܦܪܘܩܢ ܣܥܝܛܘܬܗ ܕܚܘܒܐ ܚܙܝ. ܠܩܕܡ ܓܡܪ ܒܢܦܫܗ ܓܡܪܗ: ܘܡܢ ܒܬܪ ܐܠܦ ܠܫܡܘܥܘܗܝ. ܗܘܐ ܪܥܐ ܒܥܠܕܒܒܘܬܢ ܥܡ ܐܒܘܗܝ ܡܛܠ ܕܐܚܒܢ: ܘܙܟܘܬܗ ܐܫܠܡ ܚܠܦ ܚܝܒܐ: ܘܛܒܐ ܚܠܦ ܒܝܫܐ ܐܬܛܥܢ: ܘܙܟܝܐ

AB] 6 A ܒܓܘܒܐ. — 7 A ܐܦ. 11 B ܠܒܥܠܕܒܒܘܗܝ. — 12 A ܡܢܘ. — 13 A *in die magno* ܒܝܘܡܐ ܪܒܐ] ܒܝܘܡܐ ܕܕܝܢܐ. — 17 A ܗܕܡܘܗܝ. — 17 A add. *et cadet* ܘܢܦܠ] ܡܬܦܣܩ. — 20 A ܕܐܠܦ. — 22 A ܓܡܪܗ

[1] II IV Reg. VI, 23. — [2] Prov. XXV, 21. — [3] Ier. XXXVIII, 20. — [4] I Cor. XII, 27; Rom. XII, 5.

ܚܠܦܝܢ ܐܬܒܣܪ: ܘܚܝܐ ܚܠܦ ܡܝ̈ܬܐ ܡܝܬ: ܘܒܡܘܬܗ ܐܚܝ ܡܝܘܬܘܬܢ: ܘܒܪ ܡܪܝܐ ܕܟܠ ܢܣܒ ܕܡܘܬܐ ܕܥܒܕܐ ܡܛܠܢ: ܘܗܘ ܕܟܠ ܠܗ ܡܫܬܥܒܕܝܢ ܫܥܒܕ ܢܦܫܗ ܕܠܢ ܢܦܪܘܩ ܡܢ ܫܘܥܒܕܐ ܕܚܛܝܬܐ. ܘܒܚܘܒܗ ܣܓܝܐܐ ܝܗܒ ܛܘܒܐ ܠܡܣܟܢ̈ܐ ܒܪܘܚܗܘܢ: ܘܡܠܟ ܠܥܒܕܝ ܫܝܢܐ ܕܐܚ̈ܐ ܢܗܘܘܢ ܠܗ ܘܒܢܝ ܐܠܗܐ ܢܬܩܪܘܢ: ܘܐܫܬܘܝ ܠܡܟܝܟ̈ܐ ܕܢܐܪܬܘܢ ܐܪܥܐ ܕܚܝܐ: ܘܡܠܟ ܠܐܒܝ̈ܠܐ ܕܒܗܘܢ ܢܬܦܝܣܘܢ: ܘܡܠܟ ܠܟܦܢ̈ܐ ܣܒܥܘܬܐ ܒܡܠܟܘܬܗ: ܘܠܒܟ̈ܝܐ ܚܕܝ ܐܢܘܢ ܒܡܘܠܟܢܗ: ܘܡܠܟ ܠܡܪܚܡܢ̈ܐ ܕܗܢܘܢ ܢܬܪܚܡܘܢ: ܘܠܐܝܠܝܢ ܕܕܟܝܢ ܒܠܒܗܘܢ ܐܡܪ ܕܢܚܙܘܢ ܠܐܠܗܐ: ܘܡܠܟ ܬܘܒ ܠܐܝܠܝܢ ܕܪܕܝܦܝܢ ܡܛܠ ܙܕܝܩܘܬܐ ܕܢܥܠܘܢ ܠܡܠܟܘܬܐ ܕܫܡܝܐ: ܘܠܐܝܠܝܢ ܕܪܕܝܦܝܢ ܡܛܠ ܫܡܗ ܐܫܬܘܝ ܠܗܘܢ ܛܒܬܐ ܘܢܝܚܐ ܒܡܠܟܘܬܗ. ܘܟܝܢܢ ܫܢܝ ܕܥܦܪܐ ܘܥܒܕܢ ܡܠܚܐ ܕܫܪܪܐ ܘܦܪܩܢ ܡܢ ܡܚܒܠܢܘܬܗ ܕܚܘܝܐ. ܘܗܘܐ ܢܘܗܪܗ ܕܥܠܡܐ ܕܢܦܪܘܩ ܡܢ ܫܘܠܛܢܗ ܕܡܘܬܐ: ܘܥܒܕܢ ܗܝܟܠܐ ܠܗ ܒܝ̈ܬܐ ܘܡܫܪܝܐ ܠܗ ܫܪܝܐ. ܘܗܘܐ ܠܢ ܐܣܝܐ ܠܗ ܫܪܝܐ.

tibus infamatus est, dives propter nos egenus factus est, vivens pro mortuis mortuus est, et in morte sua mortalitatem nostram vivificavit. Filius Domini omnium formam servi suscepit propter nos[1]; et ipse cui serviunt omnia subiecit semetipsum, ut nos e servitute peccati eriperet. Et per maximam caritatem suam, pauperibus spiritu beatitudinem pronuntiavit[2], pacificis promisit fratres eos sibi fore, filiosque Dei vocatum iri[3]; humilibus pollicitus est eos terram vitae hereditaturos[4]; promisit lugentibus fore ut precibus exorarentur[5]; spopondit esurientibus satietatem in regno suo[6]; flentes pollicitatione sua laetificavit[7]; promisit misericordibus misericordiam se consecuturos[8], et mundis corde praedixit eos Deum visuros esse[9]; promisit etiam his qui persecutionem patiuntur propter iustitiam, eos regnum caelorum intraturos[10]; atque iis qui propter nomen suum vexantur, bona pollicitus est, et quietem in regno suo[11]. Naturam nostram pulveream immutavit, nosque sal veritatis effecit[12], et eripuit

AB] — 2 B ܒܡܘܬܗ. — 4 A add. ܗܘ [ܡܫܬܥܒܕܝܢ. — 9 A om. ܘܕܚܝܐ. — 10 A ܢܗܘܘܢ ܡܬܒܥܝܢ. — *Ib.* A *paredicavit* ܘܐܡܪ [ܘܡܠܟ secundo. — 16 A ܠܡܠܟܘܬܐ ܕܫܡܝܐ. — 18 A om. ܠܗܘܢ. — 21 B *in mundo* ܒܥܠܡܐ. 23 A om. ܫܪܝܐ ..... ܘܗܘܐ.

[1] Philip. II, 7. — [2] Matth. v, 3. (Tatian. VIII, p. 14.) Quae ex evangelica historia recitat Aphraates, ad ordinem rerum in Evangelio Diatessaron Tatiani disposita sunt. Vid. Praef. § 11. — [3] Matth. v, 9. (Tatian. *ib.* cum seqq. p. 14.) — [4] Matth. v, 5. — [5] *Ib.* v, 4. In versione qua utebatur Aphraates, solita significatio graecae vocis παρακληθήσονται exprimebatur, scil. *advocari, invocari, rogari.* Vid. Praef. § 11. — [6] Matth. v, 6. — [7] Luc. VI, 21. — [8] Matth. v, 7. (Tatian. *ib.* cum seqq. p. 14.) — [9] Matth. v, 8. — [10] *Ib.* v, 10. — [11] Luc. VI, 22; Matth. v, 11, 12. (Tatian. *ib.* pp. 14, 15.) — [12] Matth. v, 13. (Tatian. *ib.* p. 15.)

nos ne essemus praeda serpenti; vocavit nos lumen mundi[1], ut nos liberaret a potestate mortis; effecit nos pro malis bonos, pro invisis gratos, deditque nobis pro odio misericordiam[2], et virum perfectum nobis communicavit, qui de thesauris suis profert bona, exuens nos ab illo qui mala profert e superfluitatibus cordis[3].

ܘܫܘܬܦ ܠܓܒܪܐ ܓܡܝܪܐ ܕܡܦܩ ܡܢ ܣܝ̈ܡܬܗ ܛܒ̈ܬܐ: ܘܦܪܩܢ ܡܢ ܗܘ ܕܡܦܩ ܒܝ̈ܫܬܐ ܡܢ ܝܬܝܪܘܬ ܠܒܗ܀

20. Et propter caritatis suae abundantiam, infirmorum plagas sanavit. Filium etenim curavit centurionis, propter huius fidem[4]; silere fecit a nobis procellam maris per virtutem suam[5], daemonesque legionis a nobis gratia sua protrusit[6]; misericordia sua filiam archisynagogi vitae reddidit[7]; mulierem quoque a sanguinis immunditie purgavit[8], et aperuit oculos caecorum duorum qui ad eum accesserant[9]. Duodecim etiam suis virtutem dedit et potestatem super omnem aegritudinem et languorem[10], nobisque per eorum manus pariter. Cohibuit nos a via gentilium et Samaritanorum[11], virtutemque nobis dedit per misericordiam suam ne formidemus, quando nos coram mundi potestatibus adducent[12]; divisionem in terram immisit propter pacem suam magnam[13]. Multa debita

ܘܡܛܠ ܣܘܓܐܗ ܕܚܘܒܗ ܐܣܝ ܡܚ̈ܘܬܐ ܕܟܪ̈ܝܗܐ: ܐܣܝ ܓܝܪ ܐܦ ܠܒܪܗ ܕܩܢܛܪܘܢܐ ܡܛܠ ܗܝܡܢܘܬܗ. ܘܫܬܩ ܡܢܢ ܥܠܥܠܐ ܕܝܡܐ ܒܚܝܠܗ. ܘܛܪܕ ܡܢܢ ܫܐܕ̈ܐ ܕܠܓܝܘܢ ܡܛܠ ܛܝܒܘܬܗ. ܘܒܡܪܚܡܢܘܬܗ ܐܚܝ ܠܒܪܬܗ ܕܪܝܫ ܟܢܘܫܬܐ: ܘܕܟܝ ܐܦ ܠܐܢܬܬܐ ܡܢ ܛܡܐܘܬܐ ܕܕܡܐ: ܘܦܬܚ ܥܝ̈ܢܐ ܕܣܡ̈ܝܐ ܬܪ̈ܝܢ ܕܩܪܒܘ ܠܗ: ܘܝܗܒ ܐܦ ܠܬܪܥܣܪ̈ܬܗ ܚܝܠܐ ܘܫܘܠܛܢܐ ܥܠ ܟܠ ܟܐܒ ܘܟܘܪܗܢ ܘܐܦ ܠܢ ܒܐܝ̈ܕܝܗܘܢ. ܘܟܠܢ ܡܢ ܐܘܪܚܐ ܕܚܢ̈ܦܐ ܘܕܫܡܪ̈ܝܐ. ܘܝܗܒ ܠܢ ܚܝܠܐ ܒܡܪܚܡܢܘܬܗ ܕܠܐ ܢܕܚܠ ܟܕ ܢܩܪܒܘܢ ܩܕܡ ܫܠܝ̈ܛܢܐ ܕܥܠܡܐ. ܘܐܪܡܝ ܦܠܓܘܬܐ ܒܐܪܥܐ ܡܛܠ ܫܝܢܗ ܪܒܐ. ܘܫܒܩ ܚܘ̈ܒܐ ܣܓܝ̈ܐܐ ܠܐܢܫܐ ܚܛܝܐ ܡܛܠ ܕܐܚܒܘܗܝ. ܘܐܡܪ ܡܛܠ ܛܝܒܘܬܗ ܕܒܢ̈ܝܐ ܡܫܒܠܐ ܒܫܡܝܢܗ. ܘܐܦ ܡܢܝܢ ܕܐܫܐ ܠܚܛܝܐ

AB] — 8 A ܛܡܐܘܬܐ. — 14 B *cohibuit me* ܘܟܠܢܝ. — 21 A ܒܫܡܠܗ.

[1] Matth. v, 14. Tatian. VIII, p. 15. Cf. Ioh. XII, 35. — [2] Cf. Matth. v, 20, seqq. (Tatian. *ib.* p. 15), et Matth. v, 43, seqq. (Tatian. IX, p. 16.) — [3] Luc. VI, 45. Tatian. X, p. 19.) — [4] Luc. VII, 10; Matth. VIII, 13. (Tatian. XI, pp. 19, 20.) — [5] Luc. VIII, 24. Marc. IV, 39. (Tatian. *ib.* p. 20.) — [6] Luc. VIII, 32. (Tatian. *ib.* p. 21.) Legitur autem « legionis » nomen apud Marc. v, 9 et Luc. VIII, 30. — [7] Luc. VIII, 55. (Tatian. XII, p. 22.) — [8] Marc. v, 29. (Tatian. *ib.* p. 21.) — [9] Matth. IX, 30. (Tatian. *ib.* p. 22.) — [10] Luc. IX, 1; Matth. X, 8. (Tatian. *ib.* pp. 22, 23.) Vid. etiam Marc. XVI, 17, 18. — [11] Matth. X, 5. (Tatian. *ib.* p. 22.) — [12] Matth. X, 17-20. (Tatian. XIII, p. 23.) — [13] Luc. XII, 51. (Tatian. *ib.* p. 24.)

ܘܚܒܝ ܡܚܝܠܐ ܠܐܟܣܘܬܗ. ܘܫܘܝܢ ܠܢ ܪܘܚܐ
ܛܒܐ ܕܢܒܢܐ ܦܠܛܐ ܡܢ ܢܦܩܬܐ ܘܡܦܩܬܗ
ܡܛܠܬܗ. ܘܐܬܩܝܡ ܒܪܗ ܒܥܠܡܐ
ܒܕܡܘܬܐ ܗܝܡܢܘܬܐ ܕܗܝܡܢܐ ܒܡܪܝܐ.
ܘܗܘܐ ܚܝܠܐ ܕܪܘܚܗ ܒܐܠܗܘܬܗ ܡܢ ܪܘܡܐ
ܠܥܘܡܩܐ ܘܠܐ ܐܬܚܒܠ. ܘܣܒܥ ܟܦܢܐ
ܕܡܛܪܦܝܢ ܡܢ ܚܡܫܐ ܠܚܡܫܐ ܘܬܪܝܢ
ܢܘܢܝܢ ܚܡܫܐ ܐܠܦܝܢ ܓܒܪܐ ܣܛܪ ܡܢ
ܛܠܝܐ ܘܢܫܐ. ܘܚܘܝ ܪܒܘܬܐ ܕܫܘܒܚܗ.
ܘܡܛܠ ܚܘܒܗ ܣܓܝܐܐ ܫܡܥ ܠܟܢܥܢܝܬܐ
ܘܐܣܝ ܠܒܪܬܗ ܡܢ ܟܘܪܗܢܗ.
ܘܒܦܘܩܕܢܐ ܕܡܫܕܪܢܗ ܫܪܐ ܠܫܢܗ
ܕܓܒܪܐ ܚܪܫܐ ܕܐܦ ܐܕܢܗ ܣܟܝܪܐ
ܗܘܬ. ܘܚܙܘ ܥܘܝܪܐ ܢܘܗܪܗ ܘܫܒܚܘ ܒܐܝܕܗ ܠܡܫܕܪܢܗ.
ܘܟܕ ܣܠܩ ܠܛܘܪܐ ܕܢܨܠܐ ܐܬܚܙܝ
ܙܠܝܩܘܗܝ ܕܫܘܒܚܐ ܡܢ ܢܘܗܪܗ. ܘܐܬܒܥܝ
ܚܠܦܘܗܝ ܡܥܠܬܐ ܒܝܘܡ ܛܠܝܐ ܕܢܘܓܠܐ ܕܗܘܐ
ܗܘܐ ܠܟܠܗܘܢ: ܘܟܕ ܐܝܟܐ ܒܡܥܠܬܗ ܐܬܐ.
ܘܚܘܝ ܠܢ ܛܘܒܐ ܘܪܡܘܬܐ ܕܢܗܘܐ ܒܕܡܘܬܐ
ܛܠܝܐ ܘܝܗܒ ܠܡܠܟܘܬܐ ܫܡܝܐ. ܘܐܡܪ
ܘܗܘܐ ܟܠܗ ܪܒܘܬܐ: ܕܐܢ ܠܐ ܬܗܦܟܘܢ ܒܟܘܢ:
ܕܠܐ ܬܥܠܘܢ ܠܡܠܟܘܬܐ ܕܫܡܝܐ ܠܐܠܗܐ
ܕܒܫܡܝܐ. ܘܗܘܐ ܠܗ ܐܣܝܘܬܗ ܠܡܫܪܝܐ

mulieri peccatrici propter misericordiam suam condonavit[1], dignosque nos habuit per gratiam suam ut turrim impendiis suis aedificaremus[2]; et spiritus immundos a nobis eiecit[3], nosque mansionem effecit divinitatis suae, ac bonum semen in nobis seminavit, quod fructum dabit unumquodque in centuplum et sexaginta et triginta[4]. Et in mundo positus est in similitudinem thesauri absconditi in agro[5]; virtutemque magnitudinis suae patefecit, quando de excelso in profundum deiectus, non laesus est[6]; esurientes qui deficiebant satiavit quinque panibus ac duobus piscibus, hominum quinque millia, praeter pueros et mulieres[7]; et gloriae suae magnitudinem ostendit. Propter immensam caritatem suam, mulierem chananaeam exaudivit, ipsiusque filiam a morbo suscitavit[8]. Et huius qui eum misit imperio, linguam solvit hominis muti, cui erat etiam auris obtusa[9]; et caeci lumen eius viderunt, ac per eum laudaverunt illum qui misit eum[10]. Et quando montem ascendit ut oraret, su-

AB] — 2 B ܘܡܦܩܬܗ. — 9 A *eius qui misit eum* ܕܡܫܕܪܢܗ ܘܫܘܒܚܗ. — 11 A ܟܘܪܗܢܗ. — 13 B ܗܘܬ ܕܐܕܢܗ ܣܟܝܪܐ. — 15 A ܕܢ. — 21 A ܘܐܢ ܠܐ.

[1] Luc. VII, 47. Tatian. XV, p. 26. — [2] Luc. XIV, 28. Tatian. *ib.* p. 28. Insuper advertit auctor ad nomen Mariae Magdalenae, a « turri » *Magdala,* sic appellatae, ad quam etiam respiciunt quae in contextu leguntur. — [3] Matth. XII, 43; Luc. XI, 24. (Tatian. XVI, p. 28.) Cf. Luc. VIII, 2. Tatian. *ib.* p. 29.) — [4] Matth. XIII, 23. Tatian. *ib.* p. 30.) — [5] Matth. XIII, 44. (Tatian. XVII, p. 31.) — [6] Luc. IV, 29, 30. (Tatian. *ib.* p. 32.) — [7] Matth. XIV, 21. (Tatian. XVIII, p. 33.) — [8] Matth. XV, 28. (Tatian. XX, p. 37.) — [9] Marc. VII, 35. (Tatian. XXI, p. 37.) — [10] Matth. XV, 31. (Tatian. XXIII, p. 41.)

perati sunt eius luce radii solis[1]. Eximiamque virtutem suam manifestavit in illo puero quem spiritus vexabat, cum daemon lunaris eius verbo discessit[2]. Exemplum etiam dedit nobis ac similitudinem, ut efficiamur sicut parvuli, ad intrandum in regnum caelorum[3]. De parvulis insuper dixit et docuit neminem eos contemnere debere, *quia Angeli eorum semper vident Patrem qui est in caelis*[4]. Sed et exhibuit artem suam perfectam medendi erga hominem illum qui triginta et octo abhinc annis infirmabatur, et amplissimo gratiae suae munere eum sanavit[5]. Dedit etiam nobis praeceptum ut mundum relinquamus atque ad eum convertamur[6]; et revelavit nobis mundi amatorem Deo placere non posse, exemplo divitis qui spem in facultatibus suis reposuerat[7], et hominis qui in divitiis suis delectabatur, fuitque interitus eius in inferno; in extremo digito suo petiit aquam, nemoque ei dedit[8]. Et conduxit nos tanquam operarios ad laborandum in vinea sua, quae est vitis vera[9]. Haec omnia Salvator noster, propter eximiam caritatem suam, apud nos praestitit. Nos igitur, amice, caritatis Christi participes efficiamur, alterutrum diligentes, duoque illa praecepta adimplentes, in quibus universa lex pendet et prophetae.

[illegible]

Explicit Demonstratio de Caritate.

[illegible]

AB] — 8 A om. [illegible] — 12 B [illegible].

[1] Matth. XVII, 2. (Tatian. XXIV, p. 42. — [2] Matth. XVII, 17. (Tatian. *ib.* p. 44.) — [3] Matth. XVIII, 3. (Tatian. XXV, p. 45.) — [4] Matth. XVIII, 10. (Tatian. XXVII, p. 48.) — [5] Ioh. V, 5. (Tatian. XXII, p. 39.) — [6] Marc. VIII, 34; Luc. IX, 23. (Tatian. XXIII, p. 42.) Cf. Matth. XIX, 21. (Tatian. XXVIII, p. 51.) — [7] Luc. XII, 16, seqq. (Tatian. XXVIII, p. 50.) — [8] Luc. XVI, 24. (Tatian. XXIX, p. 51.) — [9] Matth. XX, 1, seqq. (Tatian. *ib.* p. 52.)

ܬܚܘܝܬܐ ܕܨܘܡܐ

DEMONSTRATIO III

DE IEIUNIO

ܫܦܝܪ ܗܘ ܨܘܡܐ ܕܟܝܐ ܩܕܡ ܐܠܗܐ: ܘܢܛܝܪ ܐܝܟ ܣܝܡܬܐ ܒܫܡܝܐ: ܘܙܝܢܐ ܗܘ ܠܘܩܒܠ ܒܝܫܐ: ܘܬܪܣܐ ܡܩܒܠܢܐ ܠܓܐܪ̈ܐ ܕܒܥܠܕܒܒܐ. ܘܗܕܐ ܠܐ ܗܘܐ ܡܢ ܕܝܠܝ ܐܡܪܬܐ: ܐܠܐ ܡܢ ܟܬܒ̈ܐ ܩܕ̈ܝܫܐ ܕܩܕܡܘ ܚܘܝܘܢ ܕܒܟܠܥܕܢ ܨܘܡܐ ܡܥܕܪܢܐ ܗܘܐ ܠܐܝܠܝܢ ܕܨܡܘܗܝ ܒܟܘܫܪܐ. ܨܘܡܐ ܓܝܪ ܚܒܝܒܝ ܠܐ ܗܘܐ ܗܘܝܘ ܕܡܢ ܠܚܡܐ ܘܡܝ̈ܐ ܒܠܚܘܕ: ܐܠܐ ܣܓܝܐܢ ܐܢܝܢ ܢܛܘܪ̈ܬܗ ܕܨܘܡܐ. ܐܝܬ ܓܝܪ ܕܨܐܡ ܡܢ ܠܚܡܐ ܘܡܝ̈ܐ ܥܕ ܢܟܦܢ ܘܢܨܗܐ: ܘܐܝܬ ܕܨܐܡ ܕܢܗܘܐ ܒܬܘܠܐ ܘܟܦܢ ܘܠܐ ܐܟܠ ܘܨܗܐ ܘܠܐ ܫܬܐ: ܘܡܝܬܪ ܗܘ ܗܢܐ ܨܘܡܐ. ܘܐܝܬ ܕܨܐܡ ܒܩܕܝܫܘܬܐ ܘܨܘܡܐ ܐܝܬܘܗܝ: ܘܐܝܬ ܕܨܐܡ ܡܢ ܒܣܪܐ ܘܡܢ ܚܡܪܐ ܘܡܐܟܘܠܬܐ ܡܕܡ ܡܕܡ: ܘܐܝܬ ܕܨܐܡ ܕܥܒܕ ܣܝܓܐ ܠܦܘܡܗ ܕܠܐ ܢܡܠܠ ܡ̈ܠܐ ܣܢܝ̈ܬܐ: ܘܐܝܬ

1. Pretiosum est coram Deo ieiunium purum, ac tanquam thesaurus in caelo adservatur. Armatura est contra malignum, scutum inimici excipiens tela. Atque haec non ex propria locutus sum mente, verum e sacris Scripturis, quae nos prius docuerunt ieiunium omni tempore adiumento iis fuisse qui illud in puritate servaverunt. Ieiunium enim, carissime, non est tantummodo panis et aquae abstinentia, sed plurimae sunt eius observantiae[1]. Est siquidem qui a pane et aqua se abstinet donec esuriat et sitiat. Est etiam qui ieiunat ut maneat in virginitate, et esuriens non comedit, sitiensque non bibit: et hoc ieiunium excellentius est. Et est qui ieiunat ex religione[2]; id etiam ieiunium est. Sed est qui a carne et vino nonnullisque edulibus temperat.

ABI — 4 A add. tela, *ardentia* ܓܐܪ̈ܐ ܝܩܕ̈ܐ. — 6 A add. ieiunium *mundum* ܨܘܡܐ ܕܟܝܐ. — 7 A ܗܘ ܗܘܐ. — 15 A ܘܡܕܡ. — 17 A verba *damnosa* ܡ̈ܠܐ ܡܣܩܒܠܢܝܬܐ.

[1] Locum illum Aphraatis rursus imitatus est et iisdem saepe verbis expressit Isaacus Antiochenus. Vid. Praef. § 4. — [2] ܩܕܝܫܘܬܐ vid. Praef. § 20.

Est adhuc qui ieiunat ut ori suo det fraenum, ne verba turpia proferat. Alius ieiunat ab ira, et cupiditates calcat, ne iis superetur. Alius divitiis se prohibet, ut ab earum servitute se expediat. Alius abstinet a variis lectulorum generibus, ut in oratione vigilet. Alius ab huius mundi negotiis abscedit, ne ab inimico vincatur. Alius ieiunat ut paenitens[1] fiat, et Domino suo per afflictionem placeat. Alius tandem haec omnia coniungit, et ex iis unum efficit ieiunium. Sed sicut qui alimentis abstinet donec esuriat, quamdiu cibo potuque abstinet, ieiunare dicitur, et si parum quid comederit aut biberit, ieiunium suum fregit; ita qui ab omnibus illis se continuerit, si unum alterumve ex eis interdum violaverit, ieiunium eius non amplius ei reputabitur. Qui ex his omnibus unum frangit, sic non pluris ieiunium eius aestimatur quam illius qui gulose comedit vel potat. Cui acciderit ut ieiunium prae fame solvat, haud graviter quidem peccabit; verum qui ex omnibus his voto se abstinens[2], ad alterutrius ex illis transgressionem devenerit, non leve sed gravissimum peccatum admittet.

2. Accipe igitur, carissime, exemplum

ܕܨܐܡ ܡܢ ܚܡܬܐ ܘܟܒܫ ܪܓܬܗ ܕܠܐ ܢܙܟܝܢܗ: ܘܐܝܬ ܕܨܐܡ ܡܢ ܩܢܝܢܐ ܕܢܦܪܘܩ ܢܦܫܗ ܠܦܘܠܚܢܗ: ܘܐܝܬ ܕܨܐܡ ܡܢ ܫܘܝܬܐ ܕܫܢܝܢ ܕܢܗܘܐ ܥܝܪ ܒܨܠܘܬܐ: ܘܐܝܬ ܒܐܘܠܨܢܐ ܕܨܐܡ ܡܢ ܨܒܘܬܗ ܕܥܠܡܐ ܗܢܐ ܕܠܐ ܢܬܙܟܐ ܡܢ ܒܥܠܕܒܒܐ: ܘܐܝܬ ܕܨܐܡ ܕܢܗܘܐ ܡܬܐܒܠ ܕܢܫܦܪ ܠܡܪܗ ܒܐܘܠܨܢܐ: ܘܐܝܬ ܕܟܢܫ ܠܗܝܢ ܠܟܠܗܝܢ ܘܥܒܕ ܠܗܝܢ ܚܕ ܨܘܡܐ. ܐܝܟ ܕܨܐܡ ܐܢܫ ܡܢ ܡܐܟܘܠܬܐ ܥܕ ܟܦܢ: ܘܟܠܗ ܕܟܠܐ ܡܢ ܕܠܡܐܟܠ ܘܡܢ ܕܠܡܫܬܐ ܐܡܝܪ ܠܗ ܨܘܡܐ ܘܐܢ ܩܠܝܠ ܢܐܟܘܠ ܘܢܫܬܐ ܫܪܐ ܠܨܘܡܗ: ܗܟܢܐ ܐܦ ܗܘ ܕܨܐܡ ܡܢ ܟܠܗܝܢ ܗܠܝܢ ܘܐܝܢܐ ܕܒܙܒܢܝܢ ܢܫܪܐ ܠܚܕܐ ܚܕܐ ܡܢܗܝܢ ܠܐ ܡܬܚܫܒ ܠܗ ܨܘܡܗ. ܡܢ ܕܚܕܐ ܡܢ ܗܠܝܢ ܟܠܗܝܢ ܫܪܐ ܐܝܟ ܕܠܐ ܡܬܚܫܒ ܨܘܡܗ ܕܡܢ ܕܐܟܠ ܘܫܬܐ ܒܥܠܢܝܬܐ. ܘܡܢ ܕܡܢ ܟܦܢܗ ܢܩܦܗ ܠܗ ܘܫܪܐ ܨܘܡܗ ܠܐ ܝܩܝܪ ܚܛܗܗ: ܐܠܐ ܡܢ ܕܡܬܢܕܪ ܡܢ ܗܠܝܢ ܟܠܗܝܢ ܘܡܬܦܢܐ ܠܡܫܪܐ ܚܕܐ ܚܕܐ ܡܢܗܝܢ ܪܒ ܗܘ ܚܛܗܗ ܘܠܐ ܗܘܐ ܩܠܝܠ܀

ܩܒܠ ܕܝܢ ܚܒܝܒܝ ܐܘܟܬܐ ܕܨܘܡܐ

AB] — 3 A ܠܦܘܠܚܢܗ ܕܡܢܗ. — Ib. A ܠܫܘܝܬܐ. 8 A ܠܗܝܢ ܠܟܠܗܝܢ ܕܟܠܗܝܢ. 13 A ܘܐܢ ܩܠܝܠ. 17 18 A ܨܘܡܐ.

[1] ܡܬܐܒܠܢܐ proprie *maestus, lugens*, unde « *asceta* », ut hebr. נָזִיר. — [2] ܐܬܢܙܪ *nazaraeum se fecit, separavit se, religione, voto abstinuit*; unde ܢܙܝܪܐ, ut hebr. נָזִיר *nazaraeus*, i. e. *separatus, abstinens, continens*, et *monachus, asceta*.

ܕܟܝܐ. ܠܩܕܡܝܢ ܓܝܪ ܚܘܝ ܨܘܡܐ ܕܟܝܐ ܗܒܝܠ ܒܩܘܪܒܢܗ. ܘܚܢܘܟ ܕܐܫܬܦܪ ܩܕܡ ܐܠܗܗ. ܘܢܘܚ ܕܢܛܪ ܬܡܝܡܘܬܐ ܒܕܪܐ ܡܥܩܡܐ. ܘܐܒܪܗܡ ܕܐܬܪܘܪܒ ܒܗܝܡܢܘܬܗ. ܘܐܝܣܚܩ ܡܛܠ ܩܝܡܗ ܕܐܒܪܗܡ. ܘܝܥܩܘܒ ܡܛܠ ܡܘܡܬܗ ܕܐܝܣܚܩ ܡܛܠ ܕܝܕܥ ܠܐܠܗܐ. ܘܝܘܣܦ ܡܛܠ ܡܪܚܡܢܘܬܗ ܘܡܕܒܪܢܘܬܗ. ܗܠܝܢ ܟܠܗܘܢ ܕܟܝܘܬܗܘܢ ܗܘܬ ܒܨܘܡܐ ܓܡܝܪܐ ܩܕܡ ܐܠܗܐ. ܘܐܢ ܠܝܬ ܕܟܝܘܬ ܠܒܐ ܨܘܡܐ ܠܐ ܡܬܩܒܠ. ܐܬܕܟܪ ܘܚܙܝ ܚܒܝܒܝ ܕܡܝܬܪܐ ܗܝ ܨܒܘܬܐ ܕܐܢ ܒܪܢܫܐ ܠܒܗ ܘܢܛܪ ܠܫܢܗ ܘܢܟܠܐ ܐܝܕܘܗܝ ܡܢ ܕܒܝܫ: ܐܝܟ ܗܠܝܢ ܕܡܢ ܠܥܠ ܟܬܒܬ ܠܟ. ܠܐ ܓܝܪ ܘܠܐ ܠܒܪܢܫܐ ܕܢܗܘܐ ܡܚܠܛ ܕܒܫܐ ܒܓܕܐ. ܐܢ ܓܝܪ ܢܨܘܡ ܐܢܫ ܡܢ ܠܚܡܐ ܘܡܝܐ ܠܐ ܢܚܠܛ ܒܨܘܡܗ ܨܘܚܝܬܐ ܘܠܘܛܬܐ. ܚܕ ܗܘ ܓܝܪ ܬܪܥܐ ܐܝܬ ܠܗ ܠܒܝܬܟ ܕܗܘܝܘ ܗܝܟܠܗ ܕܐܠܗܐ: ܘܠܐ ܘܠܐ ܠܟ ܐܘ ܒܪ ܐܢܫܐ: ܕܡܢܗ ܬܪܥܐ ܕܡܠܟܐ ܥܐܠ ܒܗ: ܕܢܦܩ ܡܢܗ ܨܐܝܐ ܘܛܢܦܐ. ܟܕ ܓܝܪ ܦܪܝܫ ܒܪܢܫܐ ܡܢ ܟܠܗܝܢ ܒܝܫܬܐ ܘܢܣܒ ܦܓܪܗ ܘܕܡܗ ܕܡܫܝܚܐ: ܢܙܗܪ ܒܦܘܡܗ ܕܥܐܠ ܒܗ ܒܪ ܡܠܟܐ. ܠܝܬ ܠܟ ܫܘܠܛܢܐ ܐܘ ܒܪܢܫܐ: ܕܒܗ ܒܦܘܡܟ ܬܦܩ ܡܠܐ ܛܢܦܬܐ. ܫܡܥ ܠܡܐ ܕܐܡܪ ܡܫܝܚܢ: ܕܡܕܡ

ieiunii puri. Primus quidem ostendit Abel in sacrificio suo ieiunium purum; deinde Henoch, in eo quod ante Deum suum gratus exstitit; et Noe in generatione perversa servans innocentiam; Abraham etiam, fide sua magnificatus, et Isaac propter Abrahae foedus, et Iacob ob iuramentum Isaac, quia Deum novit [1]; Ioseph quoque propter clementiam et regimen suum. Horum omnium munditia fuit in ieiunio perfecto coram Deo. Si vero cordis puritas abest, ieiunium non fit acceptum. Recordare igitur, carissime, et animadverte, praestantissimam esse rem, si homo cor suum mundet, linguam custodiat, manus suas a malo prohibeat, quemadmodum supra scripsi tibi. Non enim decet hominem mel absinthio commiscere. Si quis ergo a pane et aqua ieiunat, maledictiones et convicia ieiunio suo ne misceat. Unicum namque est ostium domus tuae, quae templum Dei est; nec tibi convenit, o homo, ut sordes caenumque ex illo ostio exeant, per quod Rex ingreditur. Cum enim a quibusvis sceleribus abstinens homo, Corpus et Sanguinem Christi recepit, os suum caute servare debet, per quod intrat Filius Regis. Non habes potestatem, o homo, immunda verba ore tuo profe-

AB] — 6 A ܡܘܡܬܗ cum punctis secunda manu additis. — 15 B ܠܐ.

[1] Gen. XXXII, 30.

rendi. Audi quid dicat Vivificator noster : *Quod intrat in hominem non coinquinat eum ; sed quod de ore procedit, hoc coinquinat eum* [1].

3. Sed etiam Moyses ieiunavit ieiunio mundo, quando montem ascendit, detulitque populo legem ; et cum ieiunasset bis quadraginta dies, confortatus est [2], ac summam laudem adeptus est, quando resplenduit cutis vultus eius, et, iram de populo suo avertit, qui non deletus est [3]. Ad exemplum etiam ieiunii Moysi, Elias, vir fortissimus, ieiunavit, cum eum Iezabel insequeretur ; et quadraginta dies ieiunans usque ad Horeb pervenit [4], illuc nempe ubi cum Moyse collocutus erat Deus, qui et ibidem ei se revelavit, praecepitque dicens : *Vade, unge Iehu, filium Namsi, et Hazael, qui faciat ultionem in filiis Israel, et Elisaeum, filium Saphat, qui vicem tuam expleat* [5]. Laetatusque est illa Domini sui manifestatione in ieiunio illo perfecto, quemadmodum laetatus fuerat Moyses quando quadraginta et iterum quadraginta dies ieiunavit, et iram Dei a populo suo avertit, tabulasque detulit legis, Dei digito exaratas. Duo isti in ieiunio suo gloriationem suam habuerunt, et per illud exstiterunt perfecti.

4. Nunc tibi ieiunium etiam ostendam

ܕܥܐܠ ܠܒܪܢܫܐ ܠܐ ܡܣܝܒ ܠܗ: ܐܠܐ ܡܕܡ ܕܢܦܩ ܡܢܗ ܡܢ ܦܘܡܐ ܗܘ ܗܘ ܡܣܝܒ ܠܗ ܀

ܐܦ ܓܝܪ ܡܘܫܐ ܨܡ ܨܘܡܐ ܕܟܝܐ ܟܕ ܣܠܩ ܠܛܘܪܐ ܘܐܝܬܝ ܢܡܘܣܐ ܠܥܡܗ: ܘܐܫܬܠܡ ܒܨܘܡܗ ܐܪܒܥܝܢ ܐܪܒܥܝܢ ܝܘܡܝܢ: ܘܩܒܠ ܫܘܒܚܐ ܡܝܬܪܐ: ܟܕ ܐܙܗܪ ܡܫܟܐ ܕܐܦܘܗܝ: ܘܐܗܦܟ ܪܘܓܙܐ ܡܢ ܥܡܗ ܘܠܐ ܐܬܚܪܒ. ܐܦ ܒܕܘܡܝܐ ܕܨܘܡܗ ܕܡܘܫܐ ܨܡ ܐܠܝܐ ܓܢܒܪܐ ܚܝܠܐ ܟܕ ܐܬܪܕܦ ܡܢ ܐܝܙܒܠ ܗܪܐ ܒܨܘܡܐ ܠܚܘܪܒ ܒܨܘܡܗ ܐܪܒܥܝܢ ܝܘܡܝܢ: ܠܬܡܢ ܕܐܬܡܠܠ ܥܡܗ ܥܡ ܡܘܫܐ: ܘܐܬܓܠܝ ܠܘܬܗ ܐܠܗܐ ܘܦܩܕܗ ܘܐܡܪ ܠܗ: ܙܠ ܡܫܘܚ ܠܝܗܘ ܒܪ ܢܡܫܝ ܘܠܚܙܐܝܠ ܕܢܬܒܥ ܬܒܥܬܐ ܒܒܢܝ ܐܝܣܪܝܠ: ܘܠܐܠܝܫܥ ܒܪ ܫܦܛ ܕܢܗܘܐ ܕܘܟܬܟ. ܘܚܕܝ ܒܓܠܝܢܐ ܕܡܪܗ ܒܨܘܡܗ ܕܡܫܡܠܝ: ܐܝܟ ܕܚܕܝ ܡܘܫܐ ܟܕ ܨܡ ܐܪܒܥܝܢ ܐܪܒܥܝܢ ܝܘܡܝܢ ܬܪܬܝܢ ܙܒܢܝܢ: ܘܐܗܦܟ ܚܡܬܗ ܕܐܠܗܐ ܡܢ ܥܡܗ: ܘܐܚܬ ܠܘܚܐ ܟܬܝܒܐ ܕܪܫܝܡܝܢ ܒܨܒܥܗ ܕܐܠܗܐ. ܘܬܪܝܗܘܢ ܐܠܝܢ ܒܨܘܡܗܘܢ ܗܘܐ ܫܘܒܗܪܗܘܢ ܘܒܗ ܐܫܬܡܠܝܘ ܀

ܗܫܐ ܐܚܘܐ ܐܦ ܨܘܡܐ ܕܟܒܝܠܐ

AB] — 2 A ܦܘܡܗ. 9 A ܐܬܚܪܒ | ܐܬܚܪܒܬ. — 24 B om. ܘܒܗ ܫܘܒܗܪܗܘܢ ܗܘܐ.

[1] Matth. XV, 11. — [2] Ex. XXIV, 18 et XXXIV, 28. — [3] *Ib.* XXXII, 11; XXXIV, 9. — [4] I (III) Reg. XIX, 8. — [5] *Ib.* XIX, 15, 16.

ܘܕܐܫܕ ܕܡܐ ܕܠܐ ܡܬܩܒܠ: ܕܓܙܪܬ ܐܝܙܒܠ ܕܟܘܣܬܗ ܕܐܚܒ: ܘܡܚܪܒܢܝܬܗ ܕܐܝܣܪܝܠ. ܟܬܒܬ ܓܝܪ ܐܓܪܬܐ ܒܫܡܗ ܕܐܚܒ: ܘܫܕܪܬ ܠܒܢܝ ܐܝܙܪܥܝܠ ܓܒܪܐ ܥܘܠܐ ܡܫܬܡܥܢܝܗ ܕܐܝܙܒܠ ܥܘܠܬܐ: ܘܟܬܒܬ ܠܗ ܒܐܓܪܬܐ ܕܥܘܠܐ ܘܐܡܪܐ ܗܟܢܐ: ܓܙܪܘ ܨܘܡܐ ܘܐܘܬܒܘ ܠܢܒܘܬ ܒܪܫ ܥܡܐ: ܘܐܘܩܡܘ ܠܘܩܒܠܗ ܬܪܝܢ ܓܒܪܝܢ ܒܢܝ ܥܘܠܐ: ܘܢܣܗܕܘܢ ܒܗ ܘܢܐܡܪܘܢ: ܕܓܕܦ ܢܒܘܬ ܠܐܠܗܐ ܘܠܡܠܟܐ: ܘܢܪܓܡܘܢܝܗ ܒܟܐܦܐ ܘܢܡܘܬ. ܘܗܕܐ ܚܒܝܒܝ ܕܟܬܒܬ ܠܗܘܢ ܐܝܙܒܠ: ܕܬܪܝܢ ܓܒܪܝܢ ܢܣܗܕܘܢ ܒܗ ܒܢܒܘܬ: ܐܝܟ ܕܡܢ ܢܡܘܣܐ ܩܕܝܫܐ ܦܩܕܬ ܠܗܘܢ. ܟܬܝܒ ܓܝܪ ܒܢܡܘܣܐ: ܕܡܢ ܕܚܝܒ ܡܘܬܐ ܠܐ ܢܬܩܛܠ ܥܠ ܦܘܡ ܣܗܕܐ ܚܕ: ܐܠܐ ܥܠ ܦܘܡ ܬܪܝܢ ܣܗܕܝܢ ܢܡܘܬ. ܘܗܟܢܐ ܟܬܝܒ: ܕܐܝܕܐ ܕܣܗܕܐ ܬܗܘܐ ܒܗ ܠܘܩܕܡ ܠܡܪܓܡܗ: ܘܐܝܕܐ ܕܟܠܗ ܥܡܐ ܒܚܪܬܐ. ܬܘܒ ܟܬܒܬ ܠܗܘܢ: ܕܗܟܢܐ ܢܣܗܕܘܢ ܒܗ: ܕܓܕܦ ܢܒܘܬ ܠܐܠܗܐ ܘܠܡܠܟܐ. ܘܐܦ ܗܕܐ ܬܘܒ ܐܝܟ ܕܡܢ ܢܡܘܣܐ ܩܕܝܫܐ ܟܬܒܬ ܠܗܘܢ ܒܐܓܪܬܐ ܕܥܘܠܐ. ܕܟܬܝܒ ܗܘ: ܕܡܢ ܕܡܓܕܦ ܒܫܡܗ ܕܐܠܗܐ ܢܬܪܓܡ ܒܟܐܦܐ: ܥܠ ܕܦܪܫ ܫܡܐ ܩܕܝܫܐ ܘܨܚܝ. ܠܐܝܙܒܠ ܕܝܢ ܠܐ ܗܘܐ ܥܠ ܫܡܐ ܕܐܠܗܐ

impium et cruentum quod gratum esse nequit, illud nempe quod indixit Iezabel, instigatrix Achab, et depopulatrix Israel. Litteras enim scripsit nomine Achab, quas misit ad filios Iezrahel viros perversos, perversae Iezabeli obsequentes; atqui in pessimis hisce literis scripserat dicens : *Indicate ieiunium, et sedere facite Naboth in capite populi, et constituite adversus eum duos viros, filios iniquitatis, qui contra eum testificentur et dicant : Maledixit Naboth Deo et regi; lapidibusque percutiatur et moriatur* [1]. Atque hoc, carissime, quod scribebat eis Iezabel, ut duo scilicet viri adversus Naboth testimonium darent, tanquam de Lege sacra [expressum] mandabat eis. Scriptum enim in Lege est : *Mortis reus in ore testis unius non occidatur, sed in ore duorum testium moriatur* [2]. Ita etiam scriptum est : *Manus testium sit primum contra eum ad lapidandum eum, demumque manus totius populi* [3]. Quod autem insuper eis scribebat, nempe ut adversus eum testimonium darent Naboth Deo et regi maledixisse; id etiam veluti e Lege sacra in nefaria epistola eis mandabat. Scriptum est enim : *Quicumque nomen Dei blasphemaverit, lapidibus opprimetur, eo quod temeraverit nomen sanctum, et maledixerit* [4].

AB] 2 A *deceptrix* ܘܡܛܥܝܢܝܬܗ [ܘܡܚܪܒܢܝܬܗ. 7 A om. ܘܐܘܬܒܘ ... ܠܢܒܘܬ. 23 A om. ܗܘ. 24 A ܕܟܠ ܡܢ [ܕܡܢ.

[1] III Reg. XXI, 9, 10. — [2] Deut. XVII, 6; XIX, 15. — [3] *Ib.* XVII, 7 et cf. XIII, 9. — [4] Levit. XXIV, 16.

Iezabel vero non profecto de Dei nomine blasphemato sollicita erat; sed magis de cupiditate Achab curabat, qui vineam Naboth appetebat, immemor huius quod scriptum est : *Nihil concupisces omnium quae proximi tui sunt*[1].

5. O Iezabel, corruptrix Achab! Quisnam ille Deus est cui maledixit Naboth? Ille cuius altare subruisti, vel cuius prophetas interemisti! Sed cui regi maledixit? Ei qui legem evertit, et Naboth hereditate sua voluit spoliare! Quare ergo, Iezabel, illud non revocasti quod in principio mandatorum legis scriptum est, videlicet : *Non adorabis Deum alienum*[2]; et tu, Iezabel, colis Baal. Rursus scriptum est : *Non effundes sanguinem innocentem in terra quam dedit tibi Dominus Deus tuus*[3]. Te autem, Iezabel, huius meminisse oportebat quod est scriptum : *Terra in qua effusus fuerit sanguis, non expiabitur, nisi et sparsus in ea fuerit sanguis eius qui prius fudit*[4]. Num haec timuisti, o Iezabel, cum zelata es zelum iniquitatis, quasi Deo maledixerit Naboth, cum non maledixit? Iterum scriptum est : *Si quis sanguinem hominis fuderit, sanguis eius fundetur*[5]. Iezabel efferata sanguinem innocentem Naboth

ܒܛܝܠ ܗܘܐ ܠܗ ܕܡܬܓܕܦܐ ܗܘܐ܂ ܐܠܐ ܡܛܠ ܪܓܝܓܘܬܗ ܕܐܚܐܒ ܐܬܒܛܠ ܠܗ܂ ܕܪܓ ܠܟܪܡܗ ܕܢܒܘܬ. ܘܠܐ ܐܬܕܟܪܬ ܐܝܟ ܕܟܬܝܒ܂ ܕܠܐ ܬܪܓ ܟܠ ܡܕܡ ܕܐܝܬ ܠܚܒܪܟ ܀

ܐܘ ܐܝܙܒܠ ܡܚܒܠܢܝܬܗ ܕܐܚܐܒ܂ ܐܝܢܘ ܗܢܐ ܐܠܗܐ ܕܨܚܝ ܢܒܘܬ܀ ܗܘ ܕܦܣܩܬ ܡܕܒܚܘܗܝ܂ ܐܘ ܗܘ ܕܩܛܠܬ ܢܒܝܘܗܝ. ܐܘ ܠܐܝܢܐ ܡܠܟܐ ܨܚܝ܀ ܠܗܘ ܕܒܛܠ ܢܡܘܣܐ܂ ܘܒܥܐ ܕܢܚܛܘܦ ܝܪܬܘܬܗ ܕܢܒܘܬ. ܠܡܢܐ ܕܝܢ ܐܝܙܒܠ ܠܐ ܐܬܦܢܝܬ ܡܕܡ ܕܟܬܝܒ ܒܪܝܫ ܦܘܩܕܢܘܗܝ ܕܢܡܘܣܐ ܕܟܬܝܒ܂ ܕܠܐ ܬܣܓܘܕ ܠܐܠܗܐ ܐܚܪܢܐ܂ ܘܐܝܙܒܠ ܦܠܚܐ ܠܒܥܠܐ. ܬܘܒ ܟܬܝܒ܂ ܕܠܐ ܬܐܫܘܕ ܕܡܐ ܙܟܝܐ ܒܐܪܥܐ ܕܝܗܒ ܠܟ ܡܪܝܐ ܐܠܗܟ. ܘܠܐ ܗܘܐ ܠܟܝ ܕܝܢ ܐܘ ܐܝܙܒܠ܂ ܕܬܬܕܟܪܝܢ ܕܟܬܝܒ܂ ܕܐܪܥܐ ܕܕܡܐ ܐܫܝܕ ܒܗ ܠܐ ܡܬܚܣܝܐ ܒܟܠܗ ܐܠܐ ܐܢ ܐܬܐܫܕ ܒܗ ܕܡܐ ܕܡܢ ܕܐܫܕܗ. ܕܚܠܬܝ ܕܝܢ ܡܢ ܗܠܝܢ ܐܘ ܐܝܙܒܠ܂ ܟܕ ܛܢܢܬܝ ܛܢܢܐ ܕܥܘܠܐ܂ ܕܨܚܝ ܢܒܘܬ ܠܐܠܗܐ ܟܕ ܠܐ ܨܚܝ. ܬܘܒ ܟܬܝܒ܂ ܕܡܢ ܕܐܫܕ ܕܡܐ ܕܐܢܫܐ ܕܡܗ ܡܬܐܫܕ܂ ܘܐܝܙܒܠ ܡܬܚܪܪܢܝܬܐ ܐܫܕܬ ܕܡܐ ܙܟܝܐ ܕܢܒܘܬ܂ ܡܬܚܒܠܢܝܬܐ

AB] — 2 A ܕܐܬܒܛܠ ܠܗ ܕܪܓ ܒܟܪܡܗ. — 6 A ܡܚܒܠܢܝܬܗ [ܡܚܒܠܢܝܬܗ. — 8 B ܕܩܛܠܬ. — 11 B ܐܬܦܢܝܬ. — 13 B ܐܚܪܢ. — 14 AB ܦܠܚܐ. Ego ܦܠܚܝܢ conieci. — *Ib.* A ܘܬܘܒ. — 18 A primitus ܒܐܪܥܐ manu secunda in ܕܒܐܪܥܐ correctum. — 21 B ܛܢܢ.

[1] Ex. xx, 17. — [2] Ex. xx, 3. — [3] Deut. xix, 10. — [4] Num. xxxv, 33. — [5] Gen. ix, 6.

ܒܗܘ ܕܘܟܬܐ ܕܐܬܐܫܕ ܒܗ ܕܡܐ ܙܟܝܐ ܒܨܘܡܐ ܕܥܘܠܐ ܕܐܬܟܪܙ: ܐܬܐܫܕ ܕܡܗ ܕܐܝܙܒܠ ܘܐܟܠܘܗ ܟܠܒܐ. ܘܐܝܟ ܕܐܬܛܦܝ ܠܡܠܟܘܬܗ: ܠܚܟܘ ܟܠܒܐ ܐܦ ܕܡܗ܀

ܘܐܢ ܐܝܙܒܠ ܓܒܬ ܘܢܣܒܬ ܡܢ ܢܡܘܣܐ ܡܕܡ ܕܡܥܕܪ: ܗܘܐ ܠܗ ܠܡܣܟܠܢܘܬܗ ܟܕ ܠܐ ܗܘܐ ܢܛܪܐ ܢܡܘܣܐ ܗܘܐ: ܐܝܠܝܢ ܓܒܪܐ ܥܘܠܐ ܒܢܝ ܐܝܙܪܥܝܠ: ܐܝܟܢܐ ܩܒܠܬܘܢ ܐܓܪܬܐ ܕܟܬܝܒ ܒܗ ܨܘܡܐ ܕܥܘܠܐ: ܘܣܗܕܘܬܐ ܒܗ ܚܬܝܡܐ ܕܫܘܩܪܐ ܘܕܢܫܬܦܟ ܕܡܐ. ܒܐܝܢܐ ܕܪܐ ܫܡܥܬܘܢ: ܕܨܘܡܘ ܨܘܡܐ ܘܐܫܘܕܘ ܕܡܐ ܙܟܝܐ. ܠܡܢܐ ܕܝܢ ܠܐ ܐܣܠܝܬܘܢ ܐܓܪܬܐ ܕܥܘܠܐ ܘܣܗܕܘܬܐ ܕܫܘܩܪܐ. ܡܛܠ ܗܢܐ ܐܬܦܪܥ ܐܚܒ ܘܐܝܙܒܠ ܕܡܢ ܩܕܡ ܕܡܗ ܙܟܝܐ ܕܢܒܘܬ ܕܐܫܕܘ: ܘܒܢܝ ܐܝܙܪܥܝܠ ܕܐܬܛܦܝܘ ܠܗ ܠܐܝܙܒܠ ܐܦ ܗܢܘܢ ܐܬܦܪܥܘ ܒܕܝܢܐ ܟܐܢܐ. ܡܬܢܒܐ ܓܝܪ ܗܘܫܥ ܘܐܡܪ: ܕܥܕ ܩܠܝܠ ܐܬܒܥ ܐܢܐ ܕܡܗ ܕܐܝܙܪܥܝܠ ܥܠ ܒܝܬܗ ܕܝܗܘ. ܬܒܥ ܝܗܘ ܕܡܗ ܕܢܒܘܬ ܡܢ ܐܝܕ ܐܝܙܒܠ ܘܡܢ ܒܝܬܗ ܕܐܚܒ. ܘܠܒܢܝ ܐܝܙܪܥܝܠ ܩܛܠ ܐܢܘܢ ܒܒܝܬ ܒܥܠܐ: ܘܐܬܐ ܥܠܝܗܘܢ ܕܡܗ ܕܢܒܘܬ: ܐܝܟ ܕܐܡܪ ܝܗܘ ܒܬܘܒܥܢܐ ܗܘ

fudit; idcirco eodem loco ubi manavit sanguis innoxius, in ieiunio inique indicto, ibi Iezabelis sanguis effusus est, et canes eam devoraverunt; quia vero consiliis eius paruit Achab, huius etiam sanguinem canes ibi linxerunt.

6. Sed si in ipsamet Lege desumpsit et elegit Iezabel quod sibi in iniuria sua prodesse posset, ea quae legem non observabat; vos, viri impii, filii Iezrahelis, quomodo litteras accepistis, in quibus ieiunium iniquitatis, et testimonium mendacii effundendique sanguinis erat consignatum? Qua audistis unquam aetate : Ieiunium servate, et sanguinem innocentem fundite? Quare magis pessimas litteras cum falso testimonio non respuistis? Idcirco repensum est Achab et Iezabeli, propter sanguinem innocentem Naboth, quem effuderunt, iudicium rectum; et filiis Iezrahel, eo quod Iezabeli obsecuti sunt, iustum iudicium pariter est retributum. Vaticinatur enim Oseas, et dicit : *Adhuc modicum, et requiro ego sanguinem super domum Iehu*[1]. Sanguinem Naboth requisivit Iehu de manu Iezabel et de domo Achab, et filios Iezrahel in domo Baalis necavit. Sic venit super eos sanguis Naboth, quemadmodum dixit Iehu in illa retri-

AB] — 2 A ܐܬܟܪܙܘ. — 3 A ܘܐܟܠܘܗ. — 4 A ܐܦ ܕܡܗ ܠܚܟܘ. — 16 A ܐܬܦܪܥܘ. — 23 A ܕܐܝܙܒܠ. — 26 A add. *et sanguis filiorum eius* ܘܕܡܐ ܕܒܢܘܗܝ.

[1] Os. I, 4.

butionis die : *Vespere vidi sanguinem Naboth et sanguinem filiorum eius*[1]. Ipsi enim obtigit retributio; ieiunium autem quod praestiterunt filii Iezrahel in condemnationem versum est.

7. Ieiunium purum Ninivitae quoque observaverunt, quando Ionas paenitentiam eis praedicavit. Scriptum enim est eos, audientes Ionae praedicationem, ieiunium adsiduum indixisse, supplicationemque continuam, saccis cinerique insidentes. Exuerunt vestimenta sua mollia, quorum loco operti sunt saccis. Infantes a matrum suarum uberibus prohibuerunt, pecoraque et armenta a pascuis. Hoc enim refert Scriptura : *Pervenit verbum ad regem Ninives, et surrexit de throno suo, coronam a se deposuit, super sacco sedit, cinereque se inspersit. Et praedicare fecit in Ninive, civitate sua, dicens : Iussu regis et principum eius, homines et iumenta non gustent quidquam, nec pascantur, et ne aquam quidem bibant. Sed induantur saccis homines et iumenta, et cum gemitu ad Deum conclament, ut a nobis iram et furorem avertat, ne pereamus*[2]. Et pergit Scriptura : *Vidit Deus opera eorum, quia conversi sunt de viis suis pessimis, et iram ab eis avertit, nec peremit eos*[3]. Non dicit : Vidit ieiunium panis et aquae, cum saccis et cinere, sed :

ܕܦܘܪܥܢܐ: ܕܒܪܡܫܐ ܚܙܝܬ ܕܡܗ ܕܢܒܘܬ ܘܕܡܐ ܕܒܢܘܗܝ: ܕܦܘܪܥܢܐ ܗܘܐ ܗܘܐ ܠܗ. ܘܗܘܐ ܨܘܡܐ ܕܨܡܘ ܒܢܝ ܐܝܙܪܥܝܠ ܠܚܝܒܘܬܐ܀

ܬܘܒ ܨܡܘ ܒܢܝ ܢܝܢܘܐ ܨܘܡܐ ܕܟܝܐ: ܟܕ ܐܟܪܙ ܠܗܘܢ ܝܘܢܢ ܬܝܒܘܬܐ. ܐܝܟܢܐ ܕܟܬܝܒ ܥܠܝܗܘܢ: ܕܟܕ ܫܡܥܘ ܟܪܘܙܘܬܗ ܕܝܘܢܢ: ܓܙܪܘ ܨܘܡܐ ܐܡܝܢܐ. ܘܒܥܘܬܐ ܐܡܝܢܬܐ ܟܕ ܝܬܒܝܢ ܥܠ ܣܩܐ ܘܩܛܡܐ: ܘܫܠܚܘ ܠܒܘܫܝ ܦܘܢܩܝܗܘܢ ܘܠܒܫܘ ܣܩܐ ܚܠܦܝܗܘܢ: ܘܥܘܠܠܐ ܝܠܘܕܐ ܡܢ ܬܕܝ ܐܡܗܬܗܘܢ: ܘܒܥܝܪܐ ܘܬܘܪܐ ܡܢ ܪܥܝܐ. ܐܝܟܢܐ ܕܟܬܝܒ ܥܠܝܗܘܢ: ܕܡܛܬ ܡܠܬܐ ܠܡܠܟܐ ܕܢܝܢܘܐ: ܘܩܡ ܡܢ ܟܘܪܣܝܗ ܘܫܩܠ ܬܓܗ ܡܢܗ ܘܝܬܒ ܥܠ ܣܩܐ ܘܩܛܡܐ ܪܡ ܥܠܘܗܝ: ܘܐܟܪܙ ܒܢܝܢܘܐ ܡܕܝܢܬܗ ܘܐܡܪ: ܡܢ ܦܘܩܕܢܐ ܕܡܠܟܐ ܘܕܪܘܪܒܢܘܗܝ ܒܢܝܢܫܐ ܘܒܥܝܪܐ ܠܐ ܢܛܥܡܘܢ ܡܕܡ ܘܠܐ ܢܪܥܘܢ ܘܐܦܠܐ ܡܝܐ ܢܫܬܘܢ: ܐܠܐ ܢܬܟܣܘܢ ܣܩܐ ܒܢܝ ܐܢܫܐ ܘܒܥܝܪܐ ܘܢܩܪܘܢ ܠܐܠܗܐ ܒܚܝܠܬܐ: ܘܢܗܦܟ ܡܢܢ ܚܡܬܐ ܘܪܘܓܙܐ ܘܠܐ ܢܐܒܕ. ܘܐܝܟܢܐ ܕܟܬܝܒ: ܕܚܙܐ ܐܠܗܐ ܠܥܒܕܝܗܘܢ ܕܬܒܘ ܡܢ ܐܘܪܚܬܗܘܢ ܒܝܫܬܐ: ܘܐܗܦܟ ܡܢܗܘܢ ܚܡܬܐ ܘܠܐ ܐܘܒܕ ܐܢܘܢ. ܘܠܐ ܐܡܪ: ܕܚܙܐ ܨܘܡܐ ܕܡܢ ܠܚܡܐ ܘܡܢ ܡܝܐ ܘܡܢ ܣܩܐ

AB] — 18 A ܘܪܘܪܒܢܘܗܝ. — 25 A add. ܚܡܬܐ ܕܪܘܓܙܐ.

[1] II (IV) Reg. IX, 26. — [2] Ion. III, 6-9. — [3] *Ib.* III, 10.

ܘܡܛܠܡܢܐ ܐܠܐ: ܕܐܬܦܢܘ ܡܢ ܐܘܪܚܬܗܘܢ ܒܝܫܬܐ ܘܡܢ ܒܝܫܘܬܐ ܕܥܒܕܝܗܘܢ. ܡܛܠ ܕܗܟܢܐ ܐܟܪܙ ܡܠܟܐ ܕܢܝܢܘܐ ܘܐܡܪ: ܕܢܬܦܢܐ ܐܢܫ ܡܢ ܐܘܪܚܗ ܒܝܫܬܐ ܘܡܢ ܚܛܘܦܝܐ ܕܐܝܬ ܒܐܝܕܝܗܘܢ. ܘܗܘܐ ܨܘܡܐ ܕܟܝܐ ܘܐܬܩܒܠ ܨܘܡܐ ܕܨܡܘ ܢܝܢܘܝܐ ܟܕ ܗܦܟܘ ܡܢ ܐܘܪܚܬܗܘܢ ܒܝܫܬܐ ܘܡܢ ܚܛܘܦܝܐ ܕܒܐܝܕܝܗܘܢ: ܘܗܘܐ ܫܦܝܪܐ ܨܘܡܐ ܕܟܝܐ ܕܨܡܘ ܢܝܢܘܝܐ ܘܠܐ ܐܬܕܡܝ ܨܘܡܗܘܢ ܠܕܒܢܝ ܐܝܣܪܝܠ ܕܕܡܐ ܙܟܝܐ ܐܬܐܫܕ ܒܗ܀

ܒܟܠܙܒܢ ܓܝܪ ܚܒܝܒܝ ܨܘܡܐ ܕܡܢ ܒܝܫܬܐ ܟܕ ܢܛܪ ܐܢܫ ܡܝܬܪ: ܗܘ ܡܝܬܪ ܡܢ ܨܘܡܐ ܕܡܢ ܠܚܡܐ ܘܡܝܐ: ܡܝܬܪ ܡܢ ܕܢܡܟ ܐܢܫ ܢܦܫܗ ܘܢܟܦ ܨܘܪܗ ܐܝܟ ܚܘܠܐ ܘܣܩܐ ܘܩܛܡܐ ܢܐܡ ܠܗ ܐܝܟ ܕܐܡܪ ܐܫܥܝܐ. ܟܕ ܨܐܡ ܓܝܪ ܒܪܢܫܐ ܡܢ ܠܚܡܐ ܘܡܝܐ ܘܡܢ ܟܠܗܘܢ ܡܐܟܘܠܬܐ ܘܡܡܟ ܠܗ ܣܩܐ ܘܩܛܡܐ ܘܡܬܐܟܠ: ܪܚܝܡ ܗܘܐ ܘܫܦܝܪ. ܘܡܬܩܒܠ ܕܝܢ ܝܬܝܪ ܫܦܝܪܐ ܟܕ ܢܡܟ ܐܢܫ ܢܦܫܗ ܘܢܫܪܐ ܩܛܪܐ ܕܥܘܠܐ ܘܢܦܫܘܩ ܡܐܣܪܬܐ ܕܢܟܠܐ. ܗܝܕܝܢ ܡܬܦܩܚ ܢܘܗܪܗ ܐܝܟ ܫܡܫܐ: ܐܙܠܐ ܙܕܝܩܘܬܗ ܩܕܡܘܗܝ: ܘܗܘܐ ܐܝܟ ܦܪܕܝܣܐ ܕܢܨܪ ܘܐܝܟ ܡܒܘܥܐ ܕܡܝܐ ܕܠܐ ܦܣܩܝܢ

Quia conversi sunt de viis suis malis, et de malignitate operum suorum. Ea propter, ita pronuntiaverat rex Ninives, et dixerat : *Convertatur vir a via sua prava, et ab iniquitate quae est in manibus eius*[1]. Ecce ieiunium purum; et ita acceptum evasit ieiunium a Ninivitis celebratum, postquam a viis suis pessimis, et ab iniquitate manuum suarum se converterunt. Bene placuit ieiunium purum quod expleverunt Ninivitae, neque adsimilatum est ieiunio Iezrahelitarum, in quo sanguis innoxius effusus est.

8. Semper enim, carissime, ieiunium quo quis ab iniquitatibus abstinet excellens fuit; meliusque est ieiunio panis et aquae, melius quam *si quis se sternat, aut collum quasi uncum incurvet, saccumque et cinerem sibi iniiciat*[2], quemadmodum Isaias dicit. Cum enim quis ieiunat a pane et aqua omnibusque alimentis, cum sternit sibi saccum et cinerem, et affligitur, placens et bonus et gratus efficitur; multo vero melius erit *si animam suam humiliaverit, et vincula dissolverit impietatis, fraudisque fasces diremerit : tunc erumpit lumen eius tanquam sol, praeit ante eum iustitia eius, et est velut paradisus exsultans, ac sicut fons aqua-*

AB] — 14 A ܨܘܡܐ ܕܠܚܡܐ. — 17 A add. *propheta* ܢܒܝܐ ܐܫܥܝܐ. — 20 A ܘܛܒܐ — *Ib.* A ܡܬܪܥܝܢܐ — 22 A ܡܐܣܪܬܗ — *Ib.* A add. ܗܘ ܕܝܢ. — 23 A ܘܐܙܠܐ ܩܕܡܘܗܝ ܙܕܝܩܘܬܗ

[1] Ion. III, 8. — [2] Is. LVIII, 5.

rum, cuius undae non deficiunt[1]; neque adsimilatur hypocritis qui denigrant faciem suam, deturpant vultum, suumque ieiunium palam profitentur.

9. Sed vide ⸢sectatores⸣ falsarum disciplinarum, quae sunt instrumenta maligni; ieiunant, peccata commemorant[2], mercedis vero datorem non habent. Quisnam etenim mercedem rependet Marcioni, qui Auctorem nostrum bonum non confitetur? Quis ieiunium remunerabitur Valentini, qui plures fuisse praedicat auctores suos, dicitque Deum perfectum ore non appellari, neque mente investigari. Sed et filiis tenebrarum, impii Manetis scholae, mercedem quis retribuet, qui, serpentium more, in tenebris manent, et Chaldaeorum artes ac babylonicas exercent disciplinas? Ieiunant quidem hi omnes, sed eorum ieiunium acceptum non fit.

10. Sed audi, amice, tibique ieiunium ostendam acceptabile quod ieiunaverunt Mardochaeus et Esther, quodque omnibus filiis populi eorum clipeus salutis evasit, quo et Aman, conturbatoris sui, retuderunt superbiam; huius iniquitas in caput ipsius versa est, ac prava eius consilia sunt in ipsum retorta. Iudicio quo iudicare voluerat iudicatus est, mensura qua metiri intendebat, demensum

ܡܟܕܒܝܢ. ܘܠܐ ܡܬܕܡܐ ܠܢܣܒܝ ܒܐܦܐ ܕܡܚܡܝܢ ܐܦܝܗܘܢ ܘܡܚܒܠܝܢ ܦܪܨܘܦܝܗܘܢ ܘܡܘܕܥܝܢ ܨܘܡܗܘܢ܀

ܗܐ ܓܝܪ ܐܦ ܡܘܠܦܢܐ ܕܒܝܫܐ ܡܐܢܘܗܝ ܕܨܝܡܐ ܨܝܡܝܢ ܘܡܕܟܪܝܢ ܚܛܗܝܗܘܢ: ܘܦܪܘܥ ܐܓܪܐ ܠܝܬ ܠܗܘܢ. ܡܢܘ ܓܝܪ ܢܬܠ ܐܓܪܐ ܠܡܪܩܝܘܢ ܕܠܐ ܡܘܕܐ ܒܛܒܐ ܠܒܪܘܝܢ܆ ܘܡܢܘ ܠܗ ܢܦܪܥܝܘܗܝ ܨܘܡܗ ܠܘܠܢܛܝܢܘܣ ܕܡܟܪܙ ܕܣܓܝܐܐ ܐܝܬ ܒܪܘܝܗܘܢ: ܘܐܡܪ ܕܐܠܗܐ ܡܫܡܠܝܐ ܠܐ ܡܬܡܠܠ ܒܦܘܡܐ: ܘܒܪܥܝܢܐ ܠܐ ܡܬܒܨܐ܆ ܘܐܦ ܠܡܢܘ ܢܬܠ ܦܘܪܥܢܐ ܠܒܢܝ ܚܫܘܟܐ ܝܘܠܦܢܗ ܕܡܐܢܝ ܪܫܝܥܐ: ܕܥܡܪܝܢ ܒܚܫܘܟܐ ܐܝܟ ܚܘܘܬܐ ܘܦܠܚܝܢ ܟܠܕܝܘܬܐ ܝܘܠܦܢܐ ܕܒܒܠ. ܗܐ ܟܠܗܘܢ ܨܝܡܝܢ ܨܘܡܐ ܘܠܐ ܡܬܩܒܠ ܨܘܡܗܘܢ܀

ܬܘܒ ܫܡܥ ܚܒܝܒܝ: ܐܚܘܝܟ ܨܘܡܐ ܡܩܒܠܐ ܕܨܡܘ ܡܪܕܟܝ ܘܐܣܬܝܪ: ܘܗܘܐ ܨܘܡܗܘܢ ܬܪܣܐ ܕܦܘܪܩܢܐ ܠܟܠܗܘܢ ܒܢܝ ܥܡܗܘܢ: ܘܒܗ ܡܟܟܘ ܫܘܒܗܪܗ ܕܗܡܢ ܡܫܓܫܢܗܘܢ: ܘܗܦܟ ܥܘܠܗ ܒܪܫܗ: ܘܗܦܟܘ ܒܗ ܡܚܫܒܬܗ ܕܒܝܫܬܐ: ܘܕܝܢܐ ܕܨܒܐ ܠܡܕܢ ܐܬܕܝܢ: ܘܟܝܠܐ ܕܨܒܐ ܠܡܟܠܘ ܐܬܟܝܠ ܠܗ: ܘܐܝܟ ܕܐܛܝܒ ܠܡܨܠܒ ܐܨܛܠܒ ܠܗ:

AB] — 8 B om. ܠܗ. — 9 B ܠܘܠܢܛܝܢܘܣ — 15 A ܘܝܘܠܦܢܐ ܕܒܝܬ ܒܒܠ.

[1] Is. LVIII, 6, 8, 10, 11. — [2] Cf. Hebr. x, 3.

ܘܐܬܦܚ ܒܚܒܠܐ ܕܚܛܗܘܗܝ: ܘܕܐܫܬܒܗܪ ܒܥܘܬܪܗ ܠܐ ܠܘܝܗܝ: ܘܚܟܡܬܗ ܠܐ ܦܪܩܬܗ: ܘܕܐܬܚܟܡ ܠܒܝܫܬܐ ܓܐܘܬܗ ܐܬܡܟܟܬ: ܘܥܒܪܬ ܡܢܗ ܝܩܪܗ: ܘܫܘܦܪܗ ܐܬܬܒܪ: ܘܥܫܝܢܘܬܗ ܐܬܡܟܟܬ: ܘܡܚܘܬܐ ܕܨܒܐ ܠܡܡܚܝܘ ܐܬܡܚܝ: ܘܩܛܠܐ ܕܨܒܐ ܠܡܩܛܠ ܐܬܩܛܠ: ܡܛܠ ܕܨܒܐ ܕܢܘܒܕ ܠܟܠܗܘܢ ܝܗܘܕܝܐ ܕܐܝܬ ܒܫܘܠܛܢܗ ܕܐܚܫܝܪܫ ܡܠܟܐ. ܘܗܘܐ ܨܘܡܗܘܢ ܕܡܪܕܟܝ ܘܕܐܣܬܝܪ ܬܪܣܐ ܘܩܒܠܬ ܓܐܖ̈ܘܗܝ ܕܗܡܢ. ܘܗܘ ܒܥܘܠܗ ܐܬܐܚܕ: ܘܣܝܦܐ ܡܫܠܦܐ ܥܠ ܠܒܗ: ܘܩܫܬܗ ܕܡܬܚܐ ܗܘܬ ܠܚܘܒܐ ܐܬܬܒܪܬ: ܐܝܟ ܕܟܬܝܒ ܥܠ ܪ̈ܫܝܥܐ: ܕܣܝܦܗܘܢ ܬܥܘܠ ܠܠܒܗܘܢ ܘܩܫܬܬܗܘܢ ܬܬܬܒܪ. ܗܕܐ ܐܬܩܝܡܬ ܠܘܬܗ ܕܗܡܢ: ܕܟܕ ܐܩܝܡ ܨܠܝܒܐ ܠܡܪܕܟܝ ܘܠܒܢܘܗܝ ܐܨܛܠܒ ܠܘܬܗ ܗܡܢ ܘܒܢܘܗܝ: ܘܐܬܚܕ ܒܓܘܡܨܐ ܕܥܒܕ ܘܐܬܨܝܕ ܒܦܚܐ ܕܛܫܐ ܘܡܨܝܕܬܗ ܠܘܬܗ ܐܬܦܪܣܬ ܘܢܦܠ ܒܡܨܝܕܘܗܝ ܕܥܘܠܐ ܘܗܘܐ ܣܘܦܗ ܠܥܠܡ܀

ܘܠܡܢܐ ܕܝܢ ܚܒܝܒܝ ܫܐܠ ܗܡܢ ܘܒܥܐ ܡܢ ܡܠܟܐ ܕܟܠܗܘܢ ܝܗܘܕܝܐ

est ei, et sicuti facere meditabatur, ipsi accidit. Peccatorum suorum laqueo constrictus est; divitiae in quibus gloriabatur non sunt eum comitatae, suaque eum non salvavit sapientia. Eo quod sollers fuit mali, superbia eius demissa est, recessit ab eo gloria eius, splendor eius subrutus est, et fortitudo eius humiliata; plaga quam volebat infligere percussus est, et interitu quem afferre cogitabat ipse est peremptus, eo quod intendebat Iudaeos omnes interficere, qui regis Assueri suberant imperio. Factumque est ieiunium Mardochaei et Esther clipeus, Aman excipiens tela. Ipse Aman in iniquitate sua comprehensus est, funestus gladius cordi eius se infixit, arcus eius ad peccatum contensus, perfractus est, prout scribitur adversus impios : *Gladius eorum intret in corda eorum, et arcus eorum confringantur*[1]. Id autem adversus Aman impletum est, cum constituto in Mardochaeum et liberos eius patibulo Aman ipse cum filiis suis est suspensus. In fovea quam fecerat impeditus est, rete quod absconderat illaqueatus; pedica eius adversus eum explicata est, in laqueos iniquitatis incidit, et in aeternum periit.

11. Quare autem, carissime, rogavit Aman et expostulavit a rege ut Iudaei

AB] — 3 A ܕܐܫܬܒܗܪ. — 4 A ܘܐܬܚܟܡ. — 6 A ܠܡܡܚܝܘ]ܠܡܡܚܐ. 10 A ܕܐܚܫܝܪܫ. — 14 A add. ܠܗ]ܗܘܬ. — 22 A *ingressus est* ܘܥܠ]ܘܢܦܠ.

[1] Ps. XXXVII (XXXVI), 15.

omnes interirent? nisi quod filios populi sui ultione moliretur vindicare, et Israelitarum nomen delere, sicut deleta est memoria Amalec sub caelo. Aman quippe superstes remanebat de Amalecitis, nam scriptum est Aman filium fuisse Amadati Agagaei [1]. Et dum apud Assuerum regem honoribus iste amplificabatur, Mardochaeus ad regis portam tota die adsidebat, propter pupillam suam Esther, quae adducta fuerat, et regi Assuero prae cunctis virginibus, sociis suis, placuerat; atque ingressa, loco Vasthi reginae sedit; Mardochaeus autem portae regis primus quotidie adsidebat. Porro Aman tertius erat a rege, et in universo eius regno honoratus; et quicumque in regis foribus versabantur, ubi Aman videbant, procumbentes eum adorabant. At Mardochaeus in conspectu eius non surgebat; voluit ergo ille ob eam causam de filiis populi eius ultionem sumere, atque Amalecitarum vindictam repetere. Genus namque ducebat Aman ab Agag, rege Amalec, illo quem Saul adduxit, et Samuel coram Domino in frusta laniavit [2]. Mardochaeus vero de stirpe erat Saulis, de tribu Benjamin, et de filiis Cis [3]. Quoniam ergo Saul Amalecitas de-

ܢܐܒܕܘܢ܂ ܐܠܐ ܢܩܡܬܐ ܕܒܢܝ ܥܡܗ ܒܥܐ ܕܢܬܒܥ ܘܢܥܛܐ ܫܡܐ ܕܒܢܝ ܐܝܣܪܝܠ ܐܝܟ ܕܐܬܥܛܝ ܕܘܟܪܢܗ ܕܥܡܠܝܩ ܡܢ ܬܚܝܬ ܫܡܝܐ܂ ܘܐܫܬܪܝ ܗܘܐ ܗܡܢ ܫܪܟܐ ܡܢ ܥܡܠܝܩܝܐ܂ ܕܟܬܝܒ ܓܝܪ ܥܠܘܗܝ܃ ܕܗܡܢ ܒܪ ܗܡܕܬܐ ܐܓܓܝܐ ܟܕ ܥܡ ܡܠܟܐ ܐܚܫܝܪܫ ܡܝܩܪܐ ܐܬܪܘܪܒ ܗܘܐ܂ ܡܪܕܟܝ ܒܬܪܥܐ ܕܡܠܟܐ ܝܬܒ ܗܘܐ ܒܟܠܝܘܡ ܡܛܠ ܕܐܬܪܒܝܬܗ ܐܣܬܪ ܕܐܬܕܒܪܬ ܘܫܦܪܬ ܠܡܠܟܐ ܐܚܫܝܪܫ ܝܬܝܪ ܡܢ ܟܠܗܝܢ ܒܬܘܠܬܐ ܚܒܪܬܗ܃ ܘܥܠܬ ܝܬܒܬ ܚܠܦ ܘܫܬܝ ܡܠܟܬܐ܂ ܘܗܘ ܡܪܕܟܝ ܒܟܠܝܘܡ ܡܩܕܡ ܗܘܐ ܝܬܒ ܒܬܪܥܐ ܕܡܠܟܐ܂ ܘܗܡܢ ܬܠܝܬܝܐ ܗܘܐ ܕܡܠܟܐ ܘܡܝܩܪ ܗܘܐ ܒܟܠܗ ܡܠܟܘܬܗ܂ ܘܟܠ ܐܢܫ ܕܐܬܐ ܠܬܪܥܐ ܕܡܠܟܐ ܟܕ ܚܙܐ ܗܘܐ ܠܗ ܠܗܡܢ ܢܦܠ ܗܘܐ ܘܣܓܕ ܩܕܡܘܗܝ܂ ܘܡܪܕܟܝ ܠܐ ܩܐܡ ܗܘܐ ܡܢ ܩܕܡܘܗܝ܃ ܡܛܠܗܕܐ ܒܥܐ ܗܘܐ ܕܒܗܕܐ ܥܠܬܐ ܢܬܒܥ ܒܒܢܝ ܥܡܗ ܘܢܬܒܥ ܬܒܥܬܗ ܕܥܡܠܩܝܐ܃ ܡܛܠ ܕܗܡܢ ܡܢ ܓܢܣܐ ܗܘܐ ܕܐܓܓ ܡܠܟܐ ܕܥܡܠܝܩ ܗܘ ܕܐܝܬܝ ܫܐܘܠ ܘܦܣܩܗ ܫܡܘܐܝܠ ܩܕܡ ܡܪܝܐ܂ ܘܡܪܕܟܝ ܐܝܬܘܗܝ ܗܘܐ ܡܢ ܫܪܒܬܐ ܕܒܝܬ ܫܐܘܠ

AB] 1 A add. [illegible]. 2 A [illegible]. 3 A [illegible]. — 4 B [illegible]. — 7 A [illegible]. — 9 A [illegible] cum puncto super ܗ et littera ܕ secunda manu additis. — 10 A [illegible] sic. — 11 A [illegible]. — 13 A [illegible]. — 16 A om. [illegible].

[1] Esth. III, 1. — [2] I Sam. XV, 33. — [3] Esth. II, 5.

ܡܢ ܩܛܠܐ ܕܝܗܘܕܝܐ ܡܢ ܒܬܪ ܗܟܢ: ܡܛܠ ܕܚܙܐ ܥܘܠܐ ܠܥܡܠܩܝܐ. ܡܪܕܐ ܗܘܐ ܗܡܢ ܕܢܬܒܥ ܢܩܡܬܐ ܕܒܢܝ̈ ܥܡܗ ܡܢ ܐܝ̈ܕܝ ܐܝܣܪܝܠ ܘܩܛܠܗ ܕܐܓܓܝ ܡܢ ܐܝ̈ܕܝ ܡܪܕܟܝ. ܘܠܐ ܝܕܥ ܗܡܢ ܗܘܐ ܛܦܫܐ ܗܘ ܕܥܠܘܗܝ ܥܠ ܥܡܠܝܩ ܕܢܬܒܛܠ ܕܘܟܪܢܗ ܡܢ ܬܚܝܬ ܫܡܝܐ. ܟܬܝܒ ܓܝܪ ܒܢܡܘܣܐ ܩܕܝܫܐ: ܕܐܡܪ ܐܠܗܐ ܠܡܘܫܐ: ܐܡܪ ܠܝܫܘܥ ܒܪ ܢܘܢ ܘܢܓܒܐ ܠܗ ܓܒܪ̈ܐ ܘܢܦܘܩ ܩܪܒܐ ܥܡ ܥܡܠܝܩ. ܘܐܙܕܝܢ ܝܫܘܥ ܘܥܒܕ ܩܪܒܐ ܥܡ ܥܡܠܝܩ: ܘܐܙܕܟܝ ܥܡܠܝܩ ܒܪܫܡܐ ܕܙܩܝܦܐ ܟܕ ܦܫܝܛܢ ܐܝ̈ܕܘܗܝ ܕܡܘܫܐ. ܘܟܕ ܐܬܩܛܠܘ ܗܢܘܢ ܕܢܦܩܘ ܠܩܪܒܐ ܐܫܬܚܪܘ ܡܢܗܘܢ ܫܪܟܐ ܒܝܬ ܡܫܪܝܬܗܘܢ. ܗܝܕܝܢ ܐܡܪ ܡܪܝܐ ܠܡܘܫܐ: ܟܬܘܒ ܣܦܪܐ ܕܕܘܟܪܢܐ ܘܣܝܡ ܩܕܡ ܝܫܘܥ ܒܪ ܢܘܢ: ܡܛܠ ܕܡܥܛܐ ܥܛܐ ܐܢܐ ܕܘܟܪܢܗ ܕܥܡܠܝܩ ܡܢ ܬܚܝܬ ܫܡܝܐ. ܘܐܓܪ ܪܘܚܗ ܐܠܗܐ ܥܡ ܥܡܠܩܝܐ ܕܟܒܪ ܢܫܡܥܘܢ ܕܟܬܝܒ ܒܟܬܒܘܗܝ ܩܕܝܫܐ ܕܐܠܗܐ ܕܐܡܪ: ܕܡܥܛܐ ܥܛܐ ܐܢܐ ܠܗܘܢ ܠܥܡܠܩܝܐ ܘܢܬܘܒܘܢ ܠܘܬܗ ܘܢܬܦܢܐ ܠܘܬܗܘܢ. ܐܠܘ ܓܝܪ ܬܒܘ ܐܝܟ ܗܘܐ ܬܝܒܘܬܐ ܐܝܟ ܕܗܘܬ ܬܝܒܘܬܐ ܠܢܝܢܘܝܐ ܟܕ

leverat, Aman populares suos ab Israel optabat vindicare, et a Mardochaeo Agagi caedem. Nesciebat autem vesanus adversus Amalec decretum fuisse ut deleretur sub caelo memoria eius. Scriptum namque est in lege sacra : *Ait Dominus Moysi : Dicito ad Iosue filium Num, ut eligat sibi viros, ac praelium ineat contra Amalec*[1]. Et armavit se Iosue, pugnavitque adversus Amalec, et superatus est Amalec crucis signo, Moyse manus suas extendente. Sed occisis illis qui exierant ad praelium, aliqui in domibus suis superstites relicti sunt. Tum dixit Dominus Moysi : *Scribe librum memorialem, et pone illum in conspectu Iosue filii Num; nam delendo delebo memoriam Amalec sub caelo*[2]. Verum longanimem se praestitit Deus erga Amalecitas, ut id forte audirent quod scriptum est in libris sanctis Dei, videlicet : *Delendo delebo Amalecitas*[3]; atque ad eum redirent, illeque ad eos converteretur. Si enim resipuissent, eadem peracta fuisset conversio quae Ninivitis facta est, qui, cum excidium eis Deus minaretur, paenitentiam palam exhibuerunt, et iram suam ab eis avertit; eo etiam modo quo foedus Gabaonitis concessum est, qui cum Chananaeis non

AB] — 2 A ܠܥܡܠܩܝܐ ܥܘܠܐ. — 4 A om. ܐܝ̈ܕܝ..... ܐܝܣܪܝܠ, unde lectio : *Aman populares suos a Mardochaeo optabat vindicare.* — 10 A ܢܓܒܐ. — 11 A add. *filius Nun* ܒܪ ܢܘܢ ܝܫܘܥ. — 20 A ܘܐܓܪ. — 22 B om. ܐܢܐ. — 24 A ܗܘܐ ܠܗܘܢ ܐܝܟ ܬܝܒܘܬܐ. *Ib.* A add. ܗܘ ܓܝܪ.

[1] Ex. XVII, 9. — [2] *Ib.* XVII, 14. — [3] *Ib.* XVII, 14 et cf. Num. XXIV, 20.

perierunt, et sicut indulta est paenitentia Rahab eo quod credidit, ita et Amalecitis paenitentia tributa fuisset si credidissent, dum annos quadringentos magno animo in eos egit. Sed tantum post temporis spatium, cum eos haud resipiscentes videret, incessit eis ira eius, et omnium quae Moyses in sacro libro suo designaverat memoriam revocavit. Saule enim ad regnum provecto, ait Deus Samueli : *Dic ei quod omnium ego memini quae fecit vobis Amalec, quando de Aegypto exiistis, et gladio vos aggressus est. Nunc ergo vade, et scelestum Amalec destrue*[1]. Ivitque Saul, et percussit Amalec; quia vero misericordiam egit in Amalec, a regno suo repudiatus est; nam ex eis superstitem omisit. Porro Aman ille de domo exibat Agag illius, cui pepercerat Saul; Mardochaeus vero ad Saulis stirpem pertinebat, qui familiam Agag deleverat.

12. Sunt autem, carissime, qui Mardochaeo reprehensionem immittant, dicentes : Quare non adsurgebat ante Aman, qui totius regni honore colebatur? Quid damni accepisset si honorem ei exhibuisset? Addunt insuper : Si ante

ܡܛܠ ܕܠܗܘܢ ܘܦܘܩܕܢܐ ܘܥܒܪܘ ܬܝܒܘ ܠܬܝܒܘܬܐ ܘܐܘܩܝ ܢܬܠܗ ܡܢܗܘܢ: ܘܐܝܟ ܕܐܬܝܗܒܬ ܬܝܒܘܬܐ ܠܢܝܢܘܝܐ ܘܠܐ ܐܬܒܘ ܟܕ ܡܢܚܢܝܢ: ܘܐܝܟ ܕܐܬܝܗܒܬ ܬܝܒܘܬܐ ܠܪܚܒ ܕܗܝܡܢܬ: ܘܐܦ ܠܥܡܠܩܝܐ ܡܬܝܗܒܐ ܗܘܬ ܠܗܘܢ ܬܝܒܘܬܐ ܐܠܘ ܗܝܡܢܘ ܟܕ ܐܪܝܟ ܠܗܘܢ ܪܘܚܐ ܐܪܒܥܡܐ ܫܢܝܢ: ܘܡܢ ܒܬܪ ܕܗܢܐ ܟܠܗ ܙܒܢܐ ܟܕ ܚܙܐ ܕܠܐ ܬܒܘ ܐܬܥܠܝܬ ܠܗܘܢ ܚܡܬܗ ܘܐܬܕܟܪ ܡܕܡ ܕܪܫܡ ܡܘܫܐ ܒܣܦܪܗ ܩܕܝܫܐ. ܟܕ ܩܡ ܫܐܘܠ ܒܡܠܟܘܬܐ ܐܡܪ ܐܠܗܐ ܠܫܡܘܐܝܠ: ܐܡܪ ܠܗ: ܕܟܝܪ ܐܢܐ ܡܕܡ ܕܥܒܕ ܠܟܘܢ ܥܡܠܩ ܟܕ ܢܦܩܬܘܢ ܡܢ ܡܨܪܝܢ ܘܐܬܟܘܢ ܒܚܪܒܐ: ܗܫܐ ܙܠ ܚܪܘܒ ܠܚܛܝܐ ܥܡܠܩܝܐ. ܘܐܙܠ ܫܐܘܠ ܘܚܪܒ ܠܥܡܠܩܝܐ. ܘܡܛܠ ܕܥܒܕ ܫܐܘܠ ܡܪܚܡܢܘܬܐ ܥܠ ܥܡܠܩܝܐ ܐܫܬܠܝ ܡܢ ܡܠܟܘܬܗ ܡܛܠ ܕܫܒܩ ܡܢܗܘܢ ܫܪܟܐ. ܘܗܘ ܗܡܢ ܫܪܟܐ ܗܘܐ ܕܒܝܬ ܐܓܓ ܕܚܣ ܫܐܘܠ: ܘܡܪܕܟܝ ܡܢ ܫܪܒܬܐ ܗܘܐ ܕܒܝܬ ܫܐܘܠ ܕܗܘ ܚܪܒ ܠܒܝܬ ܐܓܓ܀

ܘܐܝܬ ܐܢܫܐ ܚܒܝܒܝ ܕܡܥܠܝܢ ܥܕܠܐ ܥܠ ܡܪܕܟܝ ܘܐܡܪܝܢ: ܕܠܡܢܐ ܠܐ ܩܐܡ ܗܘܐ ܡܢ ܩܕܡ ܗܡܢ ܕܗܘ ܡܝܩܪܐ ܗܘܐ ܒܟܠܗ ܡܠܟܘܬܐ܆ ܘܡܢܐ ܟܡ ܡܬܚܣܪ ܗܘܐ ܐܠܘ ܝܩܪ ܗܘܐ ܠܗ ܐܝܩܪܐ܆ ܘܐܡܪܝܢ

AB| — 2 A ܘܐܘܩܕܘ — 9 B ܐܬܕܟܪ. — 10 B ܒܣܦܪܐ. — 11 B ܘܐܡܪ. — *Ib.* A ܠܫܡܘܐܝܠ. — 12 A ܕܕܟܝܪ. — 13 A om ܠܟܘܢ. — 21 A ܕܗܘ ܚܪܒ ܠܒܝܬ.

[1] I Sam. XV, 2. 3.

ܐܡܪܢܢ: ܕܐܠܘ ܡܪܕܘܟܝ ܩܐܡ ܗܘܐ ܡܢ ܩܕܡ ܗܡܢ ܗܕܐ ܒܝܫܬܐ ܠܐ ܡܬܚܫܒ ܗܘܐ ܥܠ ܡܪܕܘܟܝ ܘܥܠ ܒܢܝ ܥܡܗ. ܗܡܢ ܕܝܢ ܐܡܪ ܗܠܝܢ ܘܠܐ ܝܕܥ ܚܝܠܗ ܕܡܠܬܐ. ܡܪܕܘܟܝ ܕܝܢ ܐܝܟ ܓܒܪܐ ܙܕܝܩܐ ܘܢܛܪ ܢܡܘܣܐ ܥܒܕ ܗܕܐ: ܘܠܐ ܩܡ ܡܢ ܩܕܡ ܗܡܢ ܥܘܠܐ ܡܛܠ ܕܚܪ ܒܫܐܘܠ ܪܫ ܫܪܒܬܗ: ܕܡܛܠ ܕܥܒܕ ܚܢܢܐ ܥܠ ܐܓܓ ܡܠܟܐ ܪܫܝܥܐ ܕܗܡܢ ܐܒܐ ܡܢ ܡܠܟܘܬܗ ܗܘܐ ܠܡܦܩܗ ܘܪܘܓܙܐ. ܐܦ ܡܪܕܘܟܝ ܐܠܘ ܥܒܕ ܐܝܩܪܐ ܠܗܡܢ ܥܘܠܐ ܡܛܠ ܗܘܐ ܥܠܘܗܝ ܪܘܓܙܐ ܐܝܟ ܕܒܫܐܘܠ܀

ܘܡܛܠܐ ܕܝܢ ܚܒܝܒܝ ܡܢ ܟܠܗܘܢ ܥܡܡܐ ܒܠܚܘܕ ܥܡܠܝܩ ܢܦܩ ܠܐܘܪܥܗ ܕܐܝܣܪܝܠ ܠܩܪܒܐ. ܗܟܢܐ ܓܝܪ ܪܢܐ ܗܘܐ ܥܡܠܝܩ: ܕܢܦܘܩ ܘܢܚܪܘܒ ܠܒܢܝ ܝܥܩܘܒ ܘܢܥܩܪ ܐܢܘܢ ܠܒܘܪܟܬܗ ܕܐܝܣܚܩ. ܕܚܝܠ ܗܘܐ ܓܝܪ ܡܢ ܫܘܥܒܕܗܘܢ ܕܒܢܝ ܝܥܩܘܒ. ܗܟܢܐ ܓܝܪ ܐܡܪ ܐܝܣܚܩ ܠܥܣܘ: ܕܠܝܥܩܘܒ ܐܚܘܟ ܬܦܠܘܚ: ܘܐܢ ܬܬܘܒ ܬܦܪܘܩ ܢܝܪܗ ܡܢ ܨܘܪܟ. ܡܛܠ ܗܢܐ ܗܘܐ ܝܕܥ ܕܥܡܠܝܩ ܒܪ ܕܪܚܡܬܗ ܗܘܐ ܕܐܠܝܦܙ ܒܪ ܥܣܘ: ܘܠܐ ܨܒܐ ܗܘܐ ܕܢܫܬܥܒܕ ܠܒܢܝ ܝܥܩܘܒ. ܘܡܛܠܐ ܕܝܢ ܚܒܝܒܝ ܐܡܪ ܐܝܣܚܩ ܠܥܣܘ:

Aman Mardochaeus surrexisset, malum istud contra Mardochaeum et filios populi eius non esset ille machinatus. Loquens autem talia, quid res sibi velit non apprehendit. Mardochaeus haec egit tanquam vir iustus et custodiens Legem. In conspectu Aman iniqui non surrexit, eo quod ad Saulem, generis sui auctorem, attenderet, qui cum regis Agag, impii Aman proavi, misertus esset, de regno suo deiectus est, eique ira supervenit. Similiter et super Mardochaeum ira, si Aman, viro nequam, honorem exhibuisset, sicut in Saulem exorta fuisset.

13. Sed qua de causa, carissime, prae ceteris populis Amalec in occursum Israelis ad praeliandum egressus fuerat? Haec profecto excogitavit Amalec: Egrediamur et deleamus filios Iacob; et benedictiones Isaac evertamus; nam a servitute filiorum Iacob metuebat. Dixerat enim Isaac ad Esau : *Iacob fratri tuo servies; sed si conversus fueris, iugum eius a cervice tua auferetur*[1]. Te autem oportet scire Amalec filium fuisse concubinae Eliphaz, filii Esau; nolebat itaque filiis Iacob servire. Et quare, amice, dixerat Isaac ad Esau : *Iacob fratri tuo servies?* Id ipse ostendit sermo : quia scilicet uxo-

AB] · 2 A add. malum *omne* ܟܠܗ ܒܝܫܬܐ. — 8 A etiam ܘܡܛܠ, sed ܘ cum ܕ secunda manu addito.
10 A ܘܐܦ. 15 A om. ܗܘܐ.

[1] Gen. XXVII, 40.

ܕܟܢܥܢܝܐ ܐܣܒ ܥܣܘ܀ ܡܛܠܬܐ ܓܝܪ ܗܘܝܐ ܡܕܘܒܪܐ: ܡܛܠ ܕܢܣܒ ܫܡܥܘ ܢܩܘܦܘܢ ܡܢ ܒܢܬܗ ܡܢܟ ܕܟܢܥܢ ܗܘܐ ܠܢܘܚ ܐܒܘܗܝ. ܢܘܚ ܓܝܪ ܐܡܪ ܠܗ ܢܘܚ: ܕܥܒܕ ܥܒܕܝܢ ܬܗܘܐ ܠܐܚܝܟ. ܡܛܠ ܓܝܪ ܕܝܕܥܝܢ ܗܘܘ ܐܒܪܗܡ ܘܐܝܣܚܩ ܕܟܢܥܢܝܐ ܐܝܟ ܕܠܝܛܝܢ ܠܐ ܢܣܒܘ ܡܢ ܒܢܬܗܘܢ ܠܒܢܝܗܘܢ. ܠܐ ܓܝܪ ܐܒܪܗܡ ܢܣܒ ܠܐܝܣܚܩ ܐܦ ܠܐ ܐܝܣܚܩ ܠܝܥܩܘܒ: ܡܛܠ ܕܠܐ ܢܬܚܠܛ ܙܪܥܐ ܠܝܛܐ ܕܟܢܥܢܝܐ ܥܡ ܙܪܥܐ ܕܫܝܡ ܕܡܒܪܟ ܗܘܐ ܡܢ ܢܘܚ. ܡܛܠ ܗܢܐ ܨܒܐ ܗܘܐ ܥܡܠܝܩ ܒܪ ܐܠܝܦܙ ܒܪ ܥܣܘ ܕܢܒܛܠ ܠܘܛܬܗ ܕܢܘܚ ܘܒܘܪܟܬܗ ܕܐܝܣܚܩ ܘܢܩܪܘܒ ܥܡ ܒܢܝ ܝܥܩܘܒ. ܐܦ ܠܗܕܐ ܟܬܒܗ ܥܠ ܥܡܠܝܩ ܕܒܝܕ ܒܢܝ ܪܚܝܠ ܢܬܚܒܠ ܕܘܟܪܢܗ ܕܥܡܠܝܩ. ܩܕܡܝܬ ܐܬܟܬܫ ܥܡܗܘܢ ܝܫܘܥ ܒܪ ܢܘܢ ܡܢ ܫܒܛܐ ܕܝܘܣܦ: ܘܒܬܪܗ ܫܐܘܠ ܡܢ ܒܢܝ ܒܢܝܡܝܢ. ܘܫܪܟܐ ܕܝܠܗܘܢ ܓܡܪ ܡܪܕܟܝ ܒܨܘܡܗ. ܡܢ ܟܠܗܘܢ ܓܝܪ ܒܢܝ ܥܣܘ ܒܠܚܘܕ ܥܡܠܝܩ ܨܒܐ ܕܢܩܪܘܒ ܥܡ ܒܢܝ ܝܥܩܘܒ: ܘܕܘܟܪܢܗ ܗܘ ܕܐܬܚܒܠ ܐܒܕ. ܚܙܝ ܕܒܨܘܡܗ ܕܡܪܕܟܝ ܘܕܐܣܬܪ ܐܬܚܒܠ ܗܡܢ ܡܢ ܪܒܘܬܗ ܘܐܒܕ ܫܪܟܐ ܕܥܡܠܝܩܝܐ: ܘܢܣܒ ܡܪܕܟܝ ܐܦܪܝܘܢ ܕܗܡܢ ܘܗܘܐ ܪܒܐ ܒܟܠܗ ܡܠܟܘܬܗ

res suas acceperat Esau de filiabus Chanaan, cui maledixerat Noe, pater eius. Ei enim dixerat Noe : *Servus servorum eris fratribus tuis*[1]. Scientes igitur Abraham et Isaac Chananaeos maledictos fuisse, filias eorum filiis suis non acceperunt uxores. Talem enim Abraham Isaaco nullatenus sumpsit, neque Isaac Iacobo, ne maledictum Chananaeorum semen cum progenie Sem, cui Noe benedixerat, commisceretur. Ideirco voluit Amalec, filius Eliphaz, filii Esau, maledictiones Noe et benedictiones Isaac irritas reddere, et filios Iacob adoriri. Unde merito adversus Amalec scripsit Deus memoriam eorum per filios Rachel destructum iri[2]. Primum contra eos depugnavit Iosue filius Nun, de tribu Ioseph; ac postea Saul, de filiis Beniamin. Residuos tandem eorum Mardochaeus ieiunio suo confecit. Ex omnibus siquidem Esau filiis, [solus] Amalec cum filiis Iacob voluit contendere, et memoria eius exstincta est. Vide quomodo, per ieiunium Mardochaei et Esther, Aman fuerit a dignitate sua deiectus, Amalecitarum perierint reliquiae, Mardochaeus munia Aman susceperit, et in universo Assueri imperio magnus effectus fuerit,

ABD. — 1 A ܡܛܠܬܐ ܕܟܢܥܢ. — 2 A ܘܢܘܚ cum ܘ secunda manu addito. — 9 13 A ܐܦ.

[1] Gen. IX, 25. — [2] Locis supra citatis add. Deut. XXV, 19.

ܕܐܚܫܝܪܫ: ܘܐܣܬܝܪ ܗܘܬ ܡܠܟܬܐ ܚܠܦ ܘܫܬܝ܀

ܐܦ ܕܢܝܐܝܠ ܨܡ ܨܘܡܐ ܡܩܒܠܐ ܬܠܬܐ ܫܒܘܥܝܢ ܕܝܘܡܬܐ ܥܠ ܐܦܝ ܥܡܗ ܕܠܐ ܢܗܘܐ ܠܗܘܢ ܢܘܓܪܐ ܒܒܒܠ ܝܬܝܪ ܡܢ ܫܒܥܝܢ ܫܢܝܢ. ܘܒܨܘܡܗ ܕܥܣܪܝܢ ܘܚܕ ܝܘܡܝܢ ܗܘܐ ܠܗ ܫܡܝܥܘܬܐ ܩܕܡ ܐܠܗܗ. ܘܒܗܘܢ ܒܗܘܢ ܝܘܡܬܐ ܩܡ ܓܒܪܐܝܠ ܒܥܘܕܪܢܗ: ܕܗܘ ܗܘܐ ܡܩܒܠ ܨܠܘܬܐ ܒܟܠܙܒܢ: ܘܥܕܪ ܥܡ ܓܒܪܐܝܠ ܐܦ ܡܝܟܐܝܠ ܪܝܫܗܘܢ. ܘܩܡܘ ܠܘܩܒܠ ܪܫܐ ܕܦܪܣ ܥܣܪܝܢ ܘܚܕ ܝܘܡܝܢ: ܘܥܕܪ ܠܕܢܝܐܝܠ ܒܨܘܡܗ. ܗܘܝܬ ܕܝܢ ܝܕܥ ܚܒܝܒܝ ܕܓܒܪܐܝܠ ܡܩܒܠ ܨܠܘܬܐ ܗܘ ܩܕܡ ܐܠܗܐ. ܟܕ ܨܠܐ ܗܘܐ ܕܢܝܐܝܠ ܐܬܐ ܠܘܬܗ ܗܘ ܓܒܪܐܝܠ ܘܚܝܠܗ ܘܐܡܪ ܠܗ: ܐܫܬܡܥܬ ܨܠܘܬܟ ܩܕܡ ܐܠܗܐ: ܘܐܢܐ ܐܬܝܬ ܒܡܠܝܟ. ܘܠܒܒܗ ܘܐܡܪ ܠܗ: ܐܬܚܝܠ ܓܒܪܐ ܕܪܓܬܐ. ܐܝܟ ܕܒܨܠܘܬܐ ܕܨܘܡܗ ܗܘ ܐܬܐ ܠܘܬܗ. ܐܦ ܨܠܘܬܐ ܕܙܟܪܝܐ ܗܘ ܓܒܪܐܝܠ ܩܪܒ ܩܕܡ ܐܠܗܐ ܟܕ ܣܒܪܗ ܥܠ ܡܘܠܕܗ ܕܝܘܚܢܢ ܐܡܪ ܠܗ ܓܝܪ: ܐܫܬܡܥܬ ܨܠܘܬܟ ܩܕܡ ܐܠܗܐ. ܐܦ ܨܠܘܬܗ ܕܡܪܝܡ ܗܘ ܩܪܒ ܩܕܡ ܐܠܗܐ ܘܣܒܪܗ ܥܠ ܡܘܠܕܗ ܕܡܫܝܚܐ: ܐܡܪ ܠܗ ܓܝܪ: ܐܫܟܚܬܝ ܛܝܒܘܬܐ ܩܕܡ ܐܠܗܐ.

dum Esther regina loco Vasthi constituta est.

14. Daniel etiam ieiunium praestitit acceptabile tribus hebdomadibus dierum [1], propter populum suum, ne tempus eis ultra septuaginta annos Babylone prolataretur. Et ieiunio suo dierum unius et viginti, coram Deo suo meruit audiri; in iisdem quoque diebus surrexit in auxilium eius Gabriel, qui orationes semper suscipit; subvenit etiam cum Gabriele Michael, Princeps eorum [2], et ambo Principi Persidis viginti et uno diebus restiterunt; et Danieli in ieiunio suo [Gabriel] auxilium tulit. Scire autem debes, carissime, Gabrielem eum esse qui orationes excipit coram Deo. Ideo Danieli oranti adfuit Gabriel, et roboravit eum, eique dixit : *Exaudita est ante Deum oratio tua; et ego veni propter verba tua* [3]. Et animavit eum dicens : *Confortare, vir desiderii* [4]. Sicut autem in oratione ieiunii eius ad istum venit, ita quoque Zachariae preces ille Gabriel Deo repraesentavit, quando Iohannis nuntiavit ei nativitatem. Ait enim ei : *Exaudita est deprecatio tua ante Deum* [5]. Item et Mariae preces obtulit Deo, eique Christi nativitatem evangelizavit, dicens : *Invenisti gratiam ante Deum* [6]. Ne-

AB] — 1 A ܘܐܚܫܝܪܫ. — 9 A ܗܘܘ. — 10 A om. ܥܡ ܓܒܪܐܝܠ. — 19 20 24 A ܐܦܠܘ. — 26 A ܐܫܟܚܬ ܠܗ.

[1] Dan. x, 2, 3. — [2] Sc. Iudaeorum, *ib.* x, 21. — [3] Dan. x, 12. — [4] *Ib.* x, 11, 19. — [5] Luc. i, 13. — [6] *Ib.* i, 30.

que aliter invenit Maria gratiam, nisi ieiunio et oratione sua. Igitur orationes puras Gabriel suscipiebat et coram Deo exhibebat. Michael autem Princeps erat filiorum Israel; de ipso enim dixit [Deus Moysi : *Ecce mitto Angelum meum ante te, et conteret Amorrhaeos qui in terra sunt, a facie tua*[1]. Hic est etiam qui se asinae Balaam, euntis ut Israeli malediceret, ostendit[2]; hic iterum qui se Iosue filio Nun, destricto gladio, in campo Ierichuntis manifestavit; quem cum cerneret Iosue, existimavit aliquem esse ex hostibus, eique dixit : *Noster es, an adversariorum?* Dixit ei Michael : *Princeps sum ego exercituum Domini, et nunc venio*[3]; et ante faciem Iosue filii Nun muros Ierichuntis ille ipse subvertit[4]; ille etiam a facie eius reges triginta et unum percussit[5]; ille decies centena millia Aethiopum coram Asa contrivit[6]; ille quoque in Assyriorum castris centum octoginta et quinque millia interfecit[7]. Et quando filii Israel Babylonem abierunt, ipse eos comitatus, pro eis certabat.

ܘܒܡܢܐ ܐܫܟܚܬ ܛܝܒܘܬܐ ܡܪܝܡ ܐܠܐ ܐܢ ܒܨܘܡܗ ܘܒܨܠܘܬܗ. ܗܟܝܠ ܕܗܘ ܓܒܪܝܠ ܡܩܒܠ ܗܘܐ ܨܠܘܬܐ ܕܟܝܬܐ ܘܡܩܪܒ ܠܗܝܢ ܩܕܡ ܐܠܗܐ. ܘܡܝܟܐܝܠ ܪܒܗܘܢ ܗܘܐ ܕܒܢܝ ܐܝܣܪܝܠ: ܗܘܝܘ ܕܐܡܪ ܠܗ ܠܡܘܫܐ: ܗܐ ܡܫܕܪ ܐܢܐ ܡܠܐܟܝ ܩܕܡܝܟ ܘܢܬܒܘܪ ܠܐܡܘܪܝܐ ܕܐܪܥܐ ܡܢ ܩܕܡܝܟ. ܘܗܘܝܘ ܕܐܬܚܙܝ ܠܐܬܢܐ ܕܒܠܥܡ ܟܕ ܐܙܠ ܕܢܠܘܛ ܠܥܡܗ ܠܐܝܣܪܝܠ. ܘܗܘ ܬܘܒ ܐܬܚܙܝ ܠܝܫܘܥ ܒܪ ܢܘܢ ܟܕ ܫܠܝܦܐ ܣܝܦܗ ܩܐܡ ܒܦܩܥܬܐ ܕܐܝܪܝܚܘ: ܘܝܫܘܥ ܟܕ ܚܙܝܗܝ ܣܒܪ ܠܗ ܕܡܢ ܒܥܠܕܒܒܐ ܗܘܐ ܘܐܡܪ ܠܗ ܝܫܘܥ: ܡܢܢ ܐܢܬ ܐܘ ܡܢ ܒܥܠܕܒܒܝܢ. ܐܡܪ ܠܗ ܡܝܟܐܝܠ: ܐܢܐ ܪܒ ܚܝܠܘܬܗ ܐܢܐ ܕܡܪܝܐ ܘܗܫܐ ܐܬܝܬ. ܘܗܘ ܐܪܡܝ ܫܘܪܘܗ ܕܐܝܪܝܚܘ ܩܕܡ ܝܫܘܥ ܒܪ ܢܘܢ: ܘܗܘ ܐܦ ܡܚܐ ܡܢ ܩܕܡܘܗܝ ܡܠܟܐ ܬܠܬܝܢ ܘܚܕ: ܘܗܘ ܡܚܐ ܐܠܦ ܐܠܦܝܢ ܟܘܫܝܐ ܩܕܡ ܐܣܐ: ܘܗܘ ܐܦ ܡܚܐ ܒܡܫܪܝܬܗ ܕܐܬܘܪܝܐ ܡܐܐ ܘܬܡܢܝܢ ܘܚܡܫܐ ܐܠܦܝܢ. ܐܦ ܟܕ ܠܒܒܠ ܐܙܠܘ ܒܢܝ ܐܝܣܪܝܠ ܐܙܠ ܥܡܗܘܢ ܐܦ ܗܘ ܠܘܬܗܘܢ ܘܚܠܦܝܗܘܢ ܡܟܬܫ ܗܘܐ܀

15. Sed ad quid, carissime, tribus his

ܘܒܡܢܐ ܕܝܢ ܚܒܝܒܝ ܗܠܝܢ ܬܠܬܐ

AB | — 1 A ܒܨܘܡܐ ܘܨܠܘܬܐ. — 2 A ܘܒܨܠܘܬܗ ܒܨܘܡܗ. — 6 A ܐܬܐ. — 12 A ܒܥܠܕܒܒܐ. — 16 A add. ܘܗܘܐ ܠܗܘܢ. — 17 A om. ܒܪ ܢܘܢ. — 21 A ܘܐܦ.

[1] Ex. XXIII, 20. 23. — [2] Num. XXII, 22 seqq. — [3] Ios. V, 13. 14. — [4] *Ib.* VI, 20. Cf. Hebr. XI, 30. — [5] Ios. XII, 7-24. — [6] II Chron. XIV, 12. Veteribus *Indorum* ܗܢܕܘܝܐ nomen latiori sensu de *Arabibus, Persis Aethiopibusque* dicebatur. Vid. Forcellini, *Totius latinitatis lexicon*. Lipsiae, 1839, *h. v.* pp. 502 et 509. Cf. Reclus, *Nouvelle Géographie universelle, la Terre et les Hommes. Paris,* 1883, t. VIII, pp. 1 seqq. — [7] II (IV) Reg. XIX, 35.

ܗܢܘܢ ܠܗܠܝܢ ܫܒ̈ܘܥܐ ܕܝܘ̈ܡܐ ܘܨܠܐ ܡܢ ܐܠܗܐ ܘܐܬܟܫܦ ܘܡܢ ܨܝܡ ܩܕܡܝܐ ܠܐ ܟܬܝܒ ܕܨܡ. ܗܟܢܐ ܓܝܪ ܟܬܝܒ: ܕܟܕ ܫܠܡ ܠܚܘܪܒܗ ܕܐܘܪܫܠܡ ܫܒܥܝܢ ܫܢܝܢ ܐܝܟ ܕܐܡܪ ܐܪܡܝܐ ܢܒܝܐ: ܕܐܪܝܡ ܨܠܘܬܗ ܘܐܬܟܫܦ ܩܕܡ ܐܠܗܗ ܕܠܐ ܢܘܣܦܘܢ ܠܡܥܟܒ ܝܬܝܪ ܡܢ ܗܠܝܢ ܫܒܥܝܢ ܫܢܝܢ ܐܝܟ ܕܒܨܪ ܡܢ ܕܪܐ ܕܒܝܘ̈ܡܝ ܢܘܚ ܘܐܝܟ ܕܐܘܣܦ ܠܒܢܝ ܐܝܣܪܝܠ ܒܡܨܪܝܢ ܘܐܝܟ ܕܒܨܪ ܠܒܢܝ ܐܦܪܝܡ: ܘܐܬܪܥܝ ܕܢܝܐܝܠ ܕܕܠܡܐ ܚܛܗ̈ܘܗܝ ܕܥܡܐ ܕܥܡܐ ܢܥܟܒ ܠܗ ܝܬܝܪ ܡܢ ܗܠܝܢ ܫܒܥܝܢ ܫܢܝܢ ܕܐܡܪ ܐܪܡܝܐ. ܡܥܕܪ ܗܘܐ ܓܒܪܝܐܝܠ ܠܨܘܡܗ ܘܡܝܟܐܝܠ ܪܒܗܘܢ: ܘܐܦ ܠܗ ܠܡܝܟܐܝܠ ܢܗܘܐ ܠܗ ܒܗܘܢ ܢܝܚܐ ܟܕ ܠܐܪܥܗܘܢ ܢܗܦܟܘܢ: ܘܠܓܒܪܝܐܝܠ ܕܥܕܪ ܠܥܡܗ ܕܢܣܓܘܢ ܦܐܪ̈ܐ ܕܨܠܘܬܗܘܢ ܒܝܬ ܡܩܕܫܐ ܘܢܣܓܘܢ ܩܘܪ̈ܒܢܐ ܕܩܪܒܝܢ ܡܩܪܒ ܩܕܡ ܐܠܗܐ. ܘܪܝܫܐ ܕܡܠܟܘܬܐ ܕܦܪܣ ܠܐ ܨܒܐ ܗܘܐ ܕܢܦܪܘܩ ܙܪܥܐ ܩܕܝܫܐ ܕܐܝܣܪܝܠ ܡܢ ܡܠܟܘܬܐ ܚܛܝܬܐ ܕܦܪܣ ܕܠܗ ܡܫܠܡܐ ܗܘܐ ܡܢ ܐܠܗܐ: ܡܛܠ ܕܟܡܐ ܕܐܓܪܝ ܐܢܘܢ: ܙܕܝ̈ܩܐ ܐܝܬ ܗܘܘ ܒܗܘܢ ܐܦ ܗܘ ܣܓܝ

hebdomadibus dierum ieiunavit Daniel, Dominum orando ac supplicando, cum non sit scriptum eum prius ieiunasse? Etenim refert Scriptura, completis septuaginta annis eversionis Ierusalem, quos Ieremias propheta praedixerat[1], illum preces ad Deum suum admovisse[2], et obsecrasse ne ultra septuaginta hos annos morarentur, quemadmodum generationis quae vixit in diebus Noe tempus minuerat [Deus][3]; sicut etiam filiis Israel in Aegypto prorogaverat, filiis autem Ephraim detraxerat. Daniel itaque secum cogitabat num forte populus, propter peccata sua, diutius septuaginta annis illis a Ieremia pronuntiatis detineretur. Porro ieiunanti subveniebat Gabriel cum Michaele, Principe eorum. Ille enim Michael requiem habiturus erat inter eos in terram suam reversos; pariterque Gabriel, qui populum suum adiuvabat, ut multiplicarentur fructus orationum eorum in sanctuario, et frequentarentur sacrificia, quae Deo quotidie offerret. At Princeps regni Persarum nolebat semen sacrum Israelis, sibi a Deo commissum, ex impio Persidis regno discedere, quia quanto diutius ibi inter eos iusti manerent, eo magis ille

AB] — 1 A om. ܗܢܘܢ. — *Ib.* A ܘܨܠܐ ܡܢ ܐܠܗܐ ܘܡܬܟܫܦ. — 6 A primitus ܘܐܪܝܡ sed ܘ secunda manu eraso. — 9 A ܕܒܝܘ̈ܡܝ] ܕܩܕܡ. — 12 A ܕܕܠܡܐ ܡܛܠ ܚܛܗ̈ܘܗܝ ܕܥܡܐ ܢܥܟܒ. — 13 A add. ܠܗܘܢ ܐܡܪ. — 14 A om. ܗܘܐ. — 18 A ܠܨܠܘܬܗܘܢ. — 22 A add. ܡܢ ܗܘܢ. — 25 A ܘܐܦ

[1] Ier. XXV, 12; XXIX, 10. — [2] Dan. IX, 2. — [3] Vid. supra Demonstr. II § 9

in eis laetaretur. Vide itaque quomodo praecellens Danielis ieiunium invaluerit, et in plenitudine septuaginta annorum, captivitatem populi sui converterit.

16. Nostrorum autem praefectus exercituum Gabriele maior est, Michaele praestantior, Persidis Principe validior; ipse enim est Vivificator noster, Dominus noster Iesus Christus, qui advenit, mortalitatem nostram induit, passusque et tentatus est in corpore de nobis accepto, ut illos adiuvare posset qui tentantur [1]. Pro nobis enim ieiunavit, et adversarium nostrum devicit, nosque iussit omni tempore ieiunare ac vigilare, ut, per virtutem ieiunii puri, ad requiem eius perveniamus.

Explicit Demonstratio de Ieiunio.

ܗܘܐ ܒܗܘܢ. ܚܙܝ ܕܐܝܟܢܐ ܪܘܪܒܗ ܨܘܡܐ ܕܕܢܝܐܝܠ ܘܐܬܩܦ ܒܫܘܡܠܝܐ ܕܫܒܥܝܢ ܫܢܝܢ ܠܫܒܝܬܗ ܕܥܡܗ ܗܦܟ܀

ܕܝܠܢ ܕܝܢ ܡܕܒܪܢ ܡܫܪܝܬܢ ܗܘ ܪܒ ܡܢ ܓܒܪܝܐܝܠ ܘܡܝܬܪ ܡܢ ܡܝܟܐܝܠ ܘܚܣܝܢ ܗܘ ܡܢ ܪܝܫܗ ܕܦܪܣ: ܕܐܝܬܘܗܝ ܡܚܝܢܢ ܡܪܢ ܝܫܘܥ ܡܫܝܚܐ ܕܐܬܐ ܘܠܒܫ ܠܡܝܘܬܘܬܢ ܘܚܫ ܘܐܬܢܣܝ ܒܦܓܪܐ ܕܢܣܒ ܡܢܢ ܘܡܫܟܚ ܕܢܥܕܪ ܠܐܝܠܝܢ ܕܡܬܢܣܝܢ. ܗܘ ܓܝܪ ܨܡ ܚܠܦܝܢ ܘܙܟܐ ܠܒܥܠܕܒܒܢ: ܘܦܩܕܢ ܕܢܨܘܡ ܘܢܫܗܪ ܒܟܠ ܥܕܢ ܕܒܚܝܠܗ ܕܨܘܡܐ ܕܟܝܐ ܢܡܛܐ ܠܢܝܚܗ܀

ܫܠܡܬ ܬܚܘܝܬܐ ܕܨܘܡܐ܀

AB] — 1 B om. ܗܘܐ. — 2A ܕܪܘܪܒܗ ܕܐܝܟܢܐ. — 8 B ܘܐܬܐ. — 15 A om. ܬܚܘܝܬܐ.

[1] Vid. Hebr. IV, 15.

ܬܚܘܝܬܐ ܕܨܠܘܬܐ

DEMONSTRATIO QUARTA

DE ORATIONE

ܕܟܝܘܬܐ ܕܠܒܐ ܗܝ ܨܠܘܬܐ ܡܝܬܪܐ ܡܢ ܟܠ ܨܠܘ̈ܬܐ ܕܒܦܘܡܐ ܪܡܐ ܡܬܡܠܠܢ: ܘܫܬܩܐ ܟܕ ܡܚܝܕ ܒܪܥܝܢܐ ܫܦܝܐ ܡܝܬܪ ܗܘ ܡܢ ܩܠܐ ܪܡܐ ܟܕ ܐܢܫ ܩܥܐ. ܗܫܐ ܚܒܝܒܝ ܗܒ ܠܝ ܠܒܟ ܘܪܥܝܢܟ ܘܫܡܥ ܚܝܠܗ ܕܨܠܘܬܐ ܕܟܝܬܐ ܘܚܙܝ ܐܝܟܢܐ ܐܬܬܪܝܨܘ ܒܗ ܐܒܗ̈ܝܢ ܟܐ̈ܢܐ ܩܕ̈ܡܝܐ ܒܨܠܘܬܗܘܢ ܩܕܡ ܐܠܗܐ ܘܐܝܟܢܐ ܗܘܬ ܠܗܘܢ ܩܘܪܒܢܐ ܕܟܝܐ. ܒܗ ܓܝܪ ܒܨܠܘܬܐ ܐܬܩܒܠܘ ܩܘܪ̈ܒܢܐ: ܗܝ ܗܦܟܬ ܡܒܘܠܐ: ܗܝ ܐܣܝܬ ܠܥܩܪܘܬܐ: ܗܝ ܒܕܪܬ ܡܫܪ̈ܝܬܐ: ܗܝ ܓܠܝܬ ܐܪ̈ܙܐ: ܗܝ ܦܠܓܬ ܝܡܐ: ܗܝ ܦܣܩܬ ܝܘܪܕܢܢ ܘܟܠܬ ܠܫܡܫܐ ܘܐܩܝܡܬ ܠܣܗܪܐ: ܗܝ ܚܪܒܬ ܠܛܡ̈ܐܐ ܘܐܚܬܬ ܢܘܪܐ: ܗܝ ܟܠܬ ܫܡܝܐ: ܗܝ ܐܣܩܬ ܡܢ ܓܘܒܐ ܘܦܠܛܬ ܡܢ ܢܘܪܐ ܘܦܨܬ ܡܢ ܝܡܐ: ܘܣܓܝ ܚܝܠܗ ܛܒ ܡܝܬܪ܆ ܐܝܟ ܕܛܒ ܚܝܠܗ ܕܨܘܡܐ ܕܟܝܐ. ܘܐܝܟܢܐ ܕܦܫܩܬ ܚܙܝ ܘܚܘܝܬܟ ܒܡܠܬܐ ܕܩܕܡ ܗܕܐ ܥܠ

1. Puritas cordis est oratio praestantior quibusvis orationibus alta voce prolatis; et silentium, mentis munditiei coniunctum, hominis clamosi exsuperat vocis sonum. Nunc itaque, carissime, animum et cogitationem mihi praebe, et orationis mundae audi virtutem; vide quomodo iusti prisci, patres nostri, per orationem suam ante Deum claruerint, et quomodo ipsa exstiterit eis sacrificium purum. Oratione enim sacrificia accepta fuerunt. Haec diluvium avertit, haec sterilitatem sanavit, haec profligavit exercitus, haec mysteria revelavit, haec aperuit mare et Iordanem interrupit, solem retinuit, lunamque sistere fecit, immundos perdidit, demisit ignem, caelum continuit, eduxit e fovea, eruit ab igne, et servavit a mari. Et plurimum praestat virtus orationis, quemadmodum plurima est virtus ieiunii puri; quodque tibi iam in superiore sermone de ieiunio puro exposui et de-

AB] — 4 A ܩܥܐ. — 9 A add. ܡܢ ܩܕܝܡ ܗܘܘ — 11 A add ܘܩܝܡܬ ܠܗܘܢ — 12 A ܐܪ̈ܙܐ — 13 B ܠܐܘܩܝܢܘܣ. — 19 A om ܚܙܝ

monstravi, hoc etiam de oratione iterum ostendere non me pigebit.

2. Primum quidem Abelis sacrificium, propter cordis eius puritatem coram Deo susceptum est, et sacrificium Caini repudiatum[1]. Ex quo vero comperimus Abelis sacrificium acceptum fuisse, Caini autem aspernatum? Quomodo cognovit Abel oblationem suam acceptam fuisse, suamque Cain scivit reprobatam? Hoc te pro meis viribus edocebo. Noveris enim, carissime, in eo agnitum fuisse an a Deo sacrificium acceptaretur, quod ignis de caelo demissus ipsum sacrificium consumebat. Cum ergo Abel et Cain oblationes suas una proposuissent, descendit vivus ignis, Dei minister, et Abelis puram oblationem lambit; Caini autem, utpote impurae, oblationi non propinquavit. Exinde scivit Abel suam oblationem acceptam esse, et vicissim Cain suam respui. Tunc ex ipsis fructibus cordis Cain significatum est, et adversus eum testimonium datum est ipsum dolo repleri, cum fratrem suum interfecit; nam cogitationis suae conceptum manus ipsius pepererunt. Abelis autem cordis mundities oratio eius fuit.

3. Tibi autem ostendere volo, carissime, omnia sacrificia accepta, igne tac-

ܩܪܒܐ ܕܨܘܡܐ ܚܘܝܬ ܘܐܦ ܥܠ ܨܠܘܬܐ ܠܐ ܡܬܐܢܐ ܠܝ ܕܐܬܐ ܘܐܚܘܝܟ܀

ܠܩܕܡܝܢ ܓܝܪ ܒܕܟܝܘܬܐ ܕܠܒܗ ܕܗܒܝܠ ܐܬܩܒܠ ܩܘܪܒܢܗ ܩܕܡ ܐܠܗܐ ܘܕܩܐܝܢ ܐܣܬܠܝ. ܘܐܝܟܢܐ ܡܬܝܕܥܐ ܠܢ ܕܗܘܐ ܕܐܬܩܒܠ ܩܘܪܒܢܗ ܕܗܒܝܠ ܘܐܣܬܠܝ ܕܩܐܝܢ: ܘܡܢܐ ܝܕܥ ܗܒܝܠ ܕܐܬܩܒܠ ܩܘܪܒܢܗ ܘܐܦ ܩܐܝܢ ܠܗ ܝܕܥ ܕܐܣܬܠܝ ܕܝܠܗ. ܥܠ ܗܕܐ ܟܡܐ ܕܡܨܝܢ ܐܢܐ ܐܠܦܟ. ܝܕܥ ܐܢܬ ܕܝܢ ܚܒܝܒܝ ܕܒܗܕܐ ܗܘ ܡܬܦܪܫ ܗܘܐ ܩܘܪܒܢܐ ܐܝ ܗܘ ܕܡܬܩܒܠ ܗܘܐ ܩܕܡ ܐܠܗܐ: ܢܘܪܐ ܢܚܬܐ ܗܘܬ ܡܢ ܫܡܝܐ ܘܡܬܐܟܠ ܗܘܐ ܒܗ ܩܘܪܒܢܐ. ܟܕ ܩܪܒܘ ܓܝܪ ܗܒܝܠ ܘܩܐܝܢ ܐܟܚܕܐ ܩܘܪܒܢܝܗܘܢ ܢܚܬܬ ܢܘܪܐ ܚܝܬܐ ܕܡܫܡܫܐ ܗܘܬ ܩܕܡ ܐܠܗܐ ܘܠܚܟܬ ܩܘܪܒܢܗ ܕܟܝܐ ܕܗܒܝܠ: ܘܕܩܐܝܢ ܕܠܐ ܕܟܐ ܗܘܬ ܠܐ ܩܪܒܬ ܠܗ. ܘܡܢ ܬܡܢ ܝܕܥ ܗܒܝܠ ܕܐܬܩܒܠ ܩܘܪܒܢܗ ܐܦ ܩܐܝܢ ܠܗ ܝܕܥ ܕܐܣܬܠܝ ܕܝܠܗ. ܘܦܐܪܐ ܕܠܒܗ ܕܩܐܝܢ ܗܘܘ ܚܙܝܢ ܘܣܗܕܘ ܥܠܘܗܝ ܕܡܠܐ ܢܟܠܐ ܗܘܐ ܟܕ ܩܛܠ ܠܐܚܘܗܝ. ܒܛܢܗ ܓܝܪ ܕܬܪܥܝܬܗ ܐܘܠܕܝ ܐܝܕܘܗܝ. ܘܕܟܝܘܬܐ ܕܠܒܗ ܕܗܒܝܠ ܗܝ ܨܠܘܬܗ܀

ܘܡܚܘܐ ܐܢܐ ܠܟ ܕܝܢ ܚܒܝܒܝ ܕܟܠ ܗܕܐ ܕܟܠܗܘܢ ܩܘܪܒܢܐ ܡܩܒܠܐ ܢܘܪܐ

AB] — 1 A ܩܪܒܐ. — *Ib.* A ܐܦ. — 11 A om. ܗܘ. — 19 A ܐܦ ܘ. — 21 A ܗܘܬ ܗܘ | ܗܘܘ.

[1] Gen. IV, 3-5.

ܗܘ ܠܫܘܠܡܐ ܗܘܬ ܠܗܘܢ. ܟܕ ܩܪܒ ܗܟܢ ܡܢܘܚ ܐܒܘܗܝ ܕܫܡܫܘܢ ܩܘܪܒܢܐ ܢܘܪܐ ܚܝܬܐ ܢܚܬܬ ܘܠܚܟܬܗ: ܘܒܗ ܒܫܠܗܒܝܬܐ ܣܠܩ ܡܠܐܟܐ ܕܡܡܠܠ ܥܡܗ ܠܫܡܝܐ. ܘܐܦ ܐܒܪܗܡ ܟܕ ܐܫܪ ܠܗ ܐܠܗܐ ܡܘܠܟܢܐ ܕܒܪܐ ܡܬܝܠܕ ܠܗ ܐܡܪ ܠܗ: ܕܣܒ ܠܟ ܥܓܠܐ ܬܠܝܬܝܐ ܘܥܙܐ ܬܠܝܬܝܐ ܘܫܘܦܢܝܢܐ ܘܒܪ ܝܘܢܐ. ܘܟܕ ܕܒܚ ܐܢܘܢ ܐܒܪܗܡ ܘܦܠܓ ܘܣܡ ܗܕܡܐ ܠܘܩܒܠ ܚܒܪܗ: ܢܦܠܬ ܥܠܘܗܝ ܫܢܬܐ ܘܚܫܘܟܐ ܗܘܐ ܘܢܚܬܬ ܢܘܪܐ ܘܥܒܪܬ ܒܝܬ ܦܠܓܘܬܐ ܘܐܟܠܬ ܠܩܘܪܒܢܗ ܕܐܒܪܗܡ. ܐܦ ܩܘܪܒܢܐ ܕܡܬܩܪܒܝܢ ܗܘܘ ܒܡܫܟܢ ܙܒܢܐ ܢܘܪܐ ܗܝ ܚܝܬܐ ܢܚܬܐ ܗܘܬ ܠܡܐܟܠܗܘܢ. ܐܦ ܒܢܝ ܐܗܪܘܢ ܢܕܒ ܘܐܒܝܗܘ ܟܕ ܒܣܘ ܗܘܘ ܒܬܫܡܫܬܗ ܕܩܘܪܒܢܐ ܢܚܬܬ ܢܘܪܐ ܐܝܟ ܥܝܕܗ ܒܙܒܢܐ ܕܩܘܪܒܢܐ ܘܠܐ ܐܫܟܚܬ ܩܘܪܒܢܝܗܘܢ ܕܟܝܢ ܘܠܐ ܩܪܒܬ ܠܗܘܢ. ܘܟܕ ܚܙܘ ܕܠܐ ܐܬܐܟܠ ܩܘܪܒܢܐ ܐܝܬܝܘ ܢܘܪܐ ܢܘܟܪܝܬܐ ܕܬܐܟܠܝܘܗܝ ܕܠܐ ܢܬܟܣܘܢ ܡܢ ܡܘܫܐ: ܕܡܛܠ ܡܢܐ ܠܐ ܐܬܐܟܠ ܩܘܪܒܢܐ. ܘܢܘܪܐ ܢܘܟܪܝܬܐ ܐܟܠܬ ܩܘܪܒܢܐ: ܘܗܝ ܗܝ ܕܡܢ ܫܡܝܐ ܐܟܠܬ ܐܢܘܢ ܠܗܘܢ ܘܐܬܩܕܫ ܒܗܘܢ ܡܪܝܐ ܡܛܠ ܕܒܣܘ

ta fuisse. Sic quando Manue, Samsonis pater, sacrificium obtulit, advenit ignis vivus, circumlambens illud; et angelus qui cum Manue colloquebatur ad caelum in flamma conscendit[1]. Abraham etiam, quando firmavit ei Deus de filio ipsi nascituro promissionem, dixit ei : *Statue tibi vaccam triennem, capram triennem, turturem quoque, et pullum columbae*[2]. Quas ut immolavit Abraham, et dissecuit, et membrum adversus membrum disposuit, irruit super eum sopor; factaque est caligo, et ignis descendit, transiit inter partes, et Abrahae sacrificium combussit[3]. Ita etiam sacrificia, quae in Tabernaculo foederis offerebantur, ignis vivus descendens consumebat[4]. Et pariter filiis Araon, Nadab et Abiu, sacrificii ministerium contemnentibus, descendit ignis, more solito, tempore sacrificii; cumque eorum sacrificia munda non inveniret, ea non tetigit; videntes autem sacrificium non consumi, ignem alienum qui id combureret admoverunt, ne a Moyse obiurgarentur [his verbis] : Quare non combustum est sacrificium? Alienus igitur ignis sacrificium cremavit; at ignis ille caelestis eos ipsos combussit, et sanctificatus est in eis Dominus, eo quod ministerium eius contempserant[5]. Sed et quando dis-

AB] — 13 A ܘܐܦ. — 15 A om. ܚܝܬܐ. — 16 A ܘܐܦ. — 21 A ܩܘܪܒܢܐ. — 24 A ܘܗܝ ܗܘܬ ܗܝ ܢܘܪܐ.

[1] Iud. XIII, 20. — [2] Gen. XV, 9. — [3] Ib. XV, 17. — [4] Levit. IX, 24. — [5] Ib. X, 1-2.

sederunt a Moyse ducenti et quinquaginta viri, ac thuribula absque imperio obtulerunt, iussus est ignis a conspectu Domini descendere, qui eos consumpsit; eorumque thuribula morte ipsorum expiata sunt[1]. Sic quoque Salomon, aedificans templum, sacrificia obtulit et hostias; et deprecatus est, descenditque ignis de caelo, qui holocaustorum adipem super altari devoravit[2]. Ita etiam sacrificium quod fecit Elias, ignis descendens devoravit[3], et acceptum fuit sicut Abelis oblatio; ministrorum autem Baalis sacrificium sicut sacrificium Caini reprobatum est. Totum hoc de igne argumentum ad te scripsi, ut perspectum haberes Abelis sacrificium igni consumptum fuisse.

4. Nunc audi, carissime, quantae in illa pura oratione vires apparuerint. Oravit enim Abraham, et de quinque regibus praedam retulit[4]; sterilis per eius orationem peperit[5]; suae etiam orationis virtute promissionem accepit, fore ut in semine ipsius gentes benedicerentur[6]. Et Isaac virtutem etiam ostendit orationis, dum pro Rebecca oravit, et illa genuit[7]; rursum pro Abimelech, iraque ab eo cohibita est[8].

5. Item Iacob, pater noster, in Bethel

ܒܬܫܡܫܬܗ. ܐܦ ܟܕ ܐܬܦܠܓܘ ܥܠ ܡܘܫܐ ܡܐܬܝܢ ܘܚܡܫܝܢ ܓܒܪܝܢ ܘܩܪܒܘ ܦܝܪܡܐ ܕܠܐ ܦܘܩܕܢܐ: ܐܬܦܩܕܬ ܗܝ ܢܘܪܐ ܘܢܦܩܬ ܡܢ ܩܕܡ ܡܪܝܐ ܘܐܟܠܬ ܐܢܘܢ: ܘܐܬܩܕܫܘ ܦܝܪܡܝܗܘܢ ܒܢܦܫܬܗܘܢ. ܐܦ ܟܕ ܒܢܐ ܫܠܝܡܘܢ ܒܝܬ ܡܩܕܫܐ ܘܩܪܒ ܕܒܚܐ ܘܢܟܤܬܐ ܨܠܝ ܘܢܚܬܬ ܢܘܪܐ ܡܢ ܫܡܝܐ ܘܐܟܠܬ ܬܪܒܐ ܕܥܠܘܬܐ ܥܠ ܡܕܒܚܐ. ܐܦ ܐܠܝܐ ܟܕ ܩܪܒ ܩܘܪܒܢܐ ܢܚܬܬ ܢܘܪܐ ܘܐܟܠܬܗ ܘܐܬܩܒܠ ܩܘܪܒܢܗ ܐܝܟ ܕܗܒܝܠ: ܘܕܟܘܡܪܝ ܒܥܠܐ ܐܣܬܠܝ ܐܝܟ ܕܩܐܝܢ. ܗܢܐ ܟܠܗ ܦܘܫܩܐ ܕܟܬܒܬ ܠܟ ܥܠ ܗܕܐ ܕܬܕܥ ܠܟ ܡܠܬܐ ܕܗܘܐ ܐܟܠܬ ܩܘܪܒܢܗ ܕܗܒܝܠ ܀

ܫܡܥ ܕܝܢ ܚܒܝܒܝ ܕܚܝܠܗ ܟܠ ܗܕܐ ܨܠܘܬܐ ܕܟܝܬܐ ܚܝܠܝܢ ܐܬܚܙܝܘ ܒܗ. ܟܕ ܨܠܝ ܓܝܪ ܐܒܪܗܡ ܫܒܝܬܐ ܕܚܡܫܐ ܡܠܟܝܢ ܐܗܦܟ: ܘܥܩܪܬܐ ܗܘܬ ܝܠܕܐ ܒܨܠܘܬܗ: ܘܒܚܝܠܐ ܗܘܐ ܕܨܠܘܬܗ ܩܒܠ ܡܘܠܟܢܐ ܕܒܙܪܥܗ ܢܬܒܪܟܘܢ ܥܡܡܐ. ܘܐܦ ܐܝܣܚܩ ܗܘܐ ܚܘܝ ܚܝܠܗ ܕܨܠܘܬܐ ܟܕ ܨܠܝ ܥܠ ܪܦܩܐ ܘܝܠܕܬ: ܘܥܠ ܐܒܝܡܠܟ ܘܐܬܟܠܝ ܡܢܗ ܪܘܓܙܐ ܀

ܘܐܦ ܐܒܘܢ ܝܥܩܘܒ ܨܠܝ ܒܝܬ ܐܝܠ

AB¹ — 1 A ܘܐܦ. — 3 A ܘܐܬܦܩܕܬ. — 7 A ܘܩܪܒ. — 9 A ܕܡܢ. — 10 A ܘܐܟܠܬܗ ܘܩܒܠܬܗ. — 14 A ܩܘܪܒܢܗ. — 17 A ܐܬܚܙܝ ܒܗ. — 19 A ܝܠܕܬ. — 22 A ܚܘܝ. — *Ib.* A ܟܕ. — 24 A ܪܘܓܙܗ ܕܐܠܗܐ.

[1] Num. XVI, 35. — [2] II Chron. VII, 1. — [3] I III Reg. XVIII, 38. — [4] Gen. XIII, 18; XIV, 16. — [5] *Ib.* XXI, 2. — [6] *Ib.* XXII, 18. — [7] *Ib.* XXV, 21. — [8] Aphraates ea quae de oratione Abrahae (Gen. XX, 17) proprie dicuntur, retulit ad Isaac, de quo similia narrantur (*Ib.* XXVI, 6-11).

ܘܚܙܐ ܬܪܥܐ ܕܫܡܝܐ ܟܕ ܦܬܝܚ ܘܣܒܠܬܐ ܕܡܣܩܐ ܠܡܪܘܡܐ. ܗܢܐ ܐܝܬܘܗܝ ܐܪܙܗ ܕܦܪܘܩܢ ܕܚܙܐ ܝܥܩܘܒ. ܬܪܥܐ ܕܫܡܝܐ ܗܘܝܘ ܡܫܝܚܐ ܐܝܟ ܕܐܡܪ: ܕܐܢܐ ܐܢܐ ܬܪܥܐ ܕܚܝܐ: ܕܟܠ ܡܢ ܕܒܝ ܢܥܘܠ ܢܚܐ ܠܥܠܡ. ܐܦ ܕܘܝܕ ܐܡܪ: ܕܗܢܘ ܬܪܥܗ ܕܡܪܝܐ ܕܙܕܝܩܐ ܥܐܠܝܢ ܒܗ. ܘܣܒܠܬܐ ܬܘܒ ܕܚܙܐ ܝܥܩܘܒ ܐܪܙܗ ܕܦܪܘܩܢ ܕܒܗ ܣܠܩܝܢ ܒܢܝܢܫܐ ܙܕܝܩܐ ܡܢ ܬܚܬܝܐ ܠܥܠܝܐ. ܘܐܝܬܝܗ ܐܪܙܐ ܬܘܒ ܕܙܩܝܦܗ ܕܦܪܘܩܢ ܕܐܬܬܪܝܡ ܒܕܡܘܬ ܣܒܠܬܐ. ܘܡܪܝܐ ܠܥܠ ܩܐܡ ܠܥܠ ܡܢܗ: ܠܥܠ ܓܝܪ ܡܢ ܡܫܝܚܐ ܡܪܝܐ ܗܘ ܕܟܠ ܐܝܟ ܕܐܡܪ ܫܠܝܚܐ ܛܘܒܢܐ: ܕܪܫܗ ܕܡܫܝܚܐ ܐܠܗܐ ܗܘ. ܘܩܪܝܗܝ ܝܥܩܘܒ ܠܐܬܪܐ ܗܘ ܒܝܬ ܐܝܠ: ܘܐܩܝܡ ܝܥܩܘܒ ܬܡܢ ܩܝܡܬܐ ܕܟܐܦܐ ܠܣܗܕܘܬܐ: ܘܢܫܡ ܡܫܚܐ ܒܪܫܗ. ܘܐܦ ܗܢܐ ܒܐܪܙܐ ܩܕܡ ܪܫܡܗ ܐܒܘܢ ܝܥܩܘܒ ܕܟܐܦܐ ܡܩܒܠܝ ܡܫܝܚܘܬܐ. ܥܡܡܐ ܓܝܪ ܕܗܝܡܢܘ ܒܡܫܝܚܐ ܗܢܘܢ ܐܢܘܢ ܡܬܡܫܚܝܢ ܐܝܟ ܕܐܡܪ ܥܠܝܗܘܢ ܝܘܚܢܢ: ܕܡܢ ܗܠܝܢ ܟܐܦܐ ܡܫܟܚ ܐܠܗܐ ܠܡܩܡܘ ܒܢܝܐ ܠܐܒܪܗܡ. ܒܨܠܘܬܗ ܓܝܪ ܕܝܥܩܘܒ ܩܕܡ ܐܬܚܘܝ ܒܗ ܐܪܙܐ ܕܩܪܝܢܐ ܕܥܡܡܐ ✣

ܚܙܝ ܕܝܢ ܚܒܝܒܝ ܟܡܐ ܐܪܙܐ ܛܡܝܪܝܢ

oravit, et portam caeli vidit apertam, scalamque in altum ducentem [1]. Atque hoc quod vidit Iacob mysterium est Salvatoris nostri. Porta caeli Christus est, quemadmodum ipse dixit : *Ego sum ostium vitae; quicumque per me introierit, in aeternum vivet* [2]. David etiam dixit : *Haec est porta Domini, per quam iusti intrant* [3]. Sed et scala ipsa quam Iacob vidit, Salvatoris nostri mysterium est, per quem homines iusti ab imo sursum ascendunt. Mysterium insuper est crucis Salvatoris nostri, quae ad modum scalae erecta fuit, et in cuius summo Dominus stabat. Nam supra Christum exstat Dominus omnium, quemadmodum beatus Apostolus dixit : *Caput Christi Deus est* [4]. Appellavitque Iacob locum illum Bethel, et ibi erexit Iacob in testimonium stelam lapideam [5], cuius summitati unctionem infudit. Et mysterium aliud Iacob, pater noster, praesignificavit lapidibus istis unctione donatis : populi enim qui in Christum crediderunt, en eos qui unguntur, sicut de ipsis Iohannes ait : *De lapidibus istis potest Deus suscitare filios Abrahae* [6]. Sic itaque oratione Iacob mysterium vocationis Gentium praefiguratum est.

6. Observa autem, carissime, quanta

AB] — 1 A ܠܪܘܡܐ. — *Ib.* A ܦܬܝܚܐ. — 5 A desinit ܕܒܝ. — 10 B ܗܝ

[1] Gen. XXVIII, 12, seqq. — [2] Ioh. X, 9. — [3] Ps. CXVIII (CXVII), 20. — [4] I Cor. XI, 3. — [5] Gen. XXVIII, 18, 19. — [6] Matth. III, 9.

sint mysteria recondita in illa visione quam vidit Iacob. Vidit enim portam caeli, quae Christus est; vidit scalam, mysterium crucis; lapides unxit, typum gentium; decimas vovit, quae Levi darentur[1]; in ipso enim absconditi erant decimarum datores et susceptores primitiarum; in lumbis eius erat catulus leonis Iuda[2], in quo latebat rex Christus; in eo autem unctionem praefiguravit. Tribus in eius renibus inclusae Levitis voverunt [primitias]; reges quos in lumbis habebat cor eius exaltaverunt, et in ipso spiritus propheticus eos perspexit qui de semine eius erant proventuri. *Cum baculo suo tantum Iordanem ille transivit*[3], mysterium mirabile manibus suis praeferens, signum videlicet crucis Prophetae magni. Pedem movit versus terram filiorum Orientis[4], quia ex ipsa lux populis orta est. Et incubuit puteo cuius ori lapis erat superpositus, quem connisi plures levare nequiverant[5]. Multi enim pastores non valuerant eum tollere, ut puteum aperirent, donec venit Iacob, qui virtute Pastoris illius, in lumbis eius conditi, lapidem sustulit, suumque gregem adaquavit. Multi quoque venerunt prophetae, nec baptisma potuerunt revelare, donec ve-

ܒܗ ܒܚܙܘܐ ܕܚܙܐ ܝܥܩܘܒ. ܚܙܐ ܓܝܪ ܬܪܥܐ ܕܫܡܝܐ ܕܗܘܝܘ ܡܫܝܚܐ. ܚܙܐ ܣܒܠܬܐ ܐܪܙܗ ܕܨܠܝܒܐ. ܘܡܫܚ ܠܟܐܦ̈ܐ ܛܘܦܣܐ ܕܥܡ̈ܡܐ. ܘܢܕܪ ܡܥܣܪܐ ܠܡܬܠ ܠܠܘܝ: ܒܗ ܓܝܪ ܛܡܝܪܝܢ ܗܘܘ ܝܗܘ̈ܒܝ ܡܥܣܪܐ ܘܢܣ̈ܒܝ ܪ̈ܫܝܬܐ: ܘܒܚܨܘܗܝ ܐܝܬܘܗܝ ܗܘܐ ܓܘܪܝܐ ܕܐܪܝܐ ܝܗܘܕܐ ܕܒܗ ܛܡܝܪ ܗܘܐ ܡܠܟܐ ܡܫܝܚܐ: ܘܒܗ ܚܘܝ ܡܫܝܚܘܬܐ: ܘܒܟܘ̈ܠܝܬܗ ܕܝܠܗ ܚܒܝܫ ܠܠܘܝ̈ܐ: ܘܡܠ̈ܟܐ ܕܒܚܨܘܗܝ ܐܪܝܡܘ ܠܒܗ: ܘܚܙܐ ܒܗ ܪܘܚܐ ܕܢܒܝܘܬܐ ܐܝܠܝܢ ܕܡܢ ܙܪܥܗ ܥܬܝܕܝܢ ܗܘܘ ܠܡܦܩ. ܒܚܘܛܪܗ ܗܘ ܒܠܚܘܕ ܥܒܪ ܝܘܪܕܢܢ. ܐܪܙܐ ܬܡܝܗܐ ܩܕܡ ܐܝܬܝ ܒܐܝܕܘܗܝ ܢܝܫܐ ܓܝܪ ܕܨܠܝܒܗ ܕܢܒܝܐ ܪܒܐ. ܘܐܪܝܡ ܪ̈ܓܠܘܗܝ ܠܐܪܥܐ ܕܒܢ̈ܝ ܡܕܢܚܐ: ܡܛܠ ܕܡܢܗ ܕܢܚ ܢܘܗܪܐ ܠܥܡ̈ܡܐ. ܘܣܡܟ ܥܠ ܒܐܪܐ ܕܟܐܦܐ ܥܠ ܦܘܡܗ ܕܣܓܝ̈ܐܐ ܠܐ ܐܫܟܚܘ ܕܢܫܩܠܘܢܗ. ܪ̈ܥܘܬܐ ܓܝܪ ܣܓܝ̈ܐܐ ܠܐ ܐܫܟܚܘ ܕܢܫܩܠܘܢܗ ܘܢܦܬܚܘܢ ܒܐܪܐ ܥܕܡܐ ܕܐܬܐ ܝܥܩܘܒ: ܘܒܚܝܠܗ ܕܪܥܝܐ ܛܡܝܪ ܗܘܐ ܒܗ ܒܚܨܘܗܝ ܫܩܠܗ ܠܟܐܦܐ ܘܐܫܩܝ ܠܥܢܗ. ܘܢܒܝ̈ܐ ܣܓܝ̈ܐܐ ܐܬܘ ܘܠܐ ܐܫܟܚܘ ܕܢܓܠܘܢ ܡܥܡܘܕܝܬܐ ܥܕܡܐ

B1

[1] Gen. XXVIII, 22. Vid. Hebr. VII, 8-10. — [2] Gen. XLIX, 9. — [3] *Ib.* XXXII, 10. — [4] *Ib.* XXIX, 1. — [5] *Ib.* XXIX, 8 seqq.

ܕܐܬܐ ܢܒܝܐ ܪܒܐ ܘܒܠܚܘܕܘܗܝ ܦܬܚܗ ܘܐܬܥܡܕ ܒܗ ܘܩܥܐ ܘܐܡܪ ܒܦܘܡܗ ܒܣܝܡܐ: ܕܟܠ ܕܨܗܐ ܢܐܬܐ ܠܘܬܝ ܘܢܫܬܐ. ܘܨܠܝ ܬܘܒ ܝܥܩܘܒ ܒܡܗܦܟܬܗ ܡܢ ܠܘܬ ܠܒܢ ܘܐܬܦܨܝ ܡܢ ܐܝܕܝ ܥܣܘ ܐܚܘܗܝ ܘܗܟܢܐ ܨܠܝ ܘܐܘܕܝ ܘܐܡܪ: ܕܒܚܘܛܪܝ ܥܒܪܬ ܝܘܪܕܢܢ ܗܢܐ: ܘܗܫܐ ܗܐ ܗܘܝܬ ܠܬܪܬܝܢ ܡܫܪܝܢ. ܐܘ ܐܪܙܗ ܬܡܝܗܐ ܕܦܪܘܩܢ. ܟܕ ܐܬܐ ܓܝܪ ܡܪܢ ܩܕܡܝܬܐ ܢܦܩ ܫܒܛܐ ܡܢ ܓܘܙܥܗ ܕܐܝܫܝ ܒܕܡܘܬ ܫܒܛܗ ܕܝܥܩܘܒ: ܘܟܕ ܗܦܟ ܡܢ ܠܘܬ ܐܒܘܗܝ ܒܡܐܬܝܬܗ ܕܬܪܬܝܢ ܐܙܠ ܠܘܬܗ ܒܬܪܬܝܢ ܡܫܪܝܢ: ܚܕܐ ܡܢ ܥܡܐ ܘܐܚܪܬܐ ܡܢ ܥܡܡܐ: ܐܝܟܢܐ ܕܝܥܩܘܒ ܕܗܦܟ ܠܘܬ ܐܝܣܚܩ ܐܒܘܗܝ ܒܬܪܬܝܢ ܡܫܪܝܢ. ܗܦܟ ܓܝܪ ܝܥܩܘܒ ܥܡ ܚܕܥܣܪ ܒܢܘܗܝ: ܘܐܬܝ ܥܡ ܦܪܘܩܢ ܚܕܥܣܪ ܬܠܡܝܕܘܗܝ ܡܛܠ ܕܠܝܬ ܒܝܢܬܗܘܢ ܝܗܘܕܐ. ܒܢܝܡܝܢ ܐܬܝܠܕ ܒܚܪܝܬܐ ܘܗܘܘ ܬܪܥܣܪ ܒܢܘܗܝ ܕܝܥܩܘܒ: ܘܡܢ ܒܬܪܟܢ ܐܬܓܒܝ ܬܘܠܡܝ ܘܗܘܘ ܬܪܥܣܪ ܫܠܝܚܘܗܝ ܕܦܪܘܩܢ. ܗܢܐ ܫܘܥܝܐ ܕܨܠܘܬܗ ܕܝܥܩܘܒ܀

ܡܢܐ ܕܝܢ ܢܐܡܪ ܥܠ ܚܝܠܐ ܕܨܠܘܬܗ ܕܡܘܫܐ ܕܠܝܬ ܠܗ ܣܟܐ܀ ܨܠܘܬܗ ܓܝܪ

B]

niret Propheta magnus, qui solus illud aperuit, seque ei immersit, et clamavit, benignaque voce dixit : *Omnis qui sitit, veniat ad me, et bibat*[1]. Rursus oravit Iacob a Laban revertens, ut de manibus Esau fratris sui eriperetur; sicque oravit et confessus est, dicens : *Cum baculo meo transivi Iordanem istum, et nunc ecce me cum duabus turmis*[2]. O admirabile Salvatoris nostri mysterium! Quando enim Dominus noster primum venit, egressus est [ut] stirps de radice Iesse[3], in similitudinem virgae Iacob. Cumque a Patre suo in secundo adventu regressus fuerit, eum cum duabus turmis iterum adibit : una populi, altera Gentium, quemadmodum Iacob, qui ad Isaac, patrem suum, cum duabus turmis rediit. Iacob enim cum undecim filiis suis revertebatur; Salvatorem nostrum comitantur undecim discipuli, quippe cum non sit inter eos Iudas. Beniamin postea natus est, et duodecim fuerunt Iacob filii; postea etiam electus est Tholomaeus[4], et Salvator noster Apostolos duodecim habuit. Sed haec de oratione Iacob dicta sint.

7. Quid vero dicemus de virtute orationis Moysi, quae infinita est? Oratio

[1] Ioh. VII, 37. — [2] Gen. XXXII, 10 — [3] Is. XI, 1. — [4] Pro *Tholomaeo* seu *Tulmai* intelligendus est Matthias. Vid. Praef. § 11.

eum de manibus Pharaonis liberavit, et manifestavit ei habitationem Dei sui[1]. Per eam decem Pharaoni plagas intulit. Iterum oratio eius aperuit mare, aquas amaras dulces reddidit, descendere fecit manna, coturnicem suscitavit, perrupit petram et aquae manarunt. Haec superavit Amalec, Iosue corroboravit, Hog et Sehon in praelio conturbavit, demisit in infernum impios, et iram Dei a populo suo revocavit. Haec comminuit vitulum peccati, tabulas de monte protulit, faciem illius resplendere fecit; et plura de Moysi quam de Iacobi oratione narranda forent. Iosue quoque filius Nun oratione sua potens effectus est apud Deum. Haec Iordanem fidit, Ierichuntis muros evertit, perdidit Achan, solem continuit, lunamque sistere fecit, profligavit reges, terram subegit, ac filiis Israel in hereditatem dedit.

8. Pergamus nunc ad orationem quam silentio protulit Anna, Samuelis mater[2], quaeque beneplacens coram Deo evasit, sterilitatem eius reclusit, et abstulit ignominiam, ut nazaraeum ac sacerdotem pareret. Ipseque Samuel in conspectu Dei sui oravit, quando signum filiis Israel ostendit, eis indicans peccatum eorum, eo quod regem sibi petiissent. Intulit Samuel hostiam su-

ܦܪܩܗ ܡܢ ܐܝܕܝ ܦܪܥܘܢ܆ ܘܗܝ ܚܘܝܬܗ ܡܫܪܝܬܐ ܕܐܠܗܗ܂ ܘܒܨܠܘܬܗ ܐܝܬܝ ܥܣܪ ܡܚܘܢ ܥܠ ܦܪܥܘܢ܂ ܘܗܝ ܬܘܒ ܨܠܘܬܗ ܦܠܓܬ ܝܡܐ ܘܐܚܠܝܬ ܡܝܐ ܡܪܝܪܐ ܘܐܚܬܬ ܡܢܐ ܘܐܣܩܬ ܣܠܘܝ ܘܦܠܓܬ ܟܐܦܐ ܘܐܪܕܝܬ ܡܝܐ ܘܙܟܬ ܠܥܡܠܝܩ ܘܚܝܠܬ ܠܝܫܘܥ ܘܫܓܫܬ ܠܥܘܓ ܘܠܣܝܚܘܢ ܒܩܪܒܐ ܘܐܚܬܬ ܠܪܫܝܥܐ ܠܫܝܘܠ ܘܐܗܦܟܬ ܚܡܬܐ ܕܐܠܗܐ ܡܢ ܥܡܗ ܘܫܚܩܬ ܠܥܓܠܐ ܕܚܛܝܬܐ ܘܐܚܬܬ ܠܘܚܐ ܡܢ ܛܘܪܐ ܘܙܠܓܬ ܦܪܨܘܦܗ܂ ܘܣܓܝܐܐ ܕܝܢ ܨܠܘܬܗ ܡܢ ܕܝܥܩܘܒ ܠܡܬܐܡܪܘ܂ ܐܦ ܝܫܘܥ ܒܪ ܢܘܢ ܒܨܠܘܬܗ ܐܬܚܝܠ ܩܕܡ ܐܠܗܗ܂ ܨܠܘܬܗ ܦܠܓܬ ܠܝܘܪܕܢܢ܆ ܘܗܝ ܬܘܒ ܗܦܟܬ ܫܘܪܝܗ ܕܐܝܪܝܚܘ ܘܐܘܒܕܬ ܠܥܟܪ ܘܟܠܬ ܠܫܡܫܐ ܘܐܩܝܡܬ ܠܣܗܪܐ ܘܚܪܒܬ ܠܡܠܟܐ ܘܟܒܫܬ ܐܪܥܐ ܘܐܘܪܬܬ ܠܒܢܝ ܐܝܣܪܝܠ ܀

ܢܐܬܐ ܠܢ ܠܘܬ ܨܠܘܬܐ ܕܫܬܩܐ ܕܨܠܝܬ ܚܢܐ ܐܡܗ ܕܫܡܘܐܝܠ܆ ܘܗܘܬ ܠܪܥܝܢܐ ܩܕܡ ܐܠܗܐ ܘܦܬܚܬ ܥܩܪܘܬܗ ܘܐܥܒܪܬ ܚܣܕܗ ܘܝܠܕܬ ܢܙܝܪܐ ܘܟܗܢܐ܂ ܘܐܦ ܫܡܘܐܝܠ ܨܠܝ ܩܕܡ ܐܠܗܗ ܟܕ ܚܘܝ ܐܬܐ ܠܒܢܝ ܐܝܣܪܝܠ ܟܕ ܐܘܕܥ ܐܢܘܢ ܚܛܗܝܗܘܢ ܥܠ ܕܫܐܠܘ ܠܗܘܢ ܡܠܟܐ܂ ܘܐܣܩ ܫܡܘܐܝܠ ܥܠܬܐ ܥܠ ܡܕܒܚܐ܆ ܘܫܡܥ ܡܛܪܐ ܒܝܘܡܝ ܚܨܕܐ ܕܚܛܐ܂ ܬܘܒ

AB; — 12 A incipit ܨܠܘܬܗ. — 13 A ܘܐܦ. — 14 A ܐܠܗܐ. — 21 B ܥܩܪܘܬܐ.

[1] Ex. III, 2 seqq. — [2] I Sam. I, 13.

ܐܦ ܕܘܝܕ ܨܠܝ ܩܕܡ ܐܠܗܗ ܘܐܬܦܪܩ ܡܢ ܐܝܕܝ ܫܐܘܠ. ܐܦ ܟܕ ܡܢܐ ܠܥܡܐ ܨܠܝ ܘܗܦܟܗ ܡܢܗܘܢ ܚܡܬܐ ܘܪܘܓܙܐ ܟܕ ܡܚܒܠ ܒܗܘܢ ܡܚܒܠܢܐ. ܘܨܠܝ ܬܘܒ ܐܦ ܐܣܐ ܘܚܘܝܬ ܨܠܘܬܗ ܚܝܠܐ ܪܒܐ ܟܕ ܢܦܩ ܠܩܘܒܠܗ ܙܪܚ ܟܘܫܝܐ ܘܐܠܦ ܐܠܦܝܢ ܚܝܠܐ ܥܡܗ: ܘܨܠܝ ܐܣܐ ܘܐܡܪ: ܒܗܕܐ ܡܬܝܕܥ ܚܝܠܟ ܐܠܗܢ ܟܕ ܬܫܠܡ ܥܡܐ ܣܓܝܐܐ ܒܐܝܕ ܥܡܐ ܒܨܝܪܐ. ܘܫܡܥ ܐܠܗܐ ܨܠܘܬܗ ܘܫܕܪ ܡܠܐܟܗ ܘܫܓܫ ܐܢܘܢ: ܘܐܙܕܟܝ ܚܝܠܐ ܣܓܝܐܐ ܒܚܝܠܐ ܕܨܠܘܬܗ ܕܐܣܐ. ܘܐܦ ܝܗܘܫܦܛ ܒܪܗ ܚܝܠܐ ܕܒܥܠܕܒܒܐ ܚܪܒ ܒܨܠܘܬܗ ܘܙܟܐ ܐܢܘܢ. ܘܐܦ ܚܙܩܝܐ ܨܠܝ ܘܡܐܐ ܘܬܡܢܝܢ ܘܚܡܫܐ ܐܠܦܝܢ ܐܘܒܕܬ ܨܠܘܬܗ ܒܝܕ ܡܠܐܟܐ ܡܕܒܪܢܗ ܕܚܝܠܐ. ܘܝܘܢܢ ܬܘܒ ܨܠܝ ܐܠܗܗ ܡܢ ܒܘܣܩܘܗܝ ܕܝܡܐ: ܘܐܫܬܡܥ ܘܐܬܥܢܝ ܘܐܬܦܨܝ ܕܠܐ ܚܒܠܐ. ܒܥܘܬܐ ܓܝܪ ܕܨܠܘܬܗ ܠܬܗܘܡܐ ܦܬܚܬ ܓܠܠܐ ܘܟܒܫܬ ܡܚܫܘܠܐ ܘܒܙܥܬ ܥܢܢܐ ܘܦܪܚܬ ܒܐܐܪ ܘܦܬܚܬ ܫܡܝܐ ܘܩܪܒܬ ܩܕܡ ܟܘܪܣܝܐ ܕܪܒܘܬܐ ܒܝܕ ܓܒܪܝܐܝܠ ܡܩܪܒ ܕܨܠܘܬܐ ܩܕܡ ܐܠܗܐ. ܘܟܒܫ ܬܗܘܡܐ ܠܓܒܪܐ ܢܒܝܐ ܘܦܠܛܗ ܢܘܢܐ ܠܝܘܢܢ ܠܝܒܫܐ. ܗܘܐ ܢܝܢܘܐ ܡܟܪܙܢܐ ܘܡܬܦܢܝܢ ܕܨܠܘܬܗܘܢ

per altare, et pluere fecit in diebus messis tritici[1]. David etiam oravit coram Deo suo, et de manibus Saulis ereptus est[2]. Rursus cum populum dinumerasset, oravit, et iram furoremque avertit ab eis, quando vastator in eos praevalebat[3]. Oravit et Asa, et eius oratio virtutem maximam ostendit, quando, *egresso adversus eum Zara Aethiope cum exercitu suo decies centenis millibus*[4], oravit Asa et ait : *In eo manifestabitur virtus tua, Deus noster, quando populum multum in manus populi minoris tradideris*[5]. Exaudivitque Deus orationem eius, et misit Angelum suum qui eos conturbavit. Sic ingentes vires orationis Asae virtute superatae sunt. Ita etiam Iosaphat, filius eius, exercitum hostium oratione sua percussit et devicit[6]. Ezechias similiter oravit, ac centum octoginta quinque millia per manus angeli, ducis exercituum, eius oratio delevit. Ionas quoque e profundo maris ad Deum oravit, et auscultatus est exauditusque, et servatus incolumis. Oratio eius abyssum reseravit, fluctus superavit, praevaluit procellae, nubes fidit, per aerem illata est, caelum aperuit, thronoque maiestatis, per manum Gabrielis,

AB] — 2 A ܘܐܦ. — 6 A ܟܘܫܝܐ (sic). — 7 A add. ܗܘ ܒܥܕܢܐ. — 9 A ܒܝܕ ܚܝܠܐ ܙܥܘܪܐ. — 16 A ܠܘܬ ܐܠܗܐ ܨܠܝ. — 19 A ܠܬܗܘܡܐ. — 22 ܕܨܠܘܬܐ. — 25 A add. ܕܝܢ ܠܘܬ. — *Ib.* A ܡܟܪܙܢܐ ܘܡܬܦܢܝܢ. — *Ib.* A ܕܨܠܘܬܗܘܢ cum ܘ secunda manu addito.

[1] I Sam. XII, 17, 18. — [2] *Ib.* XIX, 18 seqq. — [3] II Sam. XXIV, 25. — [4] II Chron. XIV, 9. — [5] *Ib.* XIV, 11. — [6] *Ib.* XX, 3 seqq.

qui Deo orationes offert, appropinquavit; evomueruntque abyssi virum prophetam, et piscis Ionam ad littus proripuit. Oraverunt quoque Ananias, Azarias, et Misael, et oratio eorum vicit flammam, virtutem ignis inertem reddidit, et naturae eius vim adurentem immutavit; regis furorem humiliavit, et viros iustos liberavit.

ܩܪܒܬ ܠܡܩܒܠܢܘܬܐ ܕܐܠܗܐ ܕܨܠܘܬܐ ܦܠܛܬܗ ܬܗܘܡܐ ܠܓܒܪܐ ܢܒܝܐ ܘܢܘܢܐ ܠܝܘܢܢ ܠܝܒܫܐ ܦܠܛܗ܀

9. Daniel etiam oravit, eiusque oratio leonum ora praeclusit; obturatum est os voracissimum, ne carnem aut ossa ederet viri iusti. Protenderunt leones pedes suos, et Danielem exceperunt, ne humi laberetur; inter armos suos complectebantur eum, pedes eius lingebant, cumque in fovea Daniel ad orandum surgeret, hi quoque, ad Danielis exemplum, artus ad caelum extollebant; et susceptor orationum ad eos descendit, osque leonum conclusit. Daniel quippe Dario dixit : *Deus meus misit Angelum suum, qui obturavit ora leonum, nec mihi nocuerunt*[1]. Foveam enim, quamvis opertam et obsignatam, lux intus irradiabat; et leones recreabantur, eo quod propter Danielem lumen videbant. Et quando in somnum lapsus est Daniel, dormireque voluit, straverunt se leones, ut super eos, non humi, decumberet. Clarior erat illa fovea cenaculo multas habente fenestras, pluresque illic aperuit Danielis oratio [fenestras], quam in cenaculo suo, ubi tribus so-

ܘܨܠܝ ܐܦ ܕܢܝܐܝܠ ܘܨܠܘܬܗ ܦܘܡܐ ܕܐܪ̈ܝܘܬܐ ܣܟܪܬ: ܘܐܣܬܟܪ ܠܗ ܦܘܡܐ ܐܟܘܠܐ ܡܢ ܒܣܪܐ ܘܡܢ ܓܪ̈ܡܐ ܕܓܒܪܐ ܙܕܝܩܐ. ܘܦܫܛܘ ܐܝ̈ܕܝܗܘܢ ܐܪ̈ܝܘܬܐ ܘܩܒܠܘܗܝ ܠܕܢܝܐܝܠ ܕܠܐ ܢܦܠ ܥܠ ܐܪܥܐ: ܓܦܦܘܗܝ ܒܕ̈ܪܥܝܗܘܢ ܘܪ̈ܓܠܘܗܝ ܡܠܚܟܝܢ ܗܘܘ. ܘܟܕ ܩܡ ܕܢܝܐܝܠ ܒܓܘܒܐ ܕܢܨܠܐ ܦܫܛܘ ܐܝ̈ܕܝܗܘܢ ܠܫܡܝܐ: ܘܐܦ ܗܢܘܢ ܒܕܡܘܬܐ ܕܕܢܝܐܝܠ. ܘܢܚܬ ܠܘܬܗܘܢ ܡܩܒܠܢܐ ܕܨܠܘܬܐ ܘܣܟܪ ܦܘܡܐ ܕܐܪ̈ܝܘܬܐ. ܐܡܪ ܓܝܪ ܕܢܝܐܝܠ ܠܕܪܝܘܫ: ܐܠܗܝ ܫܕܪ ܡܠܐܟܗ ܘܣܟܪ ܦܘܡܗܘܢ ܕܐܪ̈ܝܘܬܐ ܘܠܐ ܚܒܠܘܢܝ. ܓܘܒܐ ܓܝܪ ܡܟܣܝ ܘܚܬܝܡ ܘܢܘܗܪܐ ܐܪܝܚ ܒܓܘܗ. ܚܕܝܘ ܕܝܢ ܗܢܘܢ ܐܪ̈ܝܘܬܐ ܕܡܛܠ ܕܢܝܐܝܠ ܗܢܘܢ ܢܘܗܪܐ ܚܙܘ. ܟܕ ܢܡ ܓܝܪ ܕܢܝܐܝܠ ܘܨܒܐ ܕܢܕܡܟ ܡܟܟܘ ܢܦܫܗܘܢ ܐܪ̈ܝܘܬܐ ܕܥܠܝܗܘܢ ܢܕܡܟ ܘܠܐ ܥܠ ܐܪܥܐ. ܢܗܝܪ ܗܘܐ ܓܝܪ ܓܘܒܐ ܗܘ ܝܬܝܪ ܡܢ ܥܠܝܬܐ ܕܟ̈ܘܝܢ ܣܓܝ̈ܐܢ: ܘܐܣܓܝ ܐܢܝܢ ܬܡܢ ܕܨܠܘܬܗ ܝܬܝܪ ܡܢ ܕܒܥܠܝܬܗ ܕܐܝܬ ܬܠܬ ܟܘ̈ܝܢ ܦܬܝܚܢ ܗܘ̈ܝ ܠܗ. ܘܬܠܬ

AB] — 11 B ܦܫܛܗ. — 12 A ܐܦ. — 22 A ܟܘܝܗ. — 23 A om. ܘܒܥܠܝܬܗ..... ܕܨܠܘܬܗ.

[1] Dan. VI, 22.

ܕܨܠܐ ܗܘܐ ܒܙܒܢܐ: ܘܐܣܬܠܩ ܡܫܪܪܐܝܬ ܢܦܠܘ ܚܠܦܘܗܝ ܘܐܬܚܒܫ ܦܘܡܗܘܢ ܕܐܪ̈ܝܘܬܐ ܘܐܟܠܘ ܐܢܘܢ ܘܐܪܥܘ ܓܪ̈ܡܝܗܘܢ. ܘܨܠܘܬܗ ܬܘܒ ܡܫܠܡܐ ܐܗܦܟܬ ܠܫܒܝܬܐ ܟܕ ܡܠܝ ܫܒܥܝܢ ܫܢܝܢ ܡܢ ܒܒܠ. ܘܚܕ ܚܕ ܡܢ ܐܒܗ̈ܬܢ ܙܕܝܩ̈ܐ ܟܕ ܥܠܝܗ ܐܘܠܨܢܐ ܕܗܘܐ ܗܘܐ ܠܗܘܢ ܙܝܢܐ ܕܨܠܘܬܐ ܢܣܒܝܢ ܗܘܘ ܒܝܕܗܘܢ: ܘܒܗ ܡܬܦܨܝܢ ܗܘܘ ܡܢ ܐܘܠܨܢܐ܀

ܐܦ ܐܠܗܢ ܦܪܘܩܢ ܠܨܠܘܬܐ ܘܐܡܪ: ܕܢܨܠܘܢ ܡܨܠܝܢ ܒܟܣܝܐ ܠܡܢ ܕܒܟܣܝܐ: ܗܘ ܚܙܐ ܟܠ. ܐܡܪ ܓܝܪ: ܥܘܠ ܠܬܘܢܟ ܘܨܠܝ ܠܐܒܘܟ ܒܟܣܝܐ: ܘܐܒܐ ܕܚܙܐ ܒܟܣܝܐ ܢܦܪܘܥܟ. ܡܛܠܡܢܐ ܕܝܢ ܚܒܝܒܝ ܐܠܦ ܦܪܘܩܢ ܘܐܡܪ: ܕܨܠܝ ܠܐܒܘܟ ܒܟܣܝܐ ܟܕ ܬܪܥܐ ܐܚܝܕ. ܗܕܐ ܐܝܟ ܕܡܛܝܬ ܐܚܘܝܟ. ܐܡܪ ܓܝܪ: ܕܨܠܝ ܠܐܒܘܟ ܒܟܣܝܐ ܟܕ ܬܪܥܐ ܐܚܝܕ. ܗܕܐ ܕܝܢ ܐܝܬܝܗ ܐܝܟ ܕܡܚܘܝܐ ܠܢ ܡܠܬܐ ܕܡܪܢ: ܕܨܠܝ ܒܟܣܝܐ ܒܠܒܟ: ܘܐܚܘܕ ܬܪܥܐ. ܘܡܢܘ ܬܪܥܐ ܕܐܡܪ ܐܚܘܕ: ܐܠܐ ܐܢ ܦܘܡܟ ܕܗܘܝܘ ܗܝܟܠܐ ܕܡܫܝܚܐ ܫܪܐ ܒܗ ܐܝܟ ܕܐܡܪ ܫܠܝܚܐ: ܕܗܝܟܠܗ ܐܝܬܝܟܘܢ ܕܡܪܢ. ܕܢܥܘܠ ܠܗ ܒܓܒܪܐ ܓܘܝܐ ܠܒܝܬܐ ܗܢܐ ܘܢܕܟܝܘܗܝ ܡܢ ܟܠܗ ܛܢܦܘܬܐ ܟܕ ܬܪܥܐ ܐܚܝܕ. ܘܐܢ ܗܘ ܕܠܐ

solummodo temporibus orabat [1]. Escenditque Daniel integer, et eius adversarii pro eo praecipitati sunt; reclusa sunt ora leonum, qui eos devoraverunt, eorumque ossa contriverunt. Praeterea eius oratio, completis annis septuaginta, captivitatem Babylone reduxit [2]. Et unusquisque Patrum nostrorum iustorum, tempore tribulationis adveniente, arma orationis adsumebat, ut per eam de angustia eriperetur.

10. Sed et Salvator noster orationem docuit his verbis : *Orate in occulto ad eum qui absconditus est; ille videt omnia* [3]. Ait enim : *Intra in cubiculum, et ora ad Patrem tuum in abscondito; et Pater qui videt abscondita reddet tibi* [4]. Quare autem, carissime, Salvator noster praecepit, dicens : *Ora Patrem tuum in abscondito, clauso ostio?* Hoc prout adsecutus sum tibi tradam. Dixit igitur : *Ora Patrem tuum in abscondito, clauso ostio.* Id autem est, ut nobis sermo Domini *Ora in abscondito* declarat : in corde tuo. *Et claude ostium.* Quodnam est ostium quod claudere iubet? nisi os tuum, cum ipse templum sis in quo Christus residet, quemadmodum Apostolus ait : *Templum vos estis Domini* [5], qui intrabit in hominem interiorem, hanc nempe domum, eamque ab omni immunditia

ABJ — 2 A add. ܘܐܬܦܨܝ ܠܡܫܝܚܐ. — 8 A ܘܒܗ. — 12 A ܚܙܐ ܟܠ. — Ib. A ܟܣܝܐ. — 13 A *qui videt in abscondito* ܕܚܙܐ ܒܟܣܝܐ. — 17 B om. ܒܟܣܝܐ. — 19 A ܡܠܬܗ. — 20 A ܗܘ ܒܟܣܝܐ.

[1] Dan. VI, 10. — [2] *Ib.* IX, 23 seqq. — [3] Matth. VI, 6. — [4] *Ib.* — [5] I Cor. III, 16.

purgabit, quando clausa fuerit porta, quae os tuum est. Sin aliter, quomodo rem intelliges? Si tibi contingat ut in agro invenіaris, ubi domus non sit neve porta, numquid forte in abscondito non orabis? Vel si obveniat ut sis in summo monte constitutus, numquid etiam non orabis? Salvator insuper significavit Deum cordis et cogitationis nosse voluntatem, ut ipse Dominus scripsit : *Scit Pater vester quid opus sit vobis antequam petatis ab eo*[1]. Et apud Isaiam prophetam scriptum est : *Antequam invocent electi mei, audiam illos; antequam conclament, eis respondebo*[2]. Rursum ait Isaias de impiis : *Etiamsi multiplicaveritis orationem, non exaudiam*[3]. Ait iterum : *Voce magna auribus meis inclamabunt, neque exaudiam eos*[4]. Haec autem de oratione dolosa dicit, quae non fit accepta. Omnia vero illa verba cum discretione audire debes, tunc vim eorum intelliges.

11. Ibidem Vivificator noster aliud verbum protulit, considerate etiam accipiendum. Ait enim : *Ubi sunt duo vel tres congregati in nomine meo, ibi sum in medio eorum*[5]. Quomodo intelligis, carissime, sermonem istum? Ecce Salvator dicit : *Ubi sunt duo vel tres congregati in nomine meo, ibi sum in medio eorum.* Num-

ܗܘܐ ܡܕܟܐ ܐܢܬ ܠܗ܆ ܐܚܝܕܐ ܡܫܬܟܚܐ ܠܟ ܕܦܘܡܟ ܗܘܐ܀ ܐܘ ܐܢ ܢܓܕܫ ܠܟ ܕܒܚܩܠܐ ܬܫܬܟܚ ܘܠܝܬ ܒܝܬܐ ܘܬܪܥܐ܆ ܕܠܡܐ ܠܐ ܡܨܠܐ ܐܢܬ ܒܟܣܝܐ܀ ܐܘ ܗܘ ܕܢܓܕܫ ܠܟ ܠܘܬ ܕܒܪܝܫ ܛܘܪܐ ܐܢܬ܆ ܕܠܡܐ ܠܐ ܡܨܠܐ ܐܢܬ܀ ܘܗܘܐ ܕܚܘܝ ܦܪܘܩܢ ܕܒܪܘܚܢܐ ܕܠܒܐ ܘܕܡܚܫܒܬܐ ܝܕܥ ܐܠܗܐ܆ ܐܝܟ ܕܟܬܒ ܗܘ ܡܪܢ܆ ܕܐܒܘܟܘܢ ܗܘ ܝܕܥ ܥܕܠܐ ܬܫܐܠܘܢܗ ܡܢܐ ܡܬܒܥܐ ܠܟܘܢ܂ ܘܒܐܫܥܝܐ ܢܒܝܐ ܟܬܝܒ܆ ܕܥܕܠܐ ܢܩܪܘܢ ܐܠܝܢ ܓܒܝܝ ܠܝ ܐܫܡܥ ܐܢܘܢ܆ ܘܥܕܠܐ ܢܩܥܘܢ ܐܥܢܐ ܐܢܘܢ܂ ܬܘܒ ܐܡܪ ܐܫܥܝܐ ܥܠ ܥܘܠܐ܆ ܕܐܦ ܐܢ ܬܣܓܘܢ ܨܠܘܬܐ ܠܐ ܫܡܥ ܐܢܐ܂ ܬܘܒ ܐܡܪ܆ ܕܢܩܥܘܢ ܒܐܕܢܝ ܒܩܠܐ ܪܒܐ ܘܠܐ ܐܫܡܥ ܐܢܘܢ܂ ܗܕܐ ܕܝܢ ܐܡܪ ܥܠ ܨܠܘܬܐ ܕܢܟܠܐ ܕܠܐ ܡܬܩܒܠܐ܂ ܟܠܗܝܢ ܕܝܢ ܡܠܐ ܒܦܘܪܫܢܐ ܘܠܐ ܠܡܫܡܥ ܠܗܝܢ܆ ܐܦ ܚܝܠܗܝܢ ܬܕܥ܀

ܐܡܪ ܬܘܒ ܡܚܝܢܢ ܡܠܬܐ ܐܚܪܬܐ ܡܬܒܩܝܢܐ ܡܫܬܟܚܐ܂ ܐܡܪ ܓܝܪ܆ ܕܐܬܪ ܕܐܝܬ ܬܠܬܐ ܟܢܝܫܝܢ ܒܫܡܝ ܬܡܢ ܐܢܐ ܒܝܢܬܗܘܢ܂ ܘܐܝܟܢܐ ܡܣܬܟܠ ܐܢܬ ܠܗ ܡܠܬܐ ܗܕܐ ܐܘ ܚܒܝܒܐ܀ ܗܐ ܐܡܪ ܡܚܝܢܢ܆ ܕܐܬܪ ܕܐܝܬ ܬܠܬܐ ܟܢܝܫܝܢ ܒܫܡܝ ܬܡܢ ܗܘܐ ܐܢܐ ܒܝܢܬܗܘܢ܂ ܐܘ ܗܘ ܕܒܠܚܘܕܘܗܝ

AB] — 7 A ܘܪܘܚܢܐ. — 8 B om. ܐܠܗܐ. — 9 A ܗܘ ܝܕܥ. — 14 B ܨܠܘܬܐ. — 19 A ܘܐܦ. — 20 A ܬܘܒ] ܬܘܒ.

[1] Matth. VI, 8. — [2] Is. LXV, 24. — [3] *Ib.* I, 15. — [4] Ezech. VIII, 18. — [5] Matth. XVIII, 20.

ܐܝܟܢܐ ܠܐ ܗܘܐ ܥܡܟ ܡܫܝܚܐ. ܘܬܘܒ ܥܠ ܟܠ ܐܝܠܝܢ ܕܡܗܝܡܢܝܢ ܒܗ ܒܡܫܝܚܐ ܕܒܗܘܢ ܥܡܪ ܡܫܝܚܐ: ܡܬܚܘܝܐ ܗܟܝܠ ܕܐܡܬܝ ܕܗܘܝܢ ܬܪܝܢ ܬܠܬܐ ܘܡܫܬܟܚܝܢ ܗܘܐ ܥܡܗܘܢ ܡܫܝܚܐ. ܘܐܢܐ ܡܚܘܐ ܐܢܐ ܠܟ ܕܐܦ ܕܫܩܠܐ ܕܢܣܒ ܬܪܝܢ ܬܠܬܐ ܝܬܝܪ ܡܢ ܐܠܦܐ ܒܢܝ̈ܢܫܐ ܒܫܡܐ ܕܡܫܝܚܐ ܘܡܫܝܚܐ ܠܐ ܥܡܪ ܒܗܘܢ: ܘܐܝܬ ܒܪܢܫܐ ܕܒܠܚܘܕܘܗܝ ܐܝܬܘܗܝ ܘܡܫܝܚܐ ܥܡܗ ܡܫܝܚܐ. ܘܗܕܐ ܡܠܬܐ ܕܐܡܪ ܡܚܝܢܢ ܫܦܝܪܐ ܘܒܣܝܡܐ ܠܫܡܘܥܝܗ̇. ܐܡܪ ܓܝܪ: ܕܐܝܟܐ ܕܐܝܬ ܬܠܬܐ ܟܢܝܫܝܢ ܒܫܡܝ ܬܡܢ ܐܢܐ ܒܡܨܥܬܗܘܢ. ܗܟܢܐ ܕܟܢܫ ܐܢܫ ܢܦܫܗ ܒܫܡܐ ܕܡܫܝܚܐ: ܡܫܝܚܐ ܥܡܪ ܒܗ: ܘܐܠܗܐ ܥܡܪ ܒܡܫܝܚܐ. ܡܛܠ ܗܘܐ ܠܗ ܗܘ ܒܪܢܫܐ ܚܕ ܡܢ ܬܠܬܐ: ܢܦܫܗ ܘܡܫܝܚܐ ܕܥܡܪ ܒܗ: ܘܐܠܗܐ ܕܒܡܫܝܚܐ: ܐܝܟ ܕܐܡܪ ܗܘ ܡܪܢ: ܕܐܢܐ ܒܐܒܝ ܘܐܒܝ ܒܝ. ܘܐܡܪ: ܕܐܢܐ ܘܐܒܝ ܚܕ ܚܢܢ. ܘܬܘܒ ܐܡܪ: ܕܐܢܬܘܢ ܒܝ ܐܢܬܘܢ ܘܐܢܐ ܒܟܘܢ ܐܢܐ. ܬܘܒ ܐܡܪ ܒܢܒܝܐ: ܕܐܥܡܪ ܒܗܘܢ ܘܐܗܠܟ ܒܗܘܢ. ܒܗܕܐ ܕܡܝܢܐ ܡܨܐ ܐܢܬ ܠܡܣܟܠܘ ܡܠܬܐ ܗܕܐ ܕܐܡܪ ܡܚܝܢܢ܀

ܘܐܢܐ ܕܝܢ ܐܚܘܝܟ ܚܒܝܒܝ ܚܕ ܚܕ ܡܢ ܐܒܗ̈ܬܢ ܙܕ̈ܝܩܐ ܕܩܕܡܘ: ܕܐܠܗܐ ܒܗܘܢ

quid si solus es, Christus tecum non est? De iis etiam qui in Christum credunt scriptum est in eis habitare Christum [1], quo ostenditur, ut duo vel tres simul inveniuntur, Christum cum eis esse. Ego vero tibi demonstrabo non duo vel tres, sed amplius mille hominum in nomine Christi posse aliquando congregari, Christum autem cum eis non manere, dum homo qui solus fuerit Christum secum habebit. Sed gratum iucundumque est audientibus verbum Vivificatoris nostri dicentis : *Ubi sunt duo vel tres congregati in nomine meo, ibi sum in medio eorum* [2]. Ut homo in nomine Christi se colligit, Christus habitat in eo; Deus autem habitat in Christo; fit igitur homo ille unum ex tribus constans : ipso nempe homine, Christo qui habitat in eo, et Deo qui in Christo est, quemadmodum ipse Dominus dixit : *Ego in Patre et Pater in me est* [3]. Dixit etiam : *Ego et Pater unum sumus* [4]. Et iterum : *Vos in me estis, et ego in vobis sum* [5]. Dixit quoque per Prophetam : *Habitabo in eis et inambulabo inter illos* [6]. Quo argumento potes sermonem illum Salvatoris intelligere.

12. Ego autem tibi ostendam, carissime, in singulis iustis, Patribus nostris,

AB] — 15 A ܘܐܠܗܐ erasum et ܘܐܒܐ secunda manu superscriptum. — 16 B *persona Christi* ܦܪܨܘܦܗ ܕܡܫܝܚܐ. — 17 A ܘܐܠܗܐ erasum et ܘܐܒܐ secunda manu superscriptum. — 18 A om. ܗܘ. — *Ib.* A add. ܐܢܐ] ܒܐܒܝ. — 19 A add. ܗܘ] ܒܝ. — 24 A add. ܕܝܢ] ܚܒܝܒܝ. — 25 A ܕܙܟܘ.

[1] Cf. I Ioh. III, 24; IV, 15. Ioh. VI, 57. — [2] Matth. XVIII, 20. — [3] Ioh. XIV, 10, 11. — [4] *Ib.* X, 30. [5] *Ib.* XIV, 20. — [6] Lev. XXVI, 12. II Cor. VI, 16. Cf. Ezech. XLIII, 9.

cum orarent Deum fuisse. Moyses enim dum in monte orabat solus quidem erat, sed Deus erat cum eo; neque eo quod erat solus non exauditus est, sed magis eius oratio, benigne excepta, iram divinam compescuit. Item Elias in monte Carmelo solus erat, et oratio eius mirabiles virtutes patefecit: ea enim inhibiti sunt caeli, eadem rursus eorum vincula soluta sunt. Haec de mortis manibus praedam abstulit, spolium inferno eripuit; haec etiam abominationem de Israel exstirpavit, haec quoque ter ignem demisit, in altare semel, et bis super principes; et vindictam pro eo sumpsit ignis per eius orationem de caelo delapsus. Genua flexit ut oraret, et confestim exauditus est; viri autem quadringenti et quinquaginta qui sublata voce clamabant, non auditi sunt, eo quod in Baalis nomine clamabant; Elias vero, licet solus esset, meruit exaudiri. Similiter Ionas propheta exauditus est, quando de profundis inferni oravit; quamvis solus esset, extemplo auditus est et responsum accepit. Item Elisaeus oravit et ab inferno [mortuum] retraxit, et de manibus iniquorum qui illum circumveniebant servatus est. Solus quidem esse videbatur, et tamen exercitus multus in circuitu eius aderat. Ait

ܐܝܬܘܗܝ ܗܘܐ. ܟܕ ܨܠܐ ܓܝܪ ܡܘܫܐ ܒܛܘܪܐ ܒܠܚܘܕܘܗܝ ܗܘܐ: ܘܐܠܗܐ ܥܡܗ ܗܘܐ. ܘܠܐ ܡܛܠ ܕܒܠܚܘܕܘܗܝ ܐܝܬܘܗܝ ܗܘܐ ܠܐ ܐܫܬܡܥ: ܐܠܐ ܢܝܚܐܝܬ ܨܠܘܬܗ ܕܡܘܫܐ ܐܫܬܡܥܬ ܘܫܟܟܬ ܪܘܓܙܗ ܕܐܠܗܐ: ܐܦ ܐܠܝܐ ܒܛܘܪܐ ܕܟܪܡܠܐ ܐܝܬܘܗܝ ܗܘܐ ܒܠܚܘܕܘܗܝ: ܘܨܠܘܬܗ ܚܝܠܐ ܠܡܬܗܪܐ ܓܠܝܬ. ܨܠܘܬܗ ܓܝܪ ܐܬܟܠܝܘ ܫܡܝܐ: ܘܒܗ ܗܝ ܨܠܘܬܗ ܐܫܬܪܝܘ ܐܣܘܪܝܗܘܢ: ܘܨܠܘܬܗ ܡܢ ܐܝܕܝ ܡܘܬܐ ܢܣܒܬ ܘܡܢ ܫܝܘܠ ܐܚܝܕܬ: ܘܨܠܘܬܗ ܗܝ ܥܩܪܬ ܛܡܐܘܬܐ ܡܢ ܐܝܣܪܝܠ: ܘܨܠܘܬܗ ܗܝ ܐܚܬܬ ܢܘܪܐ ܬܠܬ ܙܒܢܝܢ: ܚܕܐ ܥܠ ܡܕܒܚܐ ܘܬܪܬܝܢ ܥܠ ܪܘܪܒܢܐ: ܘܬܒܥܬ ܠܗ ܢܩܡܬܐ ܟܕ ܢܚܬܐ ܗܘܬ ܒܨܠܘܬܗ: ܥܠ ܒܘܪܟܘܗܝ ܟܦܐ ܘܨܠܝ ܘܐܬܥܢܝ ܡܚܕܐ: ܘܐܪܒܥܡܐܐ ܘܚܡܫܝܢ ܕܩܥܘ ܒܩܠܐ ܪܡܐ ܠܐ ܐܫܬܡܥܘ ܡܛܠ ܕܒܫܡܗ ܕܒܥܠܐ ܩܪܝܢ ܗܘܘ: ܘܐܠܝܐ ܟܕ ܒܠܚܘܕܘܗܝ ܗܘܐ ܢܝܚܐܝܬ ܐܫܬܡܥ. ܐܦ ܝܘܢܢ ܢܒܝܐ ܟܕ ܨܠܝ ܡܢ ܫܝܘܠ ܬܚܬܝܬܐ ܐܫܬܡܥ: ܟܕ ܒܠܚܘܕܘܗܝ ܐܝܬܘܗܝ ܗܘܐ ܒܥܓܠ ܐܫܬܡܥ ܘܐܬܥܢܝ. ܘܐܦ ܐܠܝܫܥ ܨܠܝ ܘܐܣܩ ܡܢ ܫܝܘܠ ܘܐܬܦܨܝ ܡܢ ܐܝܕܝ ܥܘܠܐ ܕܟܪܟܘܗܝ. ܘܟܕ ܚܙܝܐ ܒܠܚܘܕܘܗܝ ܗܘܐ: ܐܠܐ ܚܝܠܐ ܣܓܝܐܐ ܚܕܪ ܗܘܐ ܠܗ. ܐܡܪ ܓܝܪ ܠܡܫܡܫܢܗ: ܕܣܓܝܐܝܢ

AB] — 4 A ܢܝܚܐ ܨܠܘܬܗ ܐܫܬܡܥܬ. — 6 A ܐܦ. — 7 A ܗܘܐ ܐܝܬܘܗܝ ܒܠܚܘܕܘܗܝ. — 8 A om. ܐܬܟܠܝܘ ܓܝܪ ܨܠܘܬܗ... . — 17 A add. *et invocabant* ܘܩܪܘ [ܕܩܥܘ. — 20 A ܐܦ. — 22 B om. ܐܝܬܘܗܝ... ܒ.

ܐܣܓܝ ܕܥܡܢ ܡܢ ܕܥܡܗܘܢ. ܘܟܕ ܒܠܚܘܕܝܗܘܢ ܗܘܘ ܠܐ ܗܘܘ ܒܠܚܘܕܝܗܘܢ. ܒܗܠܝܢ ܓܝܪ ܕܚܘܝܬ ܕܐܫܟܚܬ ܡܫܟܚ ܐܢܬ ܠܡܣܬܟܠܘ ܕܡܪܢ ܠܡܫܡܥܘ ܕܐܡܪ: ܕܐܬܪ ܕܬܪܝܢ ܘܬܠܬܐ ܟܢܝܫܝܢ ܒܫܡܝ ܬܡܢ ܐܢܐ ܒܝܢܬܗܘܢ܀

ܐܝܟ ܕܡܢ ܠܥܠ ܐܠܦܬܟ: ܟܕ ܓܝܪ ܕܡܨܠܐ ܐܢܬ ܗܒ ܠܒܟ ܠܥܠ ܘܥܝܢܝܟ ܠܬܚܬ ܘܥܘܠ ܠܘܬ ܠܓܘ ܒܪܢܫܟ ܓܘܝܐ ܘܨܠܝ ܒܟܣܝܐ ܠܐܒܘܟ ܕܒܫܡܝܐ. ܘܗܠܝܢ ܟܠܗ ܕܨܠܘܬܐ ܟܬܒܬ ܠܟ ܗܪܟܐ ܕܨܠܘܬܐ ܕܟܕ ܕܟܝܐ ܡܬܩܒܠܐ ܘܟܕ ܠܐ ܕܟܝܐ ܠܐ ܡܬܩܒܠܐ: ܡܛܠ ܕܐܝܬ ܒܝܢܬܢ ܐܢܫܐ ܕܡܣܓܝܢ ܨܠܘܬܐ ܘܡܘܪܟܝܢ ܒܥܘܬܐ ܘܡܟܦܦܝܢ ܩܘܡܬܗܘܢ ܘܡܦܪܣܝܢ ܐܝܕܝܗܘܢ ܡܪܚܩܝܢ ܕܨܠܘܬܐ ܥܒܕ̈ܐ ܐܝܟ ܡܢܗܘܢ. ܡܬܢܝܢ ܓܝܪ ܨܠܘܬܗ ܕܡܚܝܢܢ ܕܐܠܦ: ܕܫܒܘܩ ܠܢ ܚܘ̈ܒܝܢ ܘܐܦ ܚܢܢ ܢܫܒܘܩ ܠܚܝ̈ܒܝܢ. ܐܘ ܕܡܨܠܐ: ܐܬܕܟܪ ܕܩܕܡ ܐܠܗܐ ܡܩܪܒ ܐܢܬ ܩܘܪܒܢܐ. ܠܐ ܢܒܗܬ ܡܩܪܒ ܨܠܘܬܐ ܒܩܘܪܒܢܐ ܕܐܝܬ ܒܗ ܡܘܡܐ܇ ܐܝܟ ܕܝܢ ܡܨܠܐ ܐܢܬ ܕܢܫܬܒܩ ܠܟ ܘܡܫܬܘܕܐ ܐܢܬ ܕܫܒܩ ܐܢܬ: ܐܬܚܫܒ ܒܩܘܕܡ ܒܪܥܝܢܟ ܐܢܗܘ ܕܫܒܩ ܐܢܬ ܘܗܝܕܝܢ ܐܬܘܕܐ: ܕܫܒܩ ܐܢܐ. ܠܐ ܕܝܢ ܬܕܓܠ ܠܐܠܗܐ ܘܬܐܡܪ: ܕܫܒܩ ܐܢܐ ܟܕ ܠܐ ܫܒܩ

enim discipulo suo : *Plures nobiscum sunt quam cum illis* [1]. Solos relictos diceres, tamen soli non erant. Ex iis quae tibi significavi, sermonem intelligere potes Domini dicentis : *Ubicumque duo vel tres congregati sunt in nomine meo, illic in medio eorum sum* [2].

13. Sicut te supra monui, quando oras, cor tuum sursum erige, oculos autem demitte, et in hominem tuum interiorem collige te, et ora in abscondito Patrem tuum qui in caelis est. Omnia illa de oratione tibi scripsi, eam videlicet si munda fuerit excipi, si vero immunda respui, quoniam sunt inter nos qui orationes multiplicant, deprecationem protrahunt, se incurvant, manusque extendunt, licet orationis opera procul sint ab eis; et orationem pronuntiant a Vivificatore nostro traditam : *Dimitte nobis debita nostra, sicut et nos dimittimus debitoribus nostris* [3]. Sed tu qui oras, memento te coram Deo sacrificium offerre; nonne ille qui praesentat orationes de sacrificio labem habente erubescet? Tu, inquam, qui oras ut tibi dimittatur, teque dimittere confiteris, in mente tua prius cogita an reipsa dimittas, et tunc fateberis te dimittere. Noli autem Deo mentiri, dicereque : Ego

AB] — 13 A *non excipietur* ܠܐ ܡܬܩܒܠܐ] ܠܐ ܡܬܩܒܠܐ. — 14 A ܨܠܘܬܐ. — 18 A ܘܐܦ ܚܢܢ. — 21 A ܨܠܘܬܐ. — 23 A *ego dimitto* ܫܒܩ ܐܢܐ] ܕܫܒܩ ܐܢܬ. — 25 B ܕܝܢ] ܠܐ. — 26 A add. Deo] *viro* ܠܐܠܗܐ] ܚܕ

[1] II (IV) Reg. VI, 16. — [2] Matth. XVIII, 20. — [3] Ib. VI, 12.

dimitto; dum non dimittis. Deus enim non est homo similis tibi, ut ei mentiaris[1]. Si adversus hominem homo peccaverit, Dominum rogabit; si vero adversus Deum homo deliquerit, quem deprecabitur? Noli ergo te ipsum tua oratione condemnare. Insuper audi quid dicat Dominus : *Quando offers oblationem tuam, si recordatus fueris quod simultatem aliquam adversus fratrem tuum retineas, relinque oblationem tuam ante altare, et vade cum fratre tuo reconciliari, et tunc reversus oblationem tuam offer*[2]; ne forte cum oraveris, iram aliquam memineris te corde servare. Tibi autem animo finge, orationem tuam ante altare relictam esse, et nolle eum qui repraesentat orationes, hanc de terra efferre; inspicit enim sacrificium tuum an sit inquinatum; quod si mundum fuerit, id ante Deum perferet; et si invenerit in oratione tua : Dimitte mihi et ego dimittam; ita is qui preces offert respondebit oranti : Dimitte prius debitoribus tuis, et tunc petitionem tuam porrigam tuo creditori. Dimitte tu pro modo paupertatis tuae centum denarios, et myriadem talentorum creditor tuus secundum magnificentiam suam tibi dimittet, neque usuram fae-

ܐܝܬ. ܠܐ ܗܘܐ ܓܝܪ ܒܪܢܫܐ ܗܘ ܕܐܟܘܬܟ ܐܠܗܐ ܕܬܬܟܕܒ ܒܗ. ܟܕ ܒܪܢܫܐ ܠܒܪܢܫܐ ܢܚܛܐ ܢܒܥܐ ܡܢ ܡܪܝܐ. ܘܟܕ ܠܐܠܗܐ ܢܣܟܠ ܐܢܫ ܡܢ ܡܢ ܢܒܥܐ. ܠܐ ܕܝܢ ܠܢܦܫܟ ܬܚܝܒ ܒܨܠܘܬܟ. ܫܡܥ ܬܘܒ ܠܡܢܐ ܕܐܡܪ ܡܪܢ: ܕܟܕ ܬܩܪܒ ܩܘܪܒܢܟ ܘܬܬܕܟܪ ܕܐܝܬ ܐܚܝܕ ܐܢܬ ܐܝܟ ܐܚܕܐ ܚܣܡܐ: ܫܒܘܩ ܩܘܪܒܢܟ ܩܕܡ ܡܕܒܚܐ ܘܙܠ ܐܬܪܥܐ ܥܡ ܐܚܘܟ ܘܗܝܕܝܢ ܬܐ ܩܪܒ ܩܘܪܒܢܟ: ܕܠܐ ܟܕ ܡܨܠܐ ܐܢܬ ܬܬܕܟܪ ܕܚܣܡܐ ܐܝܟܐ ܐܚܝܕ ܐܢܬ. ܨܠܘܬܐ ܐܬܢܝܚ ܒܬܪܥܝܬܟ ܕܨܠܘܬܟ ܡܫܬܒܩܐ ܠܗ ܩܕܡ ܡܕܒܚܐ: ܘܠܐ ܨܒܐ ܡܩܪܒ ܕܨܠܘܬܐ ܕܢܫܩܠܝܗ ܡܢ ܐܪܥܐ ܡܛܠ ܕܚܙܐ ܠܗ ܠܩܘܪܒܢܟ ܡܢ ܡܘܡܐ: ܐܢ ܕܟܐ ܗܘ ܐܣܩܗ ܩܕܡ ܐܠܗܐ: ܘܐܢ ܗܘ ܕܡܫܟܚ ܒܗ ܒܨܠܘܬܟ: ܕܫܒܘܩ ܠܝ ܘܫܒܘܩ ܐܢܐ: ܗܟܢܐ ܡܥܢܐ ܠܗ ܠܗܘ ܕܡܥܠܐ ܡܢ ܡܩܒܠ ܕܨܠܘܬܐ: ܠܡܨܠܝܢܐ ܫܒܘܩ ܠܚܝܒܝܟ ܘܗܝܕܝܢ ܩܕܡ ܐܢܐ ܕܐܬܠ ܠܟܠ ܡܪܐ ܚܘܒܟ. ܫܒܘܩ ܐܢܬ ܡܐܐ ܕܝܢܪܝܢ ܐܝܟ ܡܣܟܢܘܬܟ: ܘܡܪܐ ܚܘܒܟ ܫܒܩ ܠܟ ܪܒܘ ܟܟܪܝܢ ܐܝܟ ܪܒܘܬܗ ܘܠܐ ܬܒܥ ܡܢܟ ܪܒܝܬܐ ܘܪܒܝܬܐ. ܘܐܢ ܕܝܢ ܐܝܬ ܘܫܒܩ ܐܝܬ ܗܘܝܢ ܗܘ ܫܒܩ ܠܗ ܠܡܘܙܦܢܟ ܘܡܫܒܩ ܠܗ ܠܫܒܩܗ ܡܩܕܡ ܕܨܠܘܬܐ. ܘܐܢܬܘ

AB] — 2 A add. ܕܝܢ [ܟܕ. — 3 A ܐܢܫ ܢܣܟܠ. — 10 A ܡܢܟ. — 11 A add. *adversus fratrem tuum* ܥܠ ܐܚܘܟ [ܐܢܬ. — 13 A ܨܠܘܬܐ. — 14 A primitus ܕܚܙܐ, secunda manu mutatum in *despicit* ܕܒܨܪ. — 16 A ܒܨܠܘܬܐ. — 18 A ܨܠܘܬܐ. — 23 A om. ܐܝܬ ܘܫܒܩ. — 24 A ܡܘܙܦܢ.

[1] Cf. Num. XXIII, 19. — [2] Matth. V, 23, 24.

ܘܠܐ ܢܬܒܥ ܐܝܟ ܗܘܦܟܐ ܐܡܪ ܠܟ܆ ܘܐܢܐ ܩܘܪܒܢܟ ܢܣܒ ܡܢܟ ܗܘ ܕܡܩܪܒ ܨܠܘܬܐ ܠܐ ܡܩܪܒ ܐܢܐ܆ ܐܠܐ ܗܘ ܠܘܬܟ ܐܬܐ ܐܝܟ ܠܡܪܐ ܚܘܒܬܐ ܠܡܬܠ ܚܘܫܒܢܐ ܘܩܘܪܒܢܟ ܥܡܟ ܢܣܒ ܐܝܟ ܠܗ ܠܩܒܠܟ. ܘܫܒܩ ܠܗ ܠܩܘܪܒܢܟ ܘܐܙܠ. ܫܡܥ ܕܝܢ ܠܢܒܝܐ ܡܢܐ ܐܡܪ: ܕܠܝܛ ܗܘ ܟܠ ܡܢ ܕܐܝܬ ܠܗ ܕܟܪܐ ܒܥܢܗ ܘܢܕܪ ܢܕܪܐ ܘܡܕܒܚ ܠܡܪܝܐ ܕܡܘܡܐ ܐܝܬ ܒܗ. ܘܐܡܪ ܬܘܒ: ܩܪܒܝܗܝ ܢܐ ܠܫܠܝܛܟ ܕܠܡܐ ܢܪܥܐ ܒܟ ܐܘ ܢܣܒ ܒܐܦܝܟ. ܡܛܠ ܗܟܝܠ ܘܠܐ ܠܟ ܠܡܫܒܩ ܠܚܝܒܝܟ ܥܕܠܐ ܬܨܠܐ: ܘܗܝܕܝܢ ܨܠܝ. ܘܡܐ ܕܗܟܢܐ ܐܝܟ ܗܟܢܐ ܨܠܝܬ ܣܠܩܐ ܨܠܘܬܟ ܩܕܡ ܐܠܗܐ ܘܠܐ ܡܫܬܒܩܐ ܥܠ ܐܪܥܐ܀

ܐܡܪ ܓܝܪ ܒܢܒܝܐ: ܗܕܐ ܗܝ ܢܝܚܬܝ: ܐܢܝܚܘ ܠܡܠܐܝܐ. ܥܒܕ ܗܟܝܠ ܢܝܚܘܬܗ ܕܐܠܗܐ ܐܘ ܒܪ ܐܢܫܐ: ܘܠܐ ܗܘܐ ܠܟ ܡܣܬܢܩܐ ܕܢܫܒܘܩ ܠܟ. ܐܢܝܚ ܠܡܠܐܝܐ ܣܥܘܪ ܟܪܝܗܐ ܘܦܪܢܣ ܠܡܣܟܢܐ: ܘܗܕܐ ܗܝ ܨܠܘܬܐ. ܘܐܠܦܟ ܚܒܝܒܝ ܕܟܠ ܗܘܐ ܕܡܬܥܒܕܝܢ ܒܐܢܫܐ ܢܝܚܐ ܕܐܠܗܐ ܨܠܘܬܐ ܗܝ. ܟܬܝܒ ܓܝܪ ܕܟܕ ܙܢܝ ܙܡܪܝ ܥܡ ܡܕܝܢܝܬܐ: ܚܙܝܗܝ ܦܝܢܚܣ ܒܪ ܐܠܥܙܪ ܘܥܠ ܠܩܠܝܬܐ ܘܩܛܠ

nusve a te exiget. Et si dimittere volueris, sacrificium tuum suscipiet ille qui praesentat orationes et secum tollet. Si autem non dimiseris, haec dicet tibi : Sacrificium immundum ante thronum sanctum non offeram, verum illuc ipse accedes, ut creditori tuo rationem reddas, et oblationem tuam tecum afferes; ille autem relinquens eam discedet. Sed prophetam audi. Quid dicit? *Maledictus qui marem optimum habens in grege suo, votum faciens, immolat Domino quod debile est*[1]. Et insuper : *Offer illud duci tuo, si forte placueris ei, aut faciem tuam susceperit*[2]. Te ergo debitoribus oportet priusquam ores dimittere, deinde orare. Et quando sic orabis, sursum ascendet ante Deum oratio tua, nedum in terra relinquatur.

14. Dixit enim per prophetam : *Haec requies mea : reficite lassos*[3]. Fac ergo opera quae Deum recreant, o homo, nec tibi dicendum erit : Dimitte mihi. Refice lapsos, infirmos visita, sustenta egenos; hoc ipsum oratio est. Teque id monitum volo, carissime, quotiescumque homo opera quae Deum recreant efficit, illud ipsum orationem esse. Ita enim scriptum est : Quando scortatus est Zamri cum Madianita, videns eum Phinees, filius Eleazar, cubiculum intravit, et ambos

AB] — 10 A ܘܦܪܘܥܘܗܝ. — 14 ܡܢ ܩܕܡ ܐܠܗܐ ܠܥܠ. — 17 A ܗܘܝ ܢܝܚܬܝ ܠܡܠܐܐ. 21 A *oratio tua perfecta* ܨܠܘܬܟ ܡܫܬܡܠܝܐ. — 22 B ܠܡܣܟܢܐ. — 23 A ܗܘ ܗܝ, ܗܘ ܗܘ.

[1] Malach. I. 14. — [2] *Ib.* I. 8. — [3] Is. XXVIII. 12.

occidit. Eorumque caedes orationis vice ei habita est. Sic enim loquitur de eo David : *Surrexit Phinees et oravit, et reputatum est ei in iustitiam in generationes usque in sempiternum*[1]. Horum igitur interemptio, propter Deum facta, pro oratione ei reputata est. Cave ergo, carissime, cum tibi res obtigerit quae Dei recreet voluntatem, ne dicas : Tempus adest orationis; orabo, ac postea faciam. Nam priusquam orationem compleveris, res illa quae Deum alleviaret tibi excidet, ipsoque opere quod Deo placet defraudaberis, ac propria oratione reus fies peccati; magis autem Dei beneplacitum praesta, nam hoc ipsum oratio est.

15. Sed audi sermonem Apostoli dicentis : *Si nosmetipsos iudicaremus, non iudicaremur*[2]. Iudica apud temetipsum ea quae tibi dico. Si longinquum iter suscipias, ac prae aestu confectus siti, ad quemdam devenias fratrum, eique dicas : Seda mihi cruciatum sitis; ille autem respondeat : Tempus adest orationis; orabo, et dein tibi vacabo; et quoadusque oraverit, tibique adfuerit, siti pereas, quid tibi melius videretur : illum ad orationem iisse, aut tormentum tuum levasse? Vel si iter agenti hiemis tempore pluvia et nix ingruant, algoreque valde vexeris, et amicum tuum hora iterum orationis

ܐܝܟ ܠܬܪܝܗܘܢ: ܘܩܛܠܗܘܢ ܕܨܠܘܬܐ ܐܬܚܫܒ ܠܗ. ܘܗܟܢܐ ܓܝܪ ܐܡܪ ܥܠܘܗܝ ܕܘܝܕ: ܕܩܡ ܦܝܢܚܤ ܘܨܠܝ ܘܐܬܚܫܒ ܠܗ ܠܙܕܝܩܘܬܐ ܠܕܪܕܪܝܢ ܘܥܕܡܐ ܠܥܠܡ. ܘܩܛܝܠܬܐ ܕܗܘܬ ܡܛܠ ܐܠܗܐ ܕܨܠܘܬܐ ܐܬܚܫܒܬ ܠܗ. ܘܚܙܝ ܚܒܝܒܝ ܕܟܕ ܬܬܩܪܒ ܠܟ ܨܒܘܬܐ ܕܡܢܝܚܐ ܨܒܝܢܗ ܕܐܠܗܐ ܘܬܐܡܪ: ܕܗܐ ܠܗ ܥܕܢܐ ܕܨܠܘܬܐ: ܐܨܠܐ ܘܗܝܕܝܢ ܐܥܒܕ. ܘܥܕ ܥܕܢܐ ܐܝܬ ܠܡܫܡܠܝܘܬܗ ܕܨܠܘܬܟ ܐܬܥܒܪܬ ܠܗ ܡܢܟ ܨܒܘܬܐ ܕܢܝܚܐ ܘܐܬܛܠܡܬ ܠܟ ܡܢ ܨܒܝܢܗ ܘܢܝܚܗ ܕܐܠܗܐ ܘܒܨܠܘܬܟ ܐܫܟܚܬ ܚܛܗܐ. ܐܠܐ ܥܒܕ ܢܝܚܗ ܕܐܠܗܐ ܘܗܝ ܨܠܘܬܐ܀

ܫܡܥ ܕܝܢ ܠܡܠܬܐ ܕܐܡܪ ܫܠܝܚܐ: ܕܐܠܘ ܢܦܫܢ ܕܢܝܢ ܗܘܝܢ ܠܐ ܡܬܕܝܢܝܢ ܗܘܝܢ. ܕܘܢ ܒܢܦܫܟ ܗܢܐ ܡܕܡ ܕܐܡܪ ܐܢܐ ܠܟ. ܐܢ ܢܬܩܪܐ ܠܟ ܕܬܐܙܠ ܒܐܘܪܚܐ ܪܚܝܩܬܐ ܘܢܬܩܪܐ ܠܟ ܨܗܝܐ ܒܫܘܒܐ ܘܬܐܬܐ ܠܘܬ ܚܕ ܡܢ ܐܚܐ ܠܐܚܝܢ ܘܬܐܡܪ ܠܗ ܐܢܝܚܝܢܝ ܡܢ ܫܢܕܐ ܕܨܗܝܐ ܘܢܐܡܪ ܠܟ: ܕܥܕܢܐ ܗܘ ܕܨܠܘܬܐ: ܐܨܠܐ ܘܗܝܕܝܢ ܐܬܐ ܠܘܬܟ. ܘܥܕ ܡܨܠܐ ܘܐܬܐ ܠܘܬܟ ܐܝܬ ܐܡܘܬ ܒܨܗܝܐ: ܐܝܕܐ ܡܬܚܙܝܐ ܠܟ ܕܡܝܬܪܐ: ܕܢܐܙܠ ܢܨܠܐ ܐܘ ܕܢܢܝܚ ܫܢܕܟ܆ ܐܘ ܐܢ ܬܐܙܠ ܒܐܘܪܚܐ ܒܣܬܘܐ ܕܢܚܬ ܡܛܪܐ ܘܢܗܘܐ ܥܠܝܟ ܡܛܪܐ ܘܬܠܓܐ ܘܬܬܥܢܐ ܛܒ ܠܗܘܐ

AB] — 5 A ܐܬܚܫܒܬ. — 10 A ܘܥܕ ܥܕܢܐ. — 21 ܫܢܕܐ. — 22 A ܐܬܐ ܐܢܐ.

[1] Ps. CVI (CV), 30, 31. — [2] I Cor. XI, 31.

ܒܡܘܬܪܐ ܘܐܦ ܒܥܕܢܐ ܕܨܠܘܬܐ ܐܡܪ ܠܟ ܡܫܒܩܝܢ ܘܐܝܟ ܗܢܐ ܦܬܓܡܐ ܢܥܢܝܟ ܘܐܢܬ ܒܩܘܪܫܐ ܬܡܘܬ: ܡܢܘ ܗܘ ܦܐܪܐ ܙܟܘܬܗ ܕܨܠܘܬܗ ܕܠܡܠܝܨܐ ܠܐ ܐܢܝܚ. ܡܪܢ ܕܝܢ ܟܕ ܚܘܝ ܡܬܠܐ ܕܕܝܢܐ ܦܪܫ ܘܐܩܝܡ ܡܢ ܝܡܝܢܗ ܘܡܢ ܣܡܠܗ ܘܠܗܠܝܢ ܐܡܪ ܕܡܢ ܝܡܝܢܗ: ܕܟܦܢܬ ܘܐܘܟܠܬܘܢܝ ܨܗܝܬ ܘܐܫܩܝܬܘܢܝ ܟܪܝܗ ܗܘܝܬ ܘܣܥܪܬܘܢܝ ܘܐܟܣܢܝܐ ܗܘܝܬ ܘܟܢܫܬܘܢܝ. ܘܐܝܟ ܗܠܝܢ ܐܡܪ ܠܕܡܢ ܣܡܠܗ: ܘܡܛܠ ܕܠܐ ܥܒܕܘ ܗܠܝܢ ܫܕܪ ܐܢܘܢ ܠܬܫܢܝܩܐ: ܘܒܢܝ ܝܡܝܢܐ ܫܕܪ ܐܢܘܢ ܠܡܠܟܘܬܐ܀

ܨܠܘܬܐ ܫܦܝܪܐ ܘܥܒܕܝܗ ܡܫܒܚܝܢ. ܘܨܠܘܬܐ ܡܬܩܒܠܐ ܟܕ ܢܝܚܐ ܗܘܐ ܒܗ: ܘܨܠܘܬܐ ܡܫܬܡܥܐ ܟܕ ܫܘܒܩܢܐ ܡܫܬܟܚ ܒܗ: ܘܪܚܝܡܐ ܨܠܘܬܐ ܟܕ ܕܟܝܐ ܡܢ ܟܠ ܢܟܠܝܢ: ܘܨܠܘܬܐ ܚܝܠܬܢܝܬܐ ܟܕ ܚܝܠܗ ܕܐܠܗܐ ܡܫܬܡܠܝܐ ܒܗ. ܗܢܐ ܕܝܢ ܕܟܬܒܬ ܠܟ ܚܒܝܒܝ ܕܐܢܫ ܢܥܒܕ ܨܒܝܢܗ ܕܐܠܗܐ ܗܘܝ ܗܝ ܨܠܘܬܐ: ܐܢܐ ܓܝܪ ܗܟܢܐ ܡܬܚܙܝܐ ܠܝ ܕܫܦܝܪܐ ܗܝ. ܘܠܐ ܡܛܠ ܕܐܡܪܬ ܠܟ ܬܒܛܠܝܗ ܠܟ ܡܢ ܨܠܘܬܐ: ܐܠܐ ܝܬܝܪܐܝܬ ܗܘܝܬ ܡܬܚܦܛ ܐܝܬ ܒܗ ܨܠܘܬܐ ܘܠܐ ܬܡܐܢ ܠܟ ܐܝܟ ܕܟܬܝܒ ܕܐܡܪ ܡܪܢ: ܕܗܘܘܢ ܡܨܠܝܢ ܘܠܐ ܬܡܐܢ ܠܟܘܢ:

adeas, atque eadem te ille responsione excipiat, tu vero frigore moriaris, quisnam fructus erit orationis viri qui afflictum non sublevavit? Sed Dominus cum parabolam iudicii protulit, separavit et statuit [homines] a dextris et a sinistris, et his qui a dextris erant ait : *Esurivi et dedistis mihi manducare; sitivi et potum praebuistis; aegrotavi et visitastis me; hospes eram et collegistis me*[1]. Talia etiam iis locutus est qui a sinistris erant; et quia haec non egerant, supplicio eos tradidit; filios autem dexterae in regnum misit.

16. Pulchra est oratio, et opera eius praeclara. Oratio accepta fit, quando bonis operibus coniungitur[2]; oratio exauditur, quando invenitur in ea condonatio; oratio grata est, quando ab omni fraude munda est; oratio potens est, quando divina virtute repletur. Quod autem scripsi tibi, carissime, scilicet cum Dei voluntatem efficit homo, hoc ipsum orationem esse, rectum equidem esse existimo; noli vero, propter ea quae dixi tibi, orationem omittere; magis vero ad orandum esto sollicitus, nec taedio opprimaris, sicuti Dominum dixisse scriptum est : *Orate et nolite deficere*[3]; vigiliis

AB] — 4 A ܕܠܡܠܝܨ̈ܐ. — 18 A ܚܝܠܬܢܐ. — 24 A om. ܐܝܬ. — 25 A om. ܕܨܠܘ.

[1] Matth. xxv, 35, 36. De modo quo locus iste Evangelii hic et infra (Demonstr. xx, § 3) ab Aphraate refertur, vid. Praef. § 11. — [2] Textus ad litteram legitur : *Quando allevamentum habet*, i. e. quando opera Deo placentia iunguntur orationi. — [3] Luc. xviii, 1.

intentus esto, segnitiem et desidiam a te depelle; esto vigilans diu noctuque, neque obtorpescas.

17. Nunc orationis tempora te docebo. Est siquidem deprecatio, confessio et laus[1]; deprecatio cum quis misericordiam pro peccatis suis implorat; confessio quando gratias agis Patri tuo qui in caelis est: laus cum illum super operibus eius praedicas. Si in tribulatione es, deprecationem admove; si beneficiis eius sustentaris, datori gratias age; et quando mens tua hilaris est, offer laudem. Et cunctas orationes tuas secundum hanc distinctionem debes coram Deo proferre. Vide etenim quomodo David omni tempore diceret: *Surrexi ut confiterer tibi super iudiciis tuis, iuste*[2]. Et in alio psalmo dixit: *Laudate Dominum de caelis, laudate eum in excelsis*[3]. Iterum ait: *Benedicam Dominum in omni tempore; semper laus eius in ore meo*[4]. Non ergo uno modo tantum, sed diversis orabat.

18. Equidem persuasum habeo, carissime, quodcumque homines attente petunt, hoc eis Deum praestare; ei autem qui illudens preces offert non adnuere, sicuti est scriptum: Oportet igitur oran-

ܘܒܨܠܘܬܐ ܗܘܝ ܡܬܚܦܛ: ܘܐܪܚܩ ܡܢܟ ܪܡܝܢܘܬܐ ܘܥܨܠܘܬܐ: ܘܗܘܝ ܥܝܪ ܒܐܝܡܡܐ ܘܒܠܠܝܐ ܘܠܐ ܬܬܡܐܢ ܠܟ܀

ܘܐܢܐ ܐܚܘܐ ܠܟ ܥܕ̈ܢܝܗ ܕܨܠܘܬܐ. ܐܝܬ ܓܝܪ ܒܥܘܬܐ ܘܐܘܕܝܬܐ ܘܫܘܒܚܬܐ: ܒܥܘܬܐ ܕܒܥܐ ܐܢܫ ܪܚܡܐ ܥܠ ܚܛܗܘܗܝ: ܘܐܘܕܝܬܐ ܕܡܘܕܐ ܐܢܬ ܠܐܒܘܟ ܕܒܫܡܝܐ: ܘܫܘܒܚܬܐ ܕܡܫܒܚ ܐܢܬ ܠܗ ܥܠ ܥܒ̈ܕܘܗܝ. ܡܐ ܕܐܝܬ ܠܟ ܐܘܠܨܢܐ ܩܪܒ ܒܥܘܬܐ: ܘܡܐ ܕܡܬܦܪܢܣ ܐܢܬ ܡܢ ܛܒ̈ܘܬܗ ܗܘܝ ܡܘܕܐ ܠܝܗܘܒܐ: ܘܡܐ ܕܚܕܝܐ ܪܥܝܢܟ ܩܪܒ ܫܘܒܚܬܐ. ܘܟܠܗܝܢ ܨܠ̈ܘܬܟ ܒܦܘܪܫܢܐ ܗܘܝ ܡܩܪܒ ܠܗܝܢ ܩܕܡ ܐܠܗܐ. ܚܙܝ ܕܐܦ ܕܘܝܕ ܒܟܠܥܕܢ ܐܡܪ ܗܘܐ: ܕܩܡܬ ܕܐܘܕܐ ܠܟ ܥܠ ܕܝ̈ܢܝܟ ܙܕܝܩܐ. ܐܦ ܒܡܙܡܘܪܐ ܐܚܪܢܐ ܐܡܪ: ܫܒܚܘܗܝ ܠܡܪܝܐ ܡܢ ܫܡܝܐ: ܫܒܚܘܗܝ ܒܡܪ̈ܘܡܐ. ܬܘܒ ܐܡܪ: ܐܒܪܟ ܠܡܪܝܐ ܒܟܠܥܕܢ: ܘܒܟܠܥܕܢ ܬܫܒܘܚܬܗ ܒܦܘܡܝ. ܘܠܐ ܗܘܐ ܒܚܕ ܐܣܟܝܡ ܡܨܠܐ ܗܘܐ ܐܠܐ ܐܦ ܒܦܘܪ̈ܫܢܐ܀

ܘܐܢܐ ܡܬܛܦܝܣ ܐܢܐ ܚܒܝܒܝ ܕܟܠ ܡܕܡ ܕܡܫܐܠܝܢ ܒܢܝ̈ܢܫܐ ܒܚܦܝܛܘܬܐ ܝܗܒ ܠܗܘܢ ܐܠܗܐ: ܘܡܢ ܕܡܒܙܚ ܡܩܪܒ ܠܐ ܪܥܐ ܒܗ ܐܝܟ ܕܟܬܝܒ: ܡܛܠ ܗܢܐ ܡܬܒܥܐ ܠܡܨܠܝܢܐ ܠܡܩܪܒ ܨܠܘܬܐ

AB¹. — 10 11 A ܘܡܢ — 13 A ܒܗܝܢ — 16 A ܘܐܦ. — 22 A ܐܢܐ. — 24 A *cum taedio* ܒܡܥܩܬܐ ... ܘܒܡܪܘܕܐ. — 26 B desunt ܠܡܨܠܝܢܐ.

[1] I Tim. II, 1. — [2] Ps. CXIX (CXVIII), 62. — [3] Ps. CXLVIII, 1. — [4] Ps. XXXIV (XXXIII), 2.

ܕܢܗܦܟܝܘܗܝ ܩܘܪܒܢܗ ܩܕܡ ܕܠܡܐ ܢܫܬܟܚ ܒܗ ܡܘܡܐ ܘܗܝܕܝܢ ܢܩܪܒܝܘܗܝ: ܕܠܐ ܢܫܬܐܪ ܠܗ ܩܘܪܒܢܟ ܥܠ ܐܪܥܐ. ܘܠܝܬ ܗܘ ܩܘܪܒܢܐ ܐܠܐ ܐܢ ܨܠܘܬܐ: ܐܝܟ ܕܡܢ ܠܥܠ ܟܬܒܬ ܠܟ. ܘܐܦ ܕܘܝܕ ܐܡܪ: ܕܒܚܘ ܠܡܪܝܐ ܬܘܕܝܬܐ: ܘܫܠܡܘ ܠܡܪܝܡܐ ܢܕܪܝܟ. ܡܢ ܟܠܗܘܢ ܕܝܢ ܩܘܪܒܢܐ ܨܠܘܬܐ ܕܟܝܬܐ ܡܝܬܪܐ ܗܝ. ܐܬܚܦܛ ܡܟܝܠ ܚܒܝܒܝ ܒܗܿ ܒܨܠܘܬܐ ܕܡܡܠܠܐ ܚܠܦܝܟ ܥܡ ܐܠܗܐ ܐܝܟ ܕܟܬܒ ܐܫܥܝܐ ܢܒܝܐ ܟܕ ܐܘܕܥ ܐܢܘܢ ܚܛܗܝܗܘܢ ܠܒܢܝ ܐܝܣܪܝܠ ܘܩܪܐ ܐܢܘܢ ܩܨܝܢܝܗܐ ܕܣܕܘܡ ܚܠܦ ܒܢܝܐ ܕܪܒܝ ܘܐܪܝܡ: ܘܗܢܘܢ ܚܠܦܘ ܐܝܩܪܗܘܢ ܒܨܥܪܐ. ܡܢ ܠܥܠ ܐܡܪ ܠܗܘܢ ܐܫܥܝܐ: ܕܒܢܝܐ ܪܒܝܬ ܘܐܪܝܡܬ. ܘܡܢ ܒܬܪܟܢ ܐܡܪ: ܩܨܝܢܝܗ̇ ܕܣܕܘܡ ܘܥܡܐ ܕܥܡܘܪܐ. ܘܟܕ ܠܐ ܫܡܥܘ ܒܩܠܗ ܕܢܒܝܐ ܕܐܡܪ ܠܗܘܢ: ܕܐܪܥܗܘܢ ܚܪܒܐ ܠܗ ܘܩܘܪܝܗܘܢ ܝܩܝܕܢ ܒܢܘܪܐ: ܘܩܪܐ ܐܢܘܢ ܩܨܝܢܝܗ̇ ܕܣܕܘܡ ܘܥܡܐ ܕܥܡܘܪܐ: ܢܣܒܘ ܫܩܠܘ ܘܐܝܬܝܘ ܩܘܪܒܢܝܗܘܢ ܕܢܫܬܒܩ ܠܗܘܢ ܘܠܐ ܐܬܩܒܠܘ ܩܘܪܒܢܝܗܘܢ ܕܣܓܝ ܠܗ ܥܘܠܗܘܢ ܐܝܟ ܕܒܝܬ ܥܠܝ ܟܗܢܐ. ܐܡܪ ܓܝܪ ܒܟܬܒܐ: ܕܠܐ ܢܫܬܒܩ ܥܘܠܐ ܕܒܝܬ ܥܠܝ ܒܕܒܚܐ ܘܒܩܘܪܒܢܐ. ܘܐܦ ܠܒܢܝ̈

tem, qui preces offert, oblationem suam sedulo retrahere[1], ne forte macula aliqua in ea inveniatur; tum demum eam offeret: sin minus sacrificium tuum in terra remanebit. Nihil autem aliud est sacrificium nisi oratio, ut superius scripsi tibi. Ait namque David: *Immolate Domino laudem; redde Altissimo vota tua*[2]. Omnibus enim sacrificiis praestat oratio pura. Esto igitur, carissime, studiosus orationis, quae ad Deum pro te loquitur, quemadmodum scripsit Isaias propheta, quando filiis Israel peccata eorum ostendit, eosque vocavit principes Sodomae, neque amplius filios quos aluit et educavit; et ipsi gloriam suam pro ignominia commutavere. Isaias eis superius dixerat: *Filios enutrivi et exaltavi*[3]; dixit autem postea: *Principes Sodomae et populus Gomorrhae*[4]. Sed non audientes vocem prophetae dicentis ad eos: *Terra eorum deserta, civitates eorum succensae igni*[5]; et vocantis eos *principes Sodomae, et populum Gomorrhae*, sacrificia sua sumpserunt offerenda, ut sibi venia daretur. Verum non accepta sunt sacrificia eorum, eo quod nimia erat eorum iniquitas, sicut [nec sacrificia] domus Heli sacerdotis; dicit enim in Scriptura: *Non expiabitur iniquitas domus Heli victimis nec sacrificiis*[6]. Porro filiis Israel

AB] — 6 B incipit ܠܐܘܪܚܐ. — 8 B ܐܬܚܦܛ ܡܟܝܠ. — 13 B desinit ܘܐܪܝܡ.

[1] Cf. Matth. v, 23, 24. Vid. Resch, *Agrapha*, p. 441. — [2] Ps. L (XLIX), 14. — [3] Is. I, 2. — [4] *Ib.* I, 10. — [5] *Ib.* I, 7. — [6] I Sam. III, 14.

idem responsum datum est : eis enim Isaias dixit : *Quo mihi multitudinem victimarum vestrarum? dicit Dominus. Plenus sum holocaustis arietum; adipe pinguium ac sanguine taurorum et hircorum non oblector. Quis haec de vestris manibus quaesivit*[1]? At illi : Quare igitur haec petisti, et quare non acceptantur sacrificia nostra? Eis autem propheta respondit : *Quia manus vestrae sanguine plenae sunt*[2]. Aiunt iterum : Quale nobis superest consilium? Et dicit eis : *Lavamini et mundamini ; operum vestrorum malitiam ab oculis meis amovete ; a malo quiescite, et discite recte agere ; quaerite iudicium, oppresso benefacite, iudicate pupillos, et iudicate viduas*[3]. Dicunt autem prophetae : Et cum haec fecerimus, quid nobis fiet? Et ille respondet : *Sic dicit Dominus : Quando haec feceritis, venite, et inter nos colloquemur*[4]. Quando vero cum Deo colloquuntur homines? nisi oratione, dummodo absque macula sit : nam ea quae maculam habet, Deo non loquitur, sicuti scriptum est eum respondentem dixisse : *Quantumvis multiplicetis orationem, non exaudiam, quia manus vestrae sanguine plenae sunt*[5]; cum lauti eritis, tunc simul colloquemur : *et si fuerint peccata vestra velut coccum, quasi nivem dealbabo ea; et si rubra fuerint quasi vermiculus, quasi*

ܐܝܣܪܝܠ ܐܝܟ ܗܕܐ ܦܬܓܡܐ ܢܦܩ ܠܗܘܢ. ܐܡܪ ܠܗܘܢ ܓܝܪ ܐܫܥܝܐ: ܕܠܡܢܐ ܗܘܝܢ ܠܝ ܣܘܓܐܐ ܕܕܒܚܝܟܘܢ ܐܡܪ ܡܪܝܐ. ܣܒܥܬ ܒܥܠܬܐ ܕܕܟܪܐ ܘܬܪܒܐ ܕܡܦܛܡܐ ܘܕܡܐ ܕܬܘܪܐ ܘܕܨܦܪܐ ܠܐ ܨܒܝܬ. ܡܢܘ ܒܥܐ ܗܠܝܢ ܡܢ ܐܝܕܝܟܘܢ. ܘܐܡܪܘ ܠܗ: ܘܠܡܢܐ ܗܟܝܠ ܒܥܝܬ ܘܠܡܢܐ ܠܐ ܡܬܩܒܠܝܢ ܩܘܪܒܢܝܢ. ܐܡܪ ܠܗܘܢ ܓܝܪ ܢܒܝܐ: ܡܛܠ ܕܐܝܕܝܟܘܢ ܡܠܝܢ ܕܡܐ. ܐܡܪܝܢ ܠܗ: ܡܢܐ ܡܠܟܐ ܐܝܬ ܠܢ. ܐܡܪ ܠܗܘܢ: ܣܚܘ ܘܐܬܕܟܘ ܘܐܥܒܪܘ ܒܝܫܬܐ ܕܥܒܕܝܟܘܢ ܡܢ ܩܕܡ ܥܝܢܝ: ܫܠܘ ܡܢ ܒܝܫܬܐ ܘܐܠܦܘ ܠܡܥܒܕ ܛܒܬܐ: ܒܥܘ ܕܝܢܐ ܘܐܙܕܩܘ ܠܡܛܠܡܐ: ܕܘܢܘ ܝܬܡܐ ܘܕܘܢܘ ܐܪܡܠܬܐ. ܐܡܪܝܢ ܠܗ ܢܒܝܐ. ܘܡܐ ܕܥܒܕܝܢ ܗܠܝܢ ܡܢܐ ܢܗܘܐ ܠܢ. ܐܡܪ ܠܗܘܢ: ܗܟܢܐ ܐܡܪ ܡܪܝܐ: ܡܐ ܕܥܒܕܬܘܢ ܗܠܝܢ ܬܘ ܢܬܡܠܠ ܥܡ ܚܕܕܐ. ܘܐܡܬܝ ܡܬܡܠܠܝܢ ܒܢܝܢܫܐ ܥܡ ܐܠܗܐ ܐܠܐ ܒܨܠܘܬܐ ܟܕ ܠܝܬ ܒܗ ܡܘܡܐ. ܘܐܝܕܐ ܕܐܝܬ ܒܗ ܡܘܡܐ ܠܐ ܡܡܠܠܐ ܥܡ ܐܠܗܐ ܐܝܟ ܕܟܬܝܒ ܕܐܡܪ ܒܗ ܒܦܬܓܡܐ: ܕܐܦܢ ܐܣܓܘܢ ܨܠܘܬܐ ܠܐ ܫܡܥ ܐܢܐ ܡܛܠ ܕܐܝܕܝܟܘܢ ܡܠܝܢ ܕܡܐ. ܘܐܡܪ ܠܗܘܢ: ܡܐ ܕܐܣܬܚܝܬܘܢ ܘܡܡܠܠܝܢ ܚܕܕܐ. ܐܢ ܢܗܘܘܢ ܚܛܗܝܟܘܢ ܐܝܟ ܙܚܘܪܝܬܐ ܐܝܟ ܬܠܓܐ ܐܚܘܪ ܐܢܘܢ: ܘܐܢ ܢܣܡܩܘܢ ܐܝܟ ܙܘܚܠܬܐ

AB! — 21 B incipit ܒܨܠܘܬܐ. 24 B ܕܡܐ ܡܠܝܢ.

[1] Is. I, 11. 12. — [2] *Ib.* I, 15. — [3] *Ib.* I, 18. — [4] *Ib.* I, 16, 17. — [5] *Ib.* I, 15.

ܐܝܟ ܥܡܪܐ ܢܗܘܘܢ: ܘܐܢ ܬܨܒܘܢ ܘܬܫܡܥܘܢ ܠܝ. ܛܒܬܗ ܕܐܪܥܐ ܬܐܟܠܘܢ: ܘܐܢ ܠܐ ܬܨܒܘܢ ܘܬܚܪܘܢ ܒܚܪܒܐ ܬܬܐܟܠܘܢ. ܦܘܡܗ ܓܝܪ ܕܡܪܝܐ ܡܠܠ ܀

ܐܘ ܐܪ̈ܙܐ ܡܫܒܚܢܐ ܕܩܕܡ ܚܙܐ ܐܫܥܝܐ. ܐܡܪ ܠܗܘܢ ܓܝܪ: ܕܐܝ̈ܕܝܟܘܢ ܡܠܝ̈ܢ ܕܡܐ. ܐܝܢܘ ܗܢܐ ܕܡܐ ܕܩܕܡ ܚܙܐ ܐܫܥܝܐ. ܐܠܐ ܕܡܗ ܕܡܫܝܚܐ ܕܢܣܒܘܗܝ ܥܠܝܗܘܢ ܘܥܠ ܒܢܝ̈ܗܘܢ: ܘܕܡܐ ܕܢܒܝ̈ܐ ܕܩܛܠܘ. ܗܘ ܗܢܐ ܕܡܐ ܣܡܩ ܠܗ ܐܝܟ ܙܚܘܪܝܬܐ ܘܐܝܟ ܐܘܟܡܬܐ ܘܛܠܫ ܠܗ ܒܗܘܢ ܘܠܐ ܡܫܬܪܩܝܢ: ܐܠܐ ܐܢ ܒܡܝܐ ܕܡܥܡܘܕܝܬܐ ܡܬܚܠܠܝܢ ܦܓܪܗ ܘܕܡܗ ܕܡܫܝܚܐ: ܘܕܡܐ ܒܕܡܐ ܡܬܚܣܐ ܘܦܓܪܐ ܒܦܓܪܐ ܡܬܕܟܐ ܘܚܛܗܐ ܒܡܝܐ ܡܬܚܠܠܝܢ ܗܘܘ ܘܨܠܘܬܐ ܠܪܒܘܬܐ ܡܡܠܠܐ. ܘܚܙܝ ܚܒܝܒܝ ܕܐܣܬܠܝܘ ܕܒܚܐ ܘܩܘܪ̈ܒܢܐ ܘܐܬܓܒܝܬ ܨܠܘܬܐ ܐܚܪܬܐ. ܡܛܠ ܗܢܐ ܚܒܝܒ ܨܠܘܬܐ ܕܟܝܬܐ ܘܨܒܐ ܠܒܥܘܬܐ: ܘܒܪܫ ܟܠܗܝܢ ܨܠܘ̈ܬܟ ܨܠܘܬܗ ܕܡܪܟ ܗܘܝܬ ܡܩܪܒ. ܘܐܬܚܫܚ ܒܟܠܗܝܢ ܕܟܬܒܬ ܠܟ ܘܒܟܠܙܒܢ ܕܡܨܠܐ ܐܢܬ ܕܟܘܪ ܠܚܒܝܒܟ ܀

ܫܠܡܬ ܬܚܘܝܬܐ ܕܨܠܘܬܐ ܀

lana fient. Et si volueritis atque audieritis me, bona terrae comedetis. Quod si nolueritis et contenderitis, gladio corruetis. Os Domini locutum est[1].

19. O laudanda mysteria quae Isaias praevidit! Dixit eis enim : *Manus vestrae plenae sunt sanguine*[2]. Et quisnam est sanguis ille quem praevidit Isaias? nisi sanguis Christi, quem super se et super filios suos adsumpserunt, et sanguis prophetarum, quos occiderunt. Est namque ille sanguis ruber quasi coccinum et vermiculus, et commaculavit eos, nec possunt mundari. Sed si in aqua baptismi lavarentur, Corpusque et Sanguinem Christi acciperent, sanguis Sanguine expiaretur, et corpus Corpore mundaretur; peccata aquis abluerentur, et oratio Maiestatem [Dei] alloqueretur. Vide itaque, carissime, reprobatas esse hostias et sacrificia, atque eorum loco praeoptatam orationem. Quapropter orationem puram diligito, et deprecationi operam dato; sed in principio cuiusque orationis, Domini tui orationem adhibeto. Ad omnia quae tibi scripsi intentus esto, et quotiescumque oraveris, amici tui memoriam habeto.

Explicit Demonstratio de Oratione.

AB] — 3 A *devorabimini* ܬܬܐܟܠܘܢ [ܬܬܚܪܒܘܢ. — 22 A add. ܗܘܝܬ [ܐܢܬ.

[1] Is. I, 18-20. — [2] *Ib.* I, 15.

ܬܚܘܝܬܐ ܕܩܪ̈ܒܐ

DEMONSTRATIO QUINTA[1]

DE BELLIS

1. De turbatione quae hisce temporibus est futura, et copiis in occisionem congregatis, haec mihi nunc supervenit cogitatio : Tempora a Deo praefinita sunt ; in bonorum iustorumque diebus tempora pacifice procedunt ; in diebus autem impiorum et peccatorum tempora [transeunt] plena multarum aerumnarum. Sic enim scriptum est : *Bonum oportet fieri, et beatus ille per quem adveniet ; debet etiam fieri malum, sed vae illi per quem fiet*[1] ! Venit populo Dei bonum, et prospera manent virum per cuius manus bonum illud est factum ; sed et malum propter collectos exercitus suscitatum est, ope impii ac superbi sese iactantis ; et maledictio in posterum ei reservatur, per quem malum est excitatum. Noli autem, carissime, adversus impium conqueri,

ܐ ܗܢܐ ܪܢܝܐ ܢܦܠ ܠܝ ܒܗܢܐ ܙܒܢܐ ܥܠ ܙܘܥܐ ܕܥܬܝܕ ܠܡܗܘܐ ܒܗܢܐ ܙܒܢܐ ܘܚܝܠܐ ܕܟܢܝܫܝܢ ܢܦܩܘ ܠܚܪܒܐ. ܙܒܢܐ ܓܝܪ ܡܩܒܥܝܢ ܘܣܝܡܝܢ ܠܐܠܗܐ: ܙܒܢܐ ܕܫܝܢܐ ܒܝܘܡܝ ܛܒܐ ܘܟܐܢܐ ܡܬܗܠܟܝܢ: ܘܙܒܢܐ ܕܒܝܫܬܐ ܣܓܝܐܐ ܒܗܘܢ ܒܝܘܡܝ ܚܛܝܐ ܘܥܘܠܐ ܡܬܗܠܟܝܢ. ܗܟܢܐ ܓܝܪ ܟܬܝܒ: ܕܛܒܬܐ ܒܥܝܐ ܠܡܗܘܐ ܘܛܘܒܘܗܝ ܠܗܘ ܕܒܐܝܕܗ ܐܬܝܐ: ܘܒܝܫܬܐ ܒܥܝܐ ܠܡܗܘܐ ܐܠܐ ܘܝ ܠܗܘ ܕܒܐܝܕܗ ܐܬܝܐ. ܐܬܬ ܛܒܬܐ ܠܥܡܗ ܕܐܠܗܐ ܘܛܘܒܐ ܠܓܒܪܐ ܗܘ ܕܒܐܝܕܗ ܐܬܬ ܛܒܬܐ ܗܕܐ: ܘܐܬܬܥܝܪܬ ܒܝܫܬܐ ܥܠ ܚܝܠܐ ܟܢܝܫܐ ܒܚܝܠ ܪܫܝܥܐ ܘܪܡܐ ܕܡܫܬܒܗܪ؛ ܘܐܦ ܗܘܐ ܠܐܚܪܝܢ ܡܛܠܐ؛ ܠܗܘ ܗܘ ܕܒܝܫܬܐ ܒܐܝܕܘܗܝ ܐܬܬܥܝܪܬ. ܠܐ ܓܝܪ ܬܬܪܥܡ ܚܒܝܒܝ ܠܪܫܝܥܐ ܕܒܝܫܬܐ ܐܥܝܪ ܠܚܝܠܘܬܐ

A. — 4 A ܓܝܪ ܣܝܡܝܢ — 15 A ܒܐܝܕܗ.

[1] Huius Demonstrationis quintae exstat versio Aethiopica in codice quodam Parisiensi (Bibliothèque Nationale, Fonds Ethiopien n° 146, fol. 245 *b*-fol. 252 *a*. De hac versione vid. Praef. § 9. — [2] Cf. Matth. xviii, 7. Locum inter ἄγραφα recenset Resch, *Agrapha*, pp. 279-280, qui sententiam adducit iisdem prorsus verbis bis relatam in Clementinis (*Epitome*, 96, et *Homil.* xii, 29) : ὁ κύριος... ἔφη· τὰ ἀγαθὰ ἐλθεῖν δεῖ· μακάριος δέ, φησί, δι' οὗ ἔρχεται. Ὁμοίως ἀνάγκη καὶ τὰ κακὰ ἐλθεῖν· οὐαὶ δὲ δι' οὗ ἔρχεται.

ܡܛܠ ܕܙܒ̈ܢܐ ܡܩܒܥܝܢ ܘܩܝܡܝܢ ܘܡܛܠ ܕܡܛܐ ܫܘܠܡܗܘܢ܀

ܡܛܠܗܢܐ ܡܛܠ ܕܙܒ̈ܢܐ ܒܝ̈ܫܐ ܗܘ ܒܐܪ̈ܙܐ ܫܡܥ ܗܕܐ ܕܟܬܒܬ ܠܟ ܗܟܢ. ܕܟܬܝܒ ܓܝܪ ܗܟܢܐ: ܕܡܕܡ ܕܪܡ ܒܝܬ ܒܢܝ̈ܢܫܐ ܩܕܡ ܐܠܗܐ ܛܢܦ ܗܘ. ܘܬܘܒ ܟܬܝܒ: ܕܟܠ ܡܢ ܕܢܬܪܝܡ ܢܬܡܟܟ: ܘܟܠ ܕܢܬܡܟܟ ܢܬܪܝܡ. ܐܦ ܐܪܡܝܐ ܐܡܪ: ܕܠܐ ܢܫܬܒܗܪ ܓܢܒܪܐ ܒܓܢܒܪܘܬܗ ܐܦ ܠܐ ܥܬܝܪܐ ܒܥܘܬܪܗ. ܘܫܠܝܚܐ ܛܘܒܢܐ ܬܘܒ ܐܡܪ: ܕܡܢ ܕܡܫܬܒܗܪ ܒܡܪܝܐ ܢܫܬܒܗܪ. ܘܕܘܝܕ ܐܡܪ: ܚܙܝܬ ܠܪܫܝܥܐ ܕܡܬܪܝܡ ܘܡܬܥܠܐ ܐܝܟ ܐܪܙܐ ܕܠܒܢܢ: ܘܟܕ ܥܒܪܬ ܠܝܬܘܗܝ ܘܒܥܝܬܗ ܘܠܐ ܐܫܟܚܬܗ܀

ܟܠ ܡܢ ܓܝܪ ܕܐܫܬܒܗܪܘ ܐܬܡܟܟܘ. ܐܫܬܒܗܪ ܩܐܝܢ ܥܠ ܗܒܝܠ ܐܚܘܗܝ ܘܩܛܠܗ: ܘܐܬܠܛܛ ܘܗܘܐ ܙܐܥ ܘܢܕ ܒܐܪܥܐ. ܬܘܒ ܐܫܬܒܗܪܘ ܣܕܘܡܝܐ ܥܠ ܠܘܛ: ܘܢܦܠܬ ܒܗܘܢ ܢܘܪܐ ܡܢ ܫܡܝܐ ܘܐܘܩܕܬ ܐܢܘܢ ܘܐܬܗܦܟܬ ܒܗܘܢ ܡܕܝܢܬܗܘܢ. ܘܐܫܬܒܗܪ ܥܫܘ ܥܠ ܝܥܩܘܒ ܘܪܕܦܗ: ܘܝܥܩܘܒ ܫܩܠ ܒܘܟܪܘܬܗ ܘܒܘܪܟܬܗ ܕܥܫܘ. ܘܐܫܬܒܗܪܘ ܒ̈ܢܝ ܝܥܩܘܒ ܥܠ ܝܘܣܦ: ܘܙܒܢܘܗ

qui malum in plurimos concivit, nam tempora praefinita sunt, nuncque adest hora ut consummentur.

2. Quia ergo tempora infausta sunt, audi quae tibi sub symbolis scribo. Ita enim est scriptum : *Quodcumque inter homines effertur exsecrabile est ante Deum*[1]. Iterum scriptum est : *Omnis qui se exaltat humiliabitur, et qui se humiliat exaltabitur*[2]. Ieremias quoque ait : *Ne glorietur fortis in fortitudine sua, nec dives in divitiis suis*[3]. Etiamque beatus Apostolus dicit : *Qui gloriatur, in Domino glorietur*[4]. Et David : *Vidi impium exaltatum et elevatum quasi cedrum Libani; et cum transissem iam non erat; quaesivi eum et non inveni*[5].

3. Quicumque enim superbierunt, humiliati sunt. Gloriatus est Cain adversus Abel fratrem suum, eumque necavit; propterea maledictus est, *tremensque ac nutans effectus est super terram*[6]. Sodomitae etiam adversus Lot se exaltaverunt, et ignis de caelo super eos delapsus combussit eos, et civitas eorum super ipsos corruit. Ita quoque se extulit Esau adversus Iacob, eumque persecutus est; primogenita vero et benedictiones Esau

AB] — 4 A om. ܗܢܐ. — 5 A ܗܟܢܐ ܕܟܬܝܒ] ܗܟܢܐ. — 9 A ܘܐܦ. — *Ib.* A add. *propheta* ܢܒܝܐ [ܐܪܡܝܐ. — 10 A ܘܐܦ. — 11 A ܐܡܪ ܗܘܐ ܛܘܒܢܐ. — 14 A ܐܬܝܬ. — 16 B om. ܓܝܪ. — 19 B ܐܫܬܒܗܪ. — 20 B desinit ܢܘܪܐ.

[1] Prov. XVI, 5. — [2] Luc. XIV, 11. — [3] Ier. IX, 23. — [4] II Cor. X, 17. — [5] Ps. XXXVII (XXXVI), 35, 36. — [6] Gen. IV, 14.

Iacob accepit. Item filii Iacob contra Ioseph superbierunt, sed prostrati eum adoraverunt in Aegypto. Gloriatus est etiam Pharao contra Moysem et populum eius, submersusque est Pharao cum exercitu suo. Dathan pariter et Abiron in Moysem superbierunt, et vivi in infernum descenderunt. Impetum fecit adversum David Goliath, coramque eo cecidit et perfractus est. Saul etiam Davidem insecutus est, sed Philistaeorum gladio occubuit. Rursus contra eum extulit se Absalom, sed a Ioab occisus est in praelio. Gloriatus est quoque Benhadad contra Achab, sed in manus Israelis traditus est. Sennacherib adversus Ezechiam et Deum eius blasphemavit, et effectae sunt vires eius corpora mortua, cum egressus unus e vigilibus centum octoginta quinque millia in castris eius percussit, orantibus Ezechia et Isaia propheta, inter prophetas clarissimo. Item Achab adversus Michaeam se extulit, cumque ascendisset, cecidit in Ramoth Galaad. Et Iezabel contra Eliam intumuit, eamque in praedio Iezrahelis canes devoraverunt. Pariter contra Mardocheum Aman superbivit; eiusque iniquitas in caput eius recidit. Contra Danielem se exaltaverunt Babylonii, cumque in foveam leonum proiecerunt; sed Daniel incolumis escendit, ipsi

ܢܣܒܗ ܠܗ ܒܢܟܠܘܬܗ. ܘܐܫܬܒܗܪܘ ܒܢܘ̈ܗܝ ܥܠ ܝܘܣܦ ܘܥܠ ܚܠܡܘܗܝ: ܘܣܓܕܘ ܒܢܘ̈ܗܝ ܒܡܨܪܝܢ ܗܘ ܘܫܠܝܛܗ. ܘܐܫܬܒܗܪ ܦܪܥܘܢ ܘܐܬܪܘܪܒ ܥܠ ܡܘܫܐ: ܘܛܒܥ ܥܡ ܚܝ̈ܠܘܗܝ ܠܚܝܠܗ. ܘܕܬܢ ܘܐܒܝܪܡ ܥܠ ܡܘܫܐ: ܘܢܚܬܘ ܚܝ̈ܝܢ ܠܫܝܘܠ. ܘܪܕܦ ܫܐܘܠ ܒܬܪ ܕܘܝܕ: ܘܢܦܠ ܒܚܪܒܐ ܕܦܠܫܬܝ̈ܐ. ܘܐܬܪܝܡ ܒܠܒܗ ܐܒܫܠܘܡ: ܘܩܛܠܗ ܝܘܐܒ ܒܩܪܒܐ. ܐܫܬܒܗܪ ܠܗ ܒܪܗܕܕ ܥܠ ܐܚܐܒ: ܘܐܫܬܠܡ ܒܐܝܕܝ̈ ܐܝܣܪܝܠ. ܘܚܪܦ ܣܢܚܪܝܒ ܥܠ ܚܙܩܝܐ ܘܥܠ ܐܠܗܗ: ܘܗܘܐ ܚܝܠܗ ܦܓܪ̈ܐ ܡܝ̈ܬܐ ܟܕ ܢܦܩ ܚܕ ܡܢ ܥܝܪ̈ܐ ܘܡܚܐ ܒܡܫܪܝܬܗ ܡܐܐ ܘܬܡܢܝܢ ܘܚܡܫܐ ܐܠܦܝ̈ܢ: ܟܕ ܡܨܠܐ ܚܙܩܝܐ ܘܐܫܥܝܐ ܢܒܝܐ ܡܫܒܚܐ ܕܢܒܝ̈ܐ. ܘܐܬܪܝܡ ܐܚܐܒ ܥܠ ܡܝܟܐ: ܘܣܠܩ ܘܢܦܠ ܒܪܡܬ ܓܠܥܕ. ܘܐܫܬܒܗܪܬ ܐܝܙܒܠ ܥܠ ܐܠܝܐ: ܘܐܟܠܘܗ ܟܠܒ̈ܐ ܒܚܩܠܐ ܕܐܝܙܪܥܠ. ܘܐܫܬܒܗܪ ܗܡܢ ܥܠ ܡܪܕܟܝ: ܘܗܦܟ ܥܘܠܗ ܒܪܫܗ. ܘܐܫܬܒܗܪܘ ܒܒܠܝ̈ܐ ܥܠ ܕܢܝܐܝܠ: ܘܐܪܡܝܘܗܝ ܒܓܘܒܐ ܕܐܪ̈ܝܘܬܐ: ܘܕܢܝܐܝܠ ܣܠܩ ܟܕ ܙܟܐ ܘܗܢܘܢ ܢܦܠܘ ܠܦܘܡܗ ܕܓܘܒܐ. ܬܘܒ ܐܫܬܒܗܪܘ ܒܒܠܝ̈ܐ ܘܐܪܡܝܘ ܦܬܪܐ ܕܚܢܢܝܐ ܘܕܚܒܪ̈ܘܗܝ: ܘܢܦܠܘ ܒܐܬܘܢܐ ܕܢܘܪܐ: ܘܣܠܩܘ ܟܕ ܙܟܝܢ ܘܡܫܒܚܝܢ ܠܐܠܗܐ ܐܝܟ ܠܐܦܝ ܦܬܪܐ܀

A — 4 A ܘܐܬܪܘܪܒ. — 9 A ܒܪܗܕܕ. — 27 A ܦܬܪܐ.

vero pro eo in foveam cecidere. Superbientes iterum Babylonii, Ananiam et socios eius accusaverunt; hique in fornacem ignis coniecti, illaesi prodierunt; calumniatores autem flamma consumpsit.

ܐܡܪ ܓܝܪ ܢܒܘܟܕܢܨܪ: ܕܐܣܩ ܠܫܡܝܐ ܘܠܥܠ ܡܢ ܟܘܟܒܘܗܝ ܕܐܠܗܐ ܐܪܝܡ ܟܘܪܣܝ ܘܐܬܒ ܥܠ ܛܘܪܐ ܪܡܐ ܕܒܣܘܦܝܗܘܢ ܕܓܪܒܝܐ. ܐܡܪ ܥܠܘܗܝ ܐܫܥܝܐ: ܕܡܛܠ ܕܗܟܢܐ ܐܬܪܝܡ ܠܒܟ ܡܚܬܐ ܠܫܝܘܠ ܐܚܬܐ ܘܟܠ ܕܚܙܝܢ ܠܟ ܢܬܡܗܘܢ ܒܟ. ܘܐܦ ܣܢܚܪܝܒ ܗܟܢܐ ܐܡܪ ܗܘܐ: ܕܐܣܩ ܠܪܘܡܐ ܕܛܘܪܐ ܘܐܦ ܠܣܘܦܠܩܘܗܝ ܕܠܒܢܢ: ܐܢܐ ܐܚܦܘܪ ܘܐܫܬܐ ܡܝܐ ܘܐܚܪܒ ܒܦܪܣܬܐ ܕܪܟܫ̈ܝ ܟܠܗܘܢ ܢܗܪܘܬܐ ܥܡܝܩܬܐ. ܘܡܛܠ ܕܗܟܢܐ ܐܬܪܝܡ ܐܡܪ ܬܘܒ ܥܠܘܗܝ ܗܘ ܐܫܥܝܐ: ܕܠܡܢܐ ܡܫܬܒܗܪ ܢܪܓܐ ܥܠ ܡܢ ܕܦܣܩ ܒܗ ܐܘ ܡܫܬܪܝܡ ܡܣܪܐ ܥܠ ܡܢ ܕܢܓܪ ܒܗ ܐܘ ܡܫܬܥܠܐ ܫܒܛܐ ܥܠ ܡܢ ܕܡܪܝܡ ܠܗ. ܐܢܬ ܠܟܝܪ ܣܢܚܪܝܒ ܢܪܓܐ ܐܢܬ ܒܐܝ̈ܕܝ ܕܦܣܩ ܘܡܣܪܐ ܐܢܬ ܒܐܝ̈ܕܝ ܕܢܓܪ ܘܫܒܛܐ ܒܐܝܕ ܡܢ ܕܡܪܝܡ ܠܡܪܕܘܬܐ ܘܚܘܛܪܐ ܐܢܬ ܕܡܚܘܬܐ. ܐܫܬܕܪܬ ܥܠ ܥܡܐ ܚܢܦܐ ܘܠܘܬ ܐܦܩܕܟ ܥܠ ܥܡܐ ܐܚܪܢܐ ܕܬܒܘܙ ܒܙܬܐ ܘܬܒܘܙ ܒܙܐ ܘܬܣܝܡ ܐܢܘܢ ܠܟܠܗܘܢ ܒܢܝ̈ ܐܢܫܐ ܘܠܟܠܗܘܢ ܥܡܡܐ ܐܝܟ ܛܝܢܐ ܕܫܘܩܐ. ܘܟܕ ܥܒܕܬ ܗܠܝܢ ܟܠܗܝܢ ܠܡܢܐ ܐܬܪܝܡܬ

4. Nabuchodonosor dixerat : *In caelum conscendam, et super astra Dei exaltabo solium meum; sedebo super excelsos montes in penetralibus aquilonis*[1]. Ait autem de eo Isaias : *Quia ergo sic te cor tuum extulit, in infernum demitteris, et omnes qui te viderint super te obstupefient*[2]. Sennacherib item dicebat : *In summos montes ascendam, in remotissima Libani usque; ego fodiam et bibam aquam, et equorum meorum ungulis omnes fluvios profundos exsiccabo*[3]. Et quia se ita efferebat, de ipso rursus Isaias dixit : *Quare gloriatur securis adversus illum qui ea caedit? aut serra contra illum qui ea secat exaltatur? aut virga adversus tollentem ipsam se efferet*[4]? Tu quidem, Sennacherib, securis es in manibus caedentis, serra in manibus secantis, virga in manu tollentis eam ad castigandum; tu baculus ad percutiendum. Adversus populum impium immissus es, atque adversus populum pervicacem iussus es spolia auferre et praedam diripere, eosque cunctis hominibus cunctisque gentibus tanquam lutum platearum posuisti[5]. Sed ubi haec omnia es exsecutus, quare

A] — 3 A ܟܘܪܣܝܗ. — 8 A ܠܣܘܦܠܩܘܗܝ.

[1] Is. XIV, 13. — [2] Ib. XIV, 15, 16. — [3] IV Reg. XIX, 23, 24. Is. XXXVII, 24, 25. — [4] Is. X, 15. — [5] Ib. X, 6.

adversus eum qui tenet te exaltatus es, et contra eum gloriatus es qui per te secat, et civitatem Sancti contempsisti, et dixisti filiis Ierusalem : *Numquid poterit Deus vester de manibus meis vos eruere?* Ausus es dicere : *Quis est Dominus qui vos eripiet de manibus meis*[1]? Propterea audi responsum Domini dicentis: *Conteram Assyrium in terra mea, et super montes meos conculcabo eum*[2]. Et cum contritus atque conculcatus fuerit, *despiciet eum virgo filia Sion, et caput movebit filia Ierusalem, dicens : Cui exprobrasti et maledixisti? et contra quem extulisti vocem? oculos sursum levasti ad Sanctum Israel; per manus legatorum tuorum exprobrasti Domino. Vide nunc quod impositus sit annulus naribus tuis, et labiis tuis capistrum; et corde contrito recessisti, qui elato corde veneras*[3]. Carorum suorum manibus necatus est; in ipsa domo confidentiae suae perculsus est, et in conspectu dei sui cecidit[4]. Vere etenim decuit, amice, ante Deum istum, cui se crediderat, atque in eius templo, in sacrificium et victimam offerri corpus ipsius idolo suo in memoriale.

5. Aries quoque se extulit ac superbivit, et cornu petiit ad occidentem, aquilonem meridiemque, et bestias multas deiecit, nec quaecquam adversum eum

ܥܠ ܡܢ ܕܐܚܝܕ ܠܟ ܘܐܫܬܒܗܪܬ ܥܠ ܡܢ ܕܢܣܪ ܒܟ ܘܚܣܕܬ ܠܡܕܝܢܬܗ ܕܩܕܝܫܐ܀ ܘܐܡܪܬ ܠܒ̈ܢܝ ܐܘܪܫܠܡ: ܕܠܡܐ ܡܫܟܚ ܐܠܗܟܘܢ ܠܡܦܪܩܘܬܟܘܢ ܡܢ ܐܝ̈ܕܝ܀ ܘܐܡܪܚܬ ܘܐܡܪܬ: ܕܡܢܘ ܡܪܝܐ ܕܡܦܨܐ ܠܟܘܢ ܡܢ ܐܝ̈ܕܝ܀ ܡܛܠ ܗܢܐ ܫܡܥ ܦܬܓܡܗ ܕܡܪܝܐ ܕܐܡܪ: ܕܐܬܒܪ ܠܐܬܘܪܝܐ ܒܐܪܥܝ: ܘܥܠ ܛܘ̈ܪܝ ܐܕܘܫܝܘܗܝ. ܘܡܐ ܕܐܬܬܒܪ ܘܐܬܕܝܫ ܢܒܣܝܗ ܠܗ ܒܬܘܠܬܐ ܒܪܬ ܨܗܝܘܢ ܘܡܢܝܕܐ ܪܫܗ ܒܪܬ ܐܘܪܫܠܡ ܘܐܡܪܐ: ܠܡܢ ܚܣܕܬ ܘܓܕܦܬ ܘܥܠ ܡܢ ܐܪܝܡܬ ܩܠܟ܀ ܐܪܝܡܬ ܥܝ̈ܢܝܟ ܠܡܪܘܡܐ ܥܠ ܩܕܝܫܐ ܕܐܝܣܪܝܠ: ܘܒܐܝܕܐ ܕܐܝܙܓܕܝܟ ܚܣܕܬ ܠܡܪܝܐ. ܗܫܐ ܚܙܝ ܕܢܦܠ ܩܛܪܐ ܒܢܚܝܪܟ ܘܒܣܦܘܬܟ ܒܠܝܡܐ: ܘܗܦܟܬ ܒܠܒܐ ܬܒܝܪܐ ܕܐܬܝܬ ܒܠܒܐ ܪܡܐ. ܘܐܬܩܛܠ ܡܢ ܐܝ̈ܕܝ ܚܒܝ̈ܒܘܗܝ ܗܘܐ: ܘܒܝܬ ܬܘܟܠܢܗ ܐܬܡܚܝ ܐܬܚܒܛ ܘܢܦܠ ܩܕܡ ܐܠܗܗ. ܘܐܦ ܝܐܝܐ ܗܘܐ ܚܒܝܒܝ ܕܗܢܐ ܕܒܚܐ ܘܩܘܪܒܢܐ ܠܩܘܒܠܐ ܗܘ ܐܠܗܐ ܕܐܬܟܠ ܗܘܐ ܥܠܘܗܝ ܘܒܓܘ ܗܝܟܠܗ ܗܘܐ ܦܓܪܗ ܕܩܘܪܒܢܐ ܠܕܘܟܪܢܗ܀

ܬܘܒ ܐܬܬܪܝܡ ܕܟܪܐ ܘܐܬܓܐܝ ܘܢܓܚ ܠܡܥܪܒܐ ܘܠܓܪܒܝܐ ܘܠܬܝܡܢܐ ܘܡܚܐ ܚܝ̈ܘܬܐ ܣܓܝ̈ܐܬܐ. ܘܠܐ ܩܡܝܢ ܩܕܡܘܗܝ ܒܪܡܐ

A]

[1] II (IV) Reg. xviii, 35. Is. xxxvi, 20. — [2] Is. xiv, 25. — [3] II (IV) Reg. xix, 21-23, 28. Is. xxxvii, 22-24, 29. — [4] II (IV) Reg. xix, 37. Is. xxxvii, 38.

ܘܐܬܐ ܨܦܝܪܐ ܡܢ ܡܥܪܒܐ ܘܡܚܝܗܝ ܠܕܟܪܐ ܘܬܒܪ ܩܪ̈ܢܬܗ ܘܕܫܗ ܛܒ ܠܕܟܪܐ. ܐܝܬܘܗܝ ܕܝܢ ܕܟܪܐ ܡܠܟܐ ܕܡܕܝ ܘܦܪܣܝ ܗܘ ܕܪܝܘܫ: ܘܨܦܝܪܐ ܐܠܟܣܢܕܪܘܣ ܒܪ ܦܝܠܝܦܘܣ ܡܩܕܘܢܝܐ: ܚܙܐ ܕܝܢ ܕܢܝܐܝܠ ܠܕܟܪܐ ܟܕ ܩܐܡ ܒܡܕܢܚܐ ܩܕܡ ܬܪܥܐ ܕܒܝܪܬܐ ܕܫܘܫܢ ܒܥܝܠܡ ܡܕܝܢܬܐ ܥܠ ܢܗܪܐ ܐܘܠܝ: ܘܡܕܩܪ ܠܡܥܪܒܐ ܘܠܓܪܒܝܐ ܘܠܬܝܡܢܐ: ܘܟܠܗܝܢ ܚܝܘܬܐ ܠܐ ܩܡܝ ܩܕܡܘܗܝ. ܘܨܦܝܪܐ ܕܥܙܐ ܢܦܩ ܡܢ ܡܕܝܢܬ ܝܘܢܝܐ ܘܐܬܡܪܡܪ ܥܠ ܕܟܪܐ: ܘܡܚܝܗܝ ܘܬܒܪ ܠܬܪܬܝܗܝܢ ܩܪ̈ܢܬܗ ܠܪܒܬܐ ܘܠܙܥܘܪܬܐ. ܘܠܡܢܐ ܕܝܢ ܐܡܪ ܕܬܒܪ ܠܬܪܬܝܗܝܢ ܩܪ̈ܢܬܗ. ܐܠܐ ܡܛܠ ܕܟܒܫ ܠܬܪܬܝܗܝܢ ܡܠܟܘܬܐ ܕܡܫܠܛ ܗܘܐ: ܪܒܬܐ ܕܡܕܝ̈ܐ ܘܙܥܘܪܬܐ ܕܦܪ̈ܣܝܐ. ܟܕ ܐܬܐ ܕܝܢ ܐܠܟܣܢܕܪܘܣ ܝܘܢܝܐ ܩܛܠܗ ܠܕܪܝܘܫ ܡܠܟܐ ܕܡܕܝ ܘܦܪܣܝ. ܗܟܢܐ ܓܝܪ ܐܡܪ ܠܗ ܠܕܢܝܐܝܠ ܡܠܐܟܐ ܟܕ ܡܦܫܩ ܠܗ ܚܙܘܐ: ܕܕܟܪܐ ܕܚܙܝܬ ܡܠܟܐ ܕܡܕܝ ܘܦܪܣܝ ܘܨܦܝܪܐ ܡܠܟܐ ܕܝܘܢܝܐ. ܡܢ ܕܬܒܝܪܢ ܓܝܪ ܘܐܠܝܢ ܬܪܬܝܗܝܢ ܩܪ̈ܢܬܐ ܕܕܟܪܐ ܥܕܡܐ ܠܗܫܐ ܐܝܬܝܗܝܢ ܫܢܝܢ ܫܬܡܐܐ ܘܐܪܒܥܝܢ ܘܬܡܢܐ ܀

ܡܛܠ ܕܝܢ ܩܪ̈ܢܬܗ ܡܬܠܚܢ

surrexit, donec advenit ab occidente hircus, qui arietem percussit, eiusque cornua confregit, ac valide ipsum conculcavit[1]. Aries autem ille est rex Medorum atque Persarum, Darius nempe; et hircus Alexander Philippi filius, Macedo. Vidit autem arietem Daniel stantem *in oriente*[2], *ante portam castelli Susarum, in Aelam regione, super flumen Ulai; et petebat contra occidentem et aquilonem et meridiem, omniumque bestiarum nulla adversus eum stetit*[3]. Hircus caprarum de regione Graecorum egressus est, et *contra arietem efferatus percussit eum, ac duo eius cornua*, maius et minus, *comminuit*[4]. Quare autem dicitur duo eius cornua confregisse? nisi quia duo regna quibus imperabat subegit, Medorum maius, et minus Persarum. Quando enim Alexander Graecus advenit, occidit Darium, regem Medorum atque Persarum. Sic namque dixit ad Danielem Angelus, cum ei visionem explanavit : *Aries quem vidisti rex Medorum est atque Persarum, et hircus rex Graecorum est*[5]. Re vera, ex quo duo sunt arietis cornua confracta, usque adhuc, anni sunt sexcenti quadraginta et octo[6].

6. Arietis igitur cornua conquassata

A]

[1] Dan. VIII, 4. — [2] Cf. Dan. VIII, 4. — [3] *Ib.* VIII, 2, 4. — [4] *Ib.* VIII, 6, 7. — [5] *Ib.* VIII, 20, 21. — [6] Signat Aphraates annum 648 ab initio imperii Graecorum, seu ab exordio aerae Seleucidarum; unde colligimus hanc Demonstrationem anno post Christum 336-337 scriptam fuisse. Vid. Praef. § 4.

sunt, iisque elisis, ecce efferatus est hircus exaltatusque adversus *quartam bestiam, validam ac praepotentem, cuius dentes ferrei et ungula aenea, comedentem atque comminuentem, et reliqua pedibus proculcantem*[1]. O aries abruptis cornibus! a bestia recede, nolique eam irritare, ne te forte exedat et obterat. Aries ante hircum stare nequivit; ante bestiam illam terribilem quomodo stabit? Os eius loquitur grandia; cuicumque occurrit superincumbit veluti leo praedae. Qui leonem lacessit portio eius fit; qui bestiam excitat exeditur ab ea; et qui vadens sub bestiae pedibus corruit, ab ea conculcatur. Bestia illa non occidetur donec super solium Antiquus dierum sederit[2], atque ad eum accesserit Filius hominum, et potestas ei data fuerit; tunc bestia illa occidetur, et corpus eius peribit. Eritque regnum Filii hominum regnum aeternum, et imperium eius in generationes generationum.

7. Amovere ergo tu qui te ipsum extollis, et ne glorieris amplius. Nam si facultates tuae cor tuum exaltant, non sane superant Ezechiae divitias, quae, cum se de eis ante Babylonios iactasset, ablatae sunt omnes et Babylonem devectae[3]. Et si filiis tuis gloriaris, procul abs te ad be-

ܐܢܝ: ܘܟܕ ܩܪ̈ܢܬܗ ܡܬܬܒܪ̈ܢ ܗܐ ܡܬܬܠܠ ܘܡܬܬܪܝܡ ܠܘܩܒܠ ܚܝܘܬܐ ܪܒܝܥܝܬܐ ܕܚܝܠܬܢܝܬܐ ܘܥܫܝܢܬܐ ܕܫܢ̈ܝܗ ܕܦܪܙܠܐ ܘܛܦܪ̈ܝܗ ܕܢܚܫܐ ܘܐܟܠܐ ܘܡܕܩܐ ܘܡܕܝܩ ܕܡܫܬܪܐ ܒܪ̈ܓܠܘܗܝ ܕܝܫܐ. ܐܘ ܕܟܪܐ ܕܩܪ̈ܢܬܗ ܡܬܬܒܪ̈ܢ: ܥܒܪ ܠܟ ܡܢ ܚܝܘܬܐ ܘܠܐ ܬܓܪܝܗ ܕܠܡܐ ܬܐܟܠܟ ܘܬܕܘܫܟ. ܩܕܡ ܨܦܝܪܐ ܕܟܪܐ ܠܐ ܐܫܟܚ ܠܡܩܡ: ܩܕܡ ܚܝܘܬܐ ܕܚܝܠܬܐ ܐܝܟܢܐ ܢܩܘܡ: ܕܦܘܡܗ ܡܡܠܠ ܪ̈ܘܪܒܢ ܘܩܕܡ ܕܡܦܓܥܐ ܪܒܥܐ ܥܠܘܗܝ ܐܝܟ ܐܪܝܐ ܥܠ ܛܪܦܗ. ܡܢ ܕܡܓܪܐ ܠܐܪܝܐ ܗܘܐ ܡܢܬܗ: ܘܡܢ ܕܡܥܝܪ ܠܚܝܘܬܐ ܐܟܠܐ ܠܗ: ܘܐܝܢܐ ܕܐܙܠ ܢܦܠ ܬܚܝܬ ܪ̈ܓܠܝܗ ܕܚܝܘܬܐ ܕܝܫܐ ܠܗ. ܚܝܘܬܐ ܗܕܐ ܠܐ ܡܬܩܛܠܐ ܥܕܡܐ ܕܢܬܒ ܥܬܝܩ ܝܘܡܬܐ ܥܠ ܟܘܪܣܝܐ ܘܢܬܩܪܒ ܠܘܬܗ ܒܪ ܐܢܫܐ ܘܢܬܝܗܒ ܠܗ ܫܘܠܛܢܐ: ܘܗܝܕܝܢ ܡܬܩܛܠܐ ܚܝܘܬܐ ܗܝ ܘܐܒܕ ܦܓܪܗ. ܘܗܘܐ ܡܠܟܘܬܗ ܕܒܪ ܐܢܫܐ ܡܠܟܘܬܐ ܠܥܠܡ ܘܫܘܠܛܢܗ ܠܕܪ̈ܕܪܝܢ܀

ܥܒܪ ܠܟ ܐܘ ܕܡܬܪܝܡ: ܠܐ ܬܫܬܒܗܪ. ܐܢ ܥܘܬܪܟ ܐܪܝܡ ܠܒܟ: ܠܐ ܗܘܐ ܣܓܝ ܡܢ ܕܚܙܩܝܐ ܕܟܠ ܕܐܫܬܒܗܪ ܒܗ ܩܕܡ ܒܒܠܝ̈ܐ ܐܫܬܩܠ ܠܗ ܟܠܗ ܘܐܙܠ ܠܒܒܠ. ܘܐܢ ܒܒܢ̈ܝܟ ܡܫܬܒܗܪ ܐܢܬ: ܡܬܪܚܩܝܢ ܠܗܘܢ ܡܢܟ

AB] — 7 A ܬܓܪܝܘܗܝ (sic). — *Ib.* B incipit ܩܕܡ. — 9 A ܕܦܘܡܗ] ܡܡܠܠ ܪ̈ܘܪܒܢ. — 11 B om. ܡܢ. — 25 A ܠܗ] ܟܠܗ ܡܢܗ.

[1] Dan. VII, 19. — [2] *Ib.* VII, 13 seqq. — [3] II (IV) Reg. XX, 13, seqq.

ܠܒܒܠ ܫܒܝܐ ܐܝܟ ܕܐܬܕܒܪܘ ܒܢܘܗܝ ܕܚܙܩܝܐ ܡܠܟܐ ܘܗܘܘ ܡܗܝܡܢܐ ܒܗܝܟܠܗ ܕܡܠܟܐ ܕܒܒܠ. ܘܐܢ ܒܚܟܡܬܟ ܡܬܪܘܪܒ ܐܢܬ: ܠܐ ܗܘܝܬ ܡܝܬܪ ܡܢ ܪܫܐ ܕܨܘܪ ܕܚܣܕܗ ܚܙܩܝܐܝܠ ܘܐܡܪ ܠܗ: ܕܠܡܐ ܚܟܝܡ ܐܢܬ ܡܢ ܕܢܝܐܝܠ ܐܘ ܒܟܣܝܬܐ ܚܙܝܬ ܒܡܚܫܒܬܟ. ܘܐܢ ܒܫܢܝܟ ܕܣܓܝ ܐܬܪܝܡ ܠܒܟ: ܠܐ ܗܘܝ ܣܓܝܐܢ ܐܝܟ ܡܢܝܢܗ ܕܪܫܐ ܕܨܘܪ ܕܐܚܕ ܡܠܟܘܬܐ ܝܘܡܝ ܥܣܪܝܢ ܘܬܪܝܢ ܡܠܟܝܢ ܕܒܝܬ ܝܗܘܕܐ: ܕܗܘܝ ܫܢܝܗܘܢ ܐܪܒܥܡܐܐ ܘܐܪܒܥܝܢ ܫܢܝܢ. ܘܟܕ ܣܓܝ ܫܢܘܗܝ ܕܡܠܟܐ ܕܨܘܪ ܗܘܐ ܟܠܗ ܙܒܢܐ ܗܢܐ ܐܡܪ ܗܘܐ ܒܠܒܗ: ܕܐܠܗܐ ܐܢܐ ܘܒܡܘܬܒܐ ܕܐܠܗܐ ܝܬܒܬ ܒܠܒܐ ܕܝܡܡܐ. ܐܡܪ ܠܗ ܕܝܢ ܚܙܩܝܐܝܠ: ܒܪܢܫܐ ܐܢܬ ܘܠܐ ܗܘܝܬ ܐܠܗܐ. ܟܕ ܗܠܟ ܕܝܢ ܕܠܐ ܡܘܡ ܪܫܐ ܕܨܘܪ ܒܝܬ ܟܐܦܐ ܕܢܘܪܐ ܗܘܘ ܥܠܘܗܝ ܪ̈ܚܡܐ: ܘܟܕ ܐܬܪܝܡ ܠܒܗ. ܐܘܒܕܗ ܟܪܘܒܐ ܕܡܛܠܠ ✣

ܘܡܢܘ ܐܢܝܢ ܗܠܝܢ ܟܐܦܐ ܕܢܘܪܐ ܐܠܐ ܐܢ ܒܢܝ ܨܗܝܘܢ ܘܒܢܝ ܐܘܪܫܠܡ. ܒܙܒܢܐ ܓܝܪ ܩܕܡܝܐ ܒܝܘܡܝ ܕܘܝܕ ܘܫܠܝܡܘܢ ܒܪܗ ܗܘܐ ܚܝܪܡ ܪܚܡܐ ܠܒܝܬ ܐܝܣܪܝܠ. ܘܟܕ ܐܬܓܠܝܘ ܠܗܘܢ ܡܢ ܐܬܪܗܘܢ ܚܕܝ ܠܗܘܢ ܘܪܦܣ ܒܪܓܠܘܗܝ ܘܠܐ

stiam ducentur, sicut abducti sunt filii regis Ezechiae, atque in palatio regis Babylonis eunuchi effecti. Si autem in tua sapientia superbis, non utique Tyri principi praestas, cui exprobravit Ezechiel dicendo : *Numquid sapientior es Daniele, aut sapientia tua intueris abscondita*[1]? Vel si mens tua ob annorum tuorum longitudinem se exaltat, non superant numerum annorum principis Tyri, qui imperium tenuit per dies viginti et duorum regum domus Iuda, quorum sunt anni quadringenti et quadraginta[2]. Cumque regis Tyri fuissent anni totum illud tempus multiplicati, ita in corde suo dicebat : *Deus ego sum, et Dei cathedrae in corde maris insedi*[3]. Dixit autem ei Ezechiel : *Homo es, non Deus*[4]. Nam donec absque macula inter lapides ignitos Tyri princeps ambulavit, fuit super eum misericordia; quando autem cor eius est exaltatum, perdidit eum cherub obumbrans[5].

8. Quinam autem sunt hi lapides ignis? nisi filii Sion et filii Ierusalem. Antiquitus enim, in diebus scilicet Davidis et Salomonis, eius filii, diligebat Hiram eos qui de domo erant Israelis; quando autem de loco suo sunt abducti, super eis laetatus est, pedibusque eos

AB] — 1 A ܐܬܕܒܪ. — 11 B *viginti duorum regnorum* ܥܣܪܝܢ ܘܬܪܬܝܢ ܡܠܟܘ̈ܬܐ | ܡܠܟܝܢ. — 14 A om. ܗܘܐ. — 17 A ܒܪܢܫܐ. — 20 A *combussit eum* ܐܘܩܕܗ | ܐܘܒܕܗ. — 21 A ܗܢܘܢ | ܗܠܝܢ. — *Ib.* A om. ܐܢ. — 25 B ܡܢ *sic*.

[1] Ezech. XXVIII, 3. — [2] Vid. Praef. § 12. — [3] Ezech. XXVIII, 2. — [4] *Ib.* XXVIII, 2. — [5] *Ib.* XXVIII, 14, 15.

protrivit, et amicitiam domus David oblitus est[1]. Quod vero tibi dixi lapides ignis filios Iuda vocari, non de meo ingenio protuli, sed de ipsis effatus est Ieremias propheta, super eis in threnis suis lamentans, dicensque : *Filii Sion lapidibus pretiosis erant praestantiores*[2]. Et rursus ait : *Quomodo proiecti sunt lapides sanctuarii in capite omnium platearum*[3]. Iterum per prophetam dicit : *Lapides sancti erant in terram eius proiecti*[4]. Ipsisque lapidibus inerat ignis ardens, ut ait Ieremias : *Factum est in corde meo verbum Domini quasi ignis exaestuans, et exarsit in ossibus meis*[5]. Ipse rursus Ieremiae dixit : *Ecce ego do verbum meum, in ore tuo ut ignem; et populus iste tanquam ligna erunt*[6]. Et iterum ait : *Verba mea velut ignis egrediuntur, et quasi ferrum excidens petram*[7]. Propterea prophetae inter quos Hiram princeps Tyri ambulabat, lapides igniti vocati sunt.

9. Huic quoque dixit Deus : *Cum cherube uncto et obumbrante fuisti*[8]. Cherub vocatur rex, qui, sacra unctione illitus, cunctum populum suum obumbrabat, quemadmodum Ieremias ait : *Spiritus oris nostri unctus Domini, de quo diximus quod in eius umbra vivemus in gentibus*[9]. In umbra enim regis sedebant, quando

ܕܝܫܗ ܢܫܝܘܬܐ ܕܒܝܬ ܕܘܝܕ. ܘܕܐܡܪܬ ܕܟܐ̈ܦܐ ܕܢܘܪܐ ܒܢܝ̈ ܝܗܘܕܐ ܐܬܩܪܝܘ ܠܐ ܗܘܐ ܡܢ ܪܥܝܢܝ ܐܡܪܬ ܐܠܐ ܐܪܡܝܐ ܢܒܝܐ ܐܡܪ ܥܠܝܗܘܢ ܟܕ ܓܥܐ ܡܐܠܝܐ ܠܗܘܢ ܒܐܘ̈ܠܝܬܗ ܘܐܡܪ: ܕܒܢܝ̈ ܨܗܝܘܢ ܡܝܬܪܝܢ ܗܘܘ ܡܢ ܟܐ̈ܦܐ ܛܒ̈ܬܐ. ܘܬܘܒ ܐܡܪ: ܕܐܝܟܢܐ ܡܫܬܕܝܢ ܟܐ̈ܦܐ ܕܩܘܕܫܐ ܒܪܝܫ ܟܠܗܘܢ ܫܘ̈ܩܐ. ܘܬܘܒ ܐܡܪ ܒܢܒܝܐ: ܕܟܐ̈ܦܐ ܗܘܝ ܩܕ̈ܝܫܬܐ ܕܡܬܪܡܝܢ ܗܘܘ ܒܐܪܥܗ. ܘܒܗܝܢ ܗܘܬ ܟܐ̈ܦܐ ܢܘܪܐ ܝܩܕܐ ܗܘܬ ܒܗܘܢ ܐܝܟ ܕܐܡܪ ܐܪܡܝܐ: ܕܗܘܐ ܦܬܓܡܗ ܕܡܪܝܐ ܒܠܒܝ ܐܝܟ ܢܘܪܐ ܕܝܩܕܐ ܘܫܓܪܐ ܒܓܪ̈ܡܝ. ܘܬܘܒ ܐܡܪ ܠܗ ܠܐܪܡܝܐ: ܕܗܐ ܝܗܒ ܐܢܐ ܦܬܓܡܝ ܒܦܘܡܟ ܢܘܪܐ: ܘܥܡܐ ܗܢܐ ܢܗܘܘܢ ܐܝܟ ܩܝ̈ܣܐ. ܘܬܘܒ ܐܡܪ: ܕܦ̈ܬܓܡܝ ܐܝܟ ܢܘܪܐ ܢܦܩܝܢ: ܘܐܝܟ ܦܪܙܠܐ ܕܦܣܩ ܟܐܦܐ. ܡܛܠ ܗܢܐ ܒܝܢܝ ܢܒ̈ܝܐ ܡܗܠܟ ܗܘܐ ܚܝܪܡ ܪܫܐ ܕܨܘܪ ܕܐܬܩܪܝܘ ܟܐ̈ܦܐ ܕܢܘܪܐ܀

ܘܬܘܒ ܐܡܪ ܠܗ: ܕܥܡ ܟܪܘܒܐ ܕܡܫܝܚ ܘܡܛܠܠ. ܟܪܘܒܐ ܩܪܐ ܡܠܟܐ ܐܬܩܪܝ ܕܡܬܡܫܚ ܗܘܐ ܡܫܚܐ ܕܩܘܕܫܐ. ܘܗܘ ܡܛܠܠ ܗܘܐ ܥܠ ܟܠܗ ܥܡܗ ܐܝܟ ܕܐܡܪ ܐܪܡܝܐ: ܕܪܘܚܐ ܕܐܦ̈ܝܢ ܡܫܝܚܗ ܕܡܪܝܐ: ܗܘ ܕܐܡܪܢ ܕܒܛܠܠܗ ܢܚܐ ܒܝܢ ܥܡ̈ܡܐ. ܒܛܠܠܗ ܓܝܪ ܕܡܠܟܐ ܝܬܒܝܢ

AB] — 4 A om. ܓܥܐ — 5 A ܕܡܝܬܪܝܢ. — 6 A ܐܝܟܢܐ. — 9 A ܒܐܪܥܐ. — 12 B desinit ܐܪܡܝܐ. — 19 A ܟܐ̈ܦܐ.

[1] Cf. Amos I, 9. — [2] Thren. IV, 2. — [3] *Ib.* IV, 1. — [4] Zach. IX, 16. — [5] Ier. XX, 9. — [6] *Ib.* V, 14. — [7] *Ib.* XXIII, 29. — [8] Ezech. XXVIII, 14. — [9] Thren. IV, 20.

ܗܘܐ ܟܕ ܒܪܫܗܘܢ ܩܐܡ ܗܘܐ: ܘܟܕ ܢܦܠ ܠܗ ܟܠܝܠܐ ܕܪܫܗܘܢ ܗܘܘ ܠܗܘܢ ܕܠܐ ܛܠܠܐ. ܘܐܢ ܐܢܫ ܢܐܡܪ ܕܥܠ ܡܫܝܚܐ ܗܘ ܐܡܝܪܐ ܡܠܬܐ ܗܕܐ ܢܩܒܠ ܡܢܝ ܕܟܬܒ ܐܢܐ ܠܗ ܕܠܐ ܚܪܝܢܐ: ܘܢܗܘܐ ܢܬܛܦܝܣ ܕܥܠ ܡܠܟܐ ܗܘ ܐܡܝܪܐ. ܐܡܪ ܓܝܪ ܐܪܡܝܐ ܥܠ ܥܡܐ: ܕܘܝ ܠܢ ܕܢܦܠ ܟܠܝܠܐ ܕܪܫܢ. ܘܡܫܝܚܐ ܠܡ ܠܐ ܢܦܠ: ܡܛܠ ܕܩܡ ܠܗ ܒܝܘܡܐ ܕܬܠܝܬܝܐ. ܡܠܟܐ ܕܝܢ ܢܦܠ ܡܢ ܒܝܬ ܝܗܘܕܐ ܘܬܘܒ ܠܐ ܩܡܬ ܡܠܟܘܬܗܘܢ. ܘܕܐܡܪ ܬܘܒ ܕܐܘܒܕܗ ܟܪܘܒܐ ܕܡܛܠܠ: ܟܪܘܒܐ ܓܝܪ ܕܐܘܒܕܗ ܠܢܒܘܟܕܢܨܪ ܗܘ ܐܚܘܝ ܟܬܒܐ: ܕܦܠܚܘܬܐ ܦܠܚ ܒܨܘܪ ܘܠܐ ܐܬܝܗܒ ܠܗ ܡܢ ܨܘܪ ܐܓܪܐ ܠܚܝܠܗ. ܘܚܠܦ ܦܠܚܘܬܐ ܕܨܘܪ ܐܬܝܗܒܬ ܠܗ ܐܪܥܐ ܕܡܨܪܝܢ. ܘܡܛܠܐ ܕܝܢ ܠܐ ܐܬܝܗܒ ܠܗ ܐܓܪܐ ܡܢ ܨܘܪ ܠܢܒܘܟܕܢܨܪ. ܐܠܐ ܡܛܠ ܕܐܙܠ ܠܗ ܒܝܡܐ ܥܘܬܪܗ ܘܠܐ ܢܣܒܗ ܢܒܘܟܕܢܨܪ. ܘܒܗ ܒܙܒܢܐ ܗܘ ܐܘܒܕܗ ܟܪܘܒܐ ܕܡܛܠܠ ܕܐܝܬܘܗܝ ܢܒܘܟܕܢܨܪ. ܬܪܝܢ ܓܝܪ ܟܪܘܒܝܢ ܗܘܘ: ܚܕ ܡܫܝܚ ܘܡܛܠܠ ܘܚܕ ܡܛܠܠ ܘܠܐ ܡܫܝܚ. ܡܢ ܠܥܠ ܓܝܪ ܐܡܪ: ܕܗܘܝܬ ܥܡ ܟܪܘܒܐ ܡܫܝܚ ܘܡܛܠܠ. ܘܡܢ ܠܬܚܬ ܐܡܪ: ܕܐܘܒܕܟ ܟܪܘܒܐ ܕܡܛܠܠ ܘܠܐ ܐܡܪ ܡܫܝܚ. ܢܒܘܟܕܢܨܪ ܓܝܪ ܠܐ

A] — 8 A ܢܦܠ.

[1] I. e. *ipsis praeerat;* sed *caput* exprimendum fuit, ut sententia auctoris servaretur. — [2] Thren. v, 16. — [3] Ezech. xxviii, 16. — [4] *Ib.* xxix,

ad caput eorum stabat[1]. Cum autem cecidit corona capitis eorum, absque umbra facti sunt. Si quis ait verbum illud de Christo dici, iste quod scribo absque iurgio accipiat, et persuasum habebit id de rege praedicari. Ait enim Ieremias de populo : *Vae nobis quia cecidit corona capitis nostri*[2]. Christus utique non cecidit, nam die tertio surrexit. Rex autem de domo Iuda cecidit, neque amplius firmum stetit regnum eorum. Cumque addit : *Perdam cherub obumbrantem*[3], Cherub ille quem perdet, Nabuchodonosorem esse Scriptura docet : *Opus Tyro exsecutus est, neque a Tyro pro exercitu eius reddita est ei merces; idcirco pro opere Tyri terra Aegypti data est ei*[4]. Quomodo vero merces a Tyro Nabuchodonosori non est reddita? nisi quia divitiae eius in mare abierunt[5], neque eas Nabuchodonosor recepit. Hoc ergo tempore perdidit cherub obumbrantem, qui est Nabuchodonosor. Sunt enim duo cherubim : alter unctus et obumbrans, alter obumbrans, non unctus. Superius namque dixit : *Cum cherube uncto et obumbrante fuisti*[6]; ait autem infra : *Perdam te cherub obumbrantem*[7]; nec dicit : unctum; Nabuchodonosor quippe unctus non erat, sed David et Salomon, ceterique reges post eos. Qua autem de causa vocatus

18, 19. — [5] *Ib.* xxvii, 27. — [6] *Ib.* xxviii, 14. — [7] *Ib.* xxviii, 16.

est Nabuchodonosor obumbrans? nisi propter visionem arboris. Arborem enim vidit in medio terrae, subter quam omnes bestiae agri consistebant, in cuius ramis omnes caeli volucres habitabant, ex qua etiam omnis caro alebatur [1]. Et somnium eius interpretans ei Daniel : *Tu es*, inquit, *arbor, arbor illa quam vidisti in medio terrae; subter te consistunt omnes populi* [2]. Propterea erat cherub obumbrans, qui principem Tyri perdidit, eo quod super filiis Israel de terra sua abductis gavisus erat, et cor suum exaltaverat. Ipsa etiam Tyrus septuaginta annis vastata est, quemadmodum Ierusalem, quae annis septuaginta in desolatione sedit, ut de ea Isaias propheta dixit : *Septuaginta annis Tyrus errabit, sicut dies regis unius; et cum universis regnis super faciem terrae fornicabitur* [3].

10. Tu ergo qui te exaltas et inflas, noli cordis tui decipi superbia, nec dicere : Ascendam in terram feracem, et adversus bestiam validam. Non enim est ab ariete necata quando eius cornua contrita sunt. Sed hircus abrupit arietis cornua; modo factus est hircus bestia robusta; nam cum imperium tenerent filii Iaphet, Darium, Persarum regem, occiderunt.

ܡܛܠܠ ܗܘܐ ܐܠܐ ܐܢ ܕܗܘ ܢܒܘܟܕܢܨܪ ܘܡܛܠܬܐ ܐܝܠܢܐ ܕܗܘܐ ܒܚܙܘܗ. ܘܐܝܠܢܐ ܐܬܚܙܝ ܠܢܒܘܟܕܢܨܪ ܕܡܛܠܠ. ܐܠܐ ܒܚܙܘܐ ܕܐܝܠܢܐ ܓܝܪ ܚܙܐ ܐܝܠܢܐ ܡܨܥܬܗ ܕܐܪܥܐ ܕܡܬܛܠܠܝܢ ܬܚܘܬܝܗ ܟܠܗܘܢ ܚܝܘܬܐ ܕܒܪܐ ܘܥܠ ܣܘܟܝܗ ܫܪܝܢ ܟܠܗ ܦܪܚܬܐ ܕܫܡܝܐ ܘܡܢܗ ܡܬܬܪܣܐ ܗܘܐ ܟܠ ܒܣܪ. ܟܕ ܦܫܪ ܠܗ ܕܢܝܐܝܠ ܚܠܡܗ ܐܡܪ ܠܗ ܕܢܝܐܝܠ: ܐܢܬ ܗܘ ܐܝܠܢܐ ܗܘ ܐܝܠܢܐ ܕܚܙܝܬ ܡܨܥܬܗ ܐܪܥܐ: ܘܡܬܛܠܠܝܢ ܬܚܘܬܝܟ ܟܠܗܘܢ ܥܡܡܐ. ܡܛܠ ܗܢܐ ܗܘ ܗܘܐ ܟܪܘܒܐ ܕܡܛܠܠ ܘܐܘܒܕܗ ܠܪܫܐ ܕܨܘܪ ܥܠ ܕܚܕܝ ܠܒܢܝ ܐܝܣܪܐܝܠ ܕܐܬܓܠܝܘ ܡܢ ܐܪܥܗܘܢ: ܘܥܠ ܕܐܬܪܝܡ ܠܒܗ. ܚܪܒܬ ܐܦ ܗܝ ܨܘܪ ܫܒܥܝܢ ܫܢܝܢ ܐܝܟ ܐܘܪܫܠܡ ܕܝܬܒܬ ܒܚܘܪܒܐ ܫܒܥܝܢ ܫܢܝܢ. ܐܡܪ ܓܝܪ ܥܠܝܗ ܐܫܥܝܐ: ܕܬܛܥܐ ܨܘܪ ܫܒܥܝܢ ܫܢܝܢ ܐܝܟ ܝܘܡܝ ܡܠܟܐ ܚܕ: ܘܬܙܢܐ ܒܟܠܗܘܢ ܡܠܟܘܬܐ ܕܥܠ ܐܦܝ ܐܪܥܐ܀

ܐܘ ܕܡܬܪܝܡ ܘܡܬܥܠܐ. ܫܘܒܗܪܗ ܕܠܒܟ ܠܐ ܢܛܥܝܟ ܘܬܐܡܪ ܐܣܩ ܥܠ ܐܪܥܐ ܦܘܪܝܬܐ ܘܥܠ ܚܝܘܬܐ ܥܫܝܢܬܐ. ܠܐ ܓܝܪ ܡܬܩܛܠܐ ܚܝܘܬܐ ܡܢ ܕܟܪܐ ܟܕ ܡܬܬܒܪܢ ܩܪܢܬܗ. ܨܦܝܪܐ ܓܝܪ ܬܒܪ ܩܪܢܬܗ ܕܕܟܪܐ: ܗܫܐ ܗܘܐ ܠܗ ܨܦܝܪܐ ܚܝܘܬܐ ܥܫܝܢܬܐ. ܡܛܠ ܕܟܕ ܒܢܝ ܝܦܬ ܐܚܝܕܝܢ ܡܠܟܘܬܐ ܗܘܘ ܩܛܠܘܗ ܠܕܪܝܘܫ ܡܠܟܐ

A] — 16 A ܥܠܝܗ. — 24 A ܩܪܢܬܗ [ܩܪ̈ܢܬܗ primo.

[1] Dan. IV. 7-9. — [2] *Ib.* IV, 17-19. — [3] Is. XXIII, 15, 17.

ܘܩܛܠܗ̇: ܗܫܐ ܚܝܘܬܐ ܕܪܒܝܥܝܬܐ ܒܠܥܬܗ̇ ܠܬܠܝܬܝܬܐ. ܘܗܢܘܢ ܠܬܠܝܬܝܬܐ ܒܢܝ ܝܦܬ ܐܢܘܢ: ܘܕܪܒܝܥܝܬܐ ܒܢܝ ܫܡ ܐܢܘܢ ܕܗܢܘܢ ܒܢܝ ܥܣܘ. ܡܛܠ ܕܟܕ ܚܙܐ ܕܢܝܐܝܠ ܚܙܘܐ ܕܐܪܒܥ ܚܝܘܢ ܚܙܐ ܩܕܡܝܬ ܒܢܝ ܚܡ ܙܪܥܗ ܕܢܡܪܘܕ ܕܗܢܘܢ ܟܠܕܝܐ. ܘܬܪܝܢ ܦܪܣܝܐ ܘܡܕܝܐ ܕܐܝܬܝܗܘܢ ܕܒܢܝ ܝܦܬ. ܘܬܠܝܬܝܐ ܝܘܢܝܐ ܐܚܝܗܘܢ ܕܡܕܝܐ. ܘܐܪܒܥܐ ܒܢܝ ܫܡ ܕܗܢܘܢ ܒܢܝ ܥܣܘ. ܗܘܐ ܠܗ ܓܝܪ ܫܘܬܦܘܬܐ ܠܒܢܝ ܝܦܬ ܥܡ ܒܢܝ ܫܡ: ܘܐܬܥܒܪܬ ܡܠܟܘܬܐ ܡܢ ܒܢܝ ܝܦܬ ܙܥܘܪܐ ܘܐܬܝܗܒܬ ܠܫܡ ܩܫܝܫܐ: ܡܩܝܡܐ ܠܥܕܡܐ ܠܗ ܗܘ ܐܝܠܘܢ ܡܩܝܡܐ ܠܥܠܡ. ܡܐ ܕܝܢ ܕܗܘܐ ܙܒܢܐ ܕܫܠܡ ܡܪܘܬܗܘܢ ܕܒܢܝ ܫܡ ܡܩܒܠ ܠܗ̇ ܠܡܠܟܘܬܐ ܡܠܟܐ ܕܢܦܩ ܡܢ ܒܢܝ ܝܗܘܕܐ ܟܕ ܐܬܐ ܒܡܐܬܝܬܗ ܕܬܪܬܝܢ ܀

ܚܙܘܐ ܓܝܪ ܕܢܒܘܟܕܢܨܪ ܕܚܙܐ ܘܦܫܩ ܕܢܝܐܝܠ ܘܓܠܝܗ ܠܢܒܘܟܕܢܨܪ ܕܚܙܐ ܨܠܡܐ ܕܩܐܡ ܠܘܩܒܠܗ: ܘܪܫܗ ܕܨܠܡܐ ܕܕܗܒܐ: ܘܚܕܝܘܗܝ ܘܕܪܥܘܗܝ ܕܣܐܡܐ ܘܟܪܣܗ ܘܝܪܟܬܗ ܕܢܚܫܐ: ܫܩܘܗܝ ܘܪܓܠܘܗܝ ܦܪܙܠܐ ܘܚܨܦܐ: ܘܐܡܪ ܠܗ ܕܢܝܐܝܠ ܠܢܒܘܟܕܢܨܪ: ܐܢܬ ܗܘ ܪܫܐ ܕܕܗܒܐ. ܡܛܠܡܢܐ ܐܬܐܡܪ ܪܫܐ ܕܕܗܒܐ ܐܠܐ ܡܛܠ ܕܥܠܘܗܝ ܐܬܡܠܝܬ ܡܠܬܗ ܕܐܪܡܝܐ. ܐܡܪ ܓܝܪ

Nunc quarta bestia tertiam devoravit; tertia illa filii Iaphet sunt, quarta autem filii Sem, scilicet filii Esau. Quando enim visum quatuor bestiarum Danieli oblatum est, primo vidit filios Cham, qui Nemrodis semen sunt, scilicet Babylonios; secundo vero Persas atque Medos, qui sunt e filiis Iaphet; tertio Graecos, Medorum fratres, quarto demum filios Sem, filios scilicet Esau. Etenim filii Iaphet cum filiis Sem societatem inierunt, sed dein sublatum est imperium a filiis Iaphet minoris[1], ut Sem maiori daretur, eique ad hanc usque diem superest, usque in saeculum. Quando autem tempus advenerit quo filiorum Sem dominatio consummetur, suscipiet illam Dux de filiis Iuda egressus, cum in secundo suo adventu aderit.

11. In visione enim quam habuit Nabuchodonosor, quamque ei Daniel aperuit ac patefecit, statuam vidit contra se stantem; *huius statuae caput aureum erat, pectus et brachia argentea, venter et femora aenea, cruraque et pedes ferrea et testacea*[2]. Dixitque Daniel Nabuchonosori : *Tu es caput aureum*[3]. Quare autem caput aureum dictus est? nisi quia super eum Ieremiae verbum expletum est. Ait enim

A] — 13 A ܐܝܠܘܢ. — 14 A ܗܘܐ. — 23 A ܘܫܩܘܗܝ.

[1] Gen. x, 21. Cf. infra Demonstr. xiii, § 6. — [2] Dan. ii, 31-33. — [3] *Ib.* ii, 38.

Ieremias : *Calix aureus Babylon in manu Domini, qui de mero eius inebriat omnem terram*[1]. Caput insuper omnium regnorum Babylon appellata est, quemadmodum est scriptum : *Caput regni Nemrodis Babylon fuit*[2].

12. Dixit deinde *pectus et brachia statuae fuisse argentea;* quo aliud regnum, illo minus, Darium Medum scilicet, significavit; regnum enim in statera sumpsit [Deus]; appensum est regnum domus Nemrodis, et impar inventum est; illudque, eo quod impar erat, Darius accepit. Propter hoc igitur dixit minus esse regnum eius; quia minus erat, non dominati sunt filii Madai terrae universae. Statuae porro venter et femora aenea erant; et dixit : *Regnum illud tertium universae terrae imperabit*[3]. Regnum autem est filiorum Iavan, seu filiorum Iaphet. Steterunt filii Iavan adversus regnum fratrum suorum; Madai enim et Iavan filii Iaphet sunt. Madai autem ineptus erat, regnoque gubernando impar, donec advenit Iavan frater eius, sapiens et callidus, disturbaturus regnum; siquidem Alexander Philippi filius, toti dominatus est orbi.

13. Crura autem et pedes statuae ferrea erant. Hoc est regnum filiorum Sem, qui sunt filii Esau[4], firmum ut ferrum.

ܐܪܡܝܐ: ܟܣܐ ܕܕܗܒܐ ܒܒܠ ܒܐܝܕܗ ܕܡܪܝܐ ܕܡܫܟܪ ܠܟܠܗ ܐܪܥܐ ܡܢ ܚܡܪܗ. ܘܐܦ ܪܫ ܡܠܟܘܬܐ ܟܠܗܝܢ ܒܒܠ ܐܬܩܪܝܬ ܐܝܟ ܕܟܬܝܒ: ܕܗܘܬ ܪܫ ܡܠܟܘܬܗ ܕܢܡܪܘܕ ܒܒܠ ܀

ܘܐܡܪ ܕܚܕܝܗ ܘܕܪܥܘܗܝ ܕܨܠܡܐ ܕܣܐܡܐ. ܗܘ ܚܘܝ ܥܠ ܡܠܟܘܬܐ ܕܡܨܥܝܐ ܡܢܗ ܕܐܝܬܘܗܝ ܕܪܝܘܫ ܡܕܝܐ. ܡܛܠ ܕܡܠܟܘܬܐ ܒܡܬܩܠܐ ܫܩܠ: ܐܬܬܩܠܬ ܓܝܪ ܡܠܟܘܬܐ ܕܒܝܬ ܢܡܪܘܕ ܘܐܫܬܟܚܬ ܚܣܝܪܐ: ܘܟܕ ܚܣܝܪܐ ܩܒܠܗ ܕܪܝܘܫ. ܡܛܠ ܗܢܐ ܐܡܪ ܕܡܨܥܝܐ ܗܝ ܡܠܟܘܬܗ: ܘܡܛܠ ܕܚܣܝܪܐ ܗܘܬ ܠܐ ܫܠܛܘ ܒܢܝ ܡܕܝ ܒܟܠܗ ܐܪܥܐ. ܕܟܪܣܗ ܘܥܛܡܬܗ ܕܨܠܡܐ ܕܢܚܫܐ. ܘܐܡܪ ܕܡܠܟܘܬܐ ܬܠܝܬܝܐ ܬܫܠܛ ܒܟܠܗ ܐܪܥܐ ܕܐܝܬܝܗ ܡܠܟܘܬܐ ܕܒܢܝ ܝܘܢ ܕܗܢܘܢ ܒܢܝ ܝܦܬ. ܥܠ ܡܠܟܘܬܐ ܓܝܪ ܕܐܚܝܗܘܢ ܩܡܘ ܒܢܝ ܝܘܢ: ܡܛܠ ܕܡܕܝ ܘܝܘܢ ܒܢܝ ܝܦܬ ܐܢܘܢ. ܡܟܝܠ ܗܘܐ ܕܝܢ ܡܕܝ ܘܚܣܝܪ ܡܢ ܕܠܡܕܒܪܘ ܡܠܟܘܬܐ ܒܚܝܠܐ ܕܐܬܐ ܗܘܐ ܐܚܘܗܝ ܕܚܟܝܡ ܘܥܪܝܡ ܠܡܘܒܕܘ ܡܠܟܘܬܐ: ܡܛܠ ܓܝܪ ܐܠܟܣܢܕܪܘܣ ܒܪ ܦܝܠܝܦܘܣ ܒܟܠܗ ܐܪܥܐ ܀

ܫܩܘܗܝ ܘܪܓܠܘܗܝ ܕܨܠܡܐ ܕܦܪܙܠܐ: ܐܝܬܝܗ ܡܠܟܘܬܐ ܕܒܢܝ ܫܝܡ ܕܗܢܘܢ ܒܢܝ ܥܣܘ ܕܚܣܝܢܐ ܐܝܟ ܦܪܙܠܐ. ܘܐܡܪ:

A) — 16 26 A ܐܝܬܝܗ.

[1] Ier. LI, 7. — [2] Gen. X, 10. — [3] Dan. II, 39. — [4] Filii Esau, seu Edom. Vid. Praef. § 12.

ܕܐܝܟ ܦܪܙܠܐ ܕܡܫܦ ܘܡܕܩ ܟܠ ܗܟܢܐ ܐܦ ܡܠܟܘܬܐ ܪܒܝܥܝܬܐ ܬܫܦ ܘܬܕܘܫ ܟܠ. ܘܦܣܬܐ ܕܪ̈ܓܠܐ ܘܨܒ̈ܥܬܐ ܕܡܢܗܝܢ ܕܦܪܙܠܐ ܘܡܢܗܝܢ ܕܚܨܦܐ ܕܛܝܢܐ. ܐܡܪ ܓܝܪ: ܕܚܠܛܐ ܢܬܚܠܛܘܢ ܒܙܪܥܐ ܐܢܫܐ. ܘܠܐ ܢܗܘܘܢ ܕܒܩܝܢ ܚܕ ܒܚܕ. ܐܝܟ ܕܠܐ ܡܬܚܠܛ ܦܪܙܠܐ ܥܡ ܛܝܢܐ. ܗܕܐ ܥܠ ܡܠܟܘܬܐ ܪܒܝܥܝܬܐ ܚܘܝ. ܡܛܠ ܕܡܠܟܘܬܐ ܕܒܢ̈ܝ ܥܣܘ ܠܐ ܗܘܐ ܡܠܟ ܒܪ ܡܠܟ ܩܐܡ ܗܘܐ ܕܢܕܒܪ ܡܠܟܘܬܐ: ܐܠܐ ܟܕ ܐܬܟܢܫܘ ܒܢ̈ܝ ܥܣܘ ܠܡܕܝܢܬܐ ܠܚܝܠܬܐ ܡܠܟܘ ܒܝܬ ܒܘܠܐ: ܘܡܢ ܐܝܟܢ ܡܩܝܡܝܢ ܗܘܘ ܪܫܐ ܠܡܕܝܢܬܐ ܓܒܪܐ ܚܟܝܡܐ ܕܢܕܒܪ ܡܠܟܘܬܐ: ܕܠܐ ܟܕ ܢܬܒܩܐ ܐܝܟ ܡܕܒܪܢ ܡܠܟܘܬܗܘܢ ܢܫܬܟܚܘܢ ܒܗܘܢ ܚܣܝܪܝܢ ܘܬܬܩܠ ܠܗ ܡܢܗܘܢ ܡܠܟܘܬܐ ܐܝܟ ܕܐܬܒܩܝܬ ܡܠܟܘܬܐ ܕܒܢ̈ܝ ܢܡܪܘܕ ܓܢܒܪܐ ܘܐܬܝܗܒܬ ܠܒܢ̈ܝ ܡܕܝ ܣܟܠܐ. ܘܗܘ ܡܠܟܐ ܕܩܐܡ ܗܘܐ ܙܪܥܗ ܕܗܘ ܡܠܟܐ ܕܩܕܡܘܗܝ ܡܘܒܕ ܗܘܐ ܠܗ: ܘܠܐ ܕܒܩܝܢ ܗܘܘ ܚܕ ܒܚܕ. ܒܪܡ ܕܝܢ ܙܪܥܐ ܐܢܫܐ ܕܐܬܡܬܠ ܒܛܝܢܐ ܚܘܝܐ ܗܘ ܒܙܒܢܐ: ܡܠܟܐ ܕܡܬܡܠܟ ܗܘܐ ܡܠܟܐ ܠܡܠܟܘܬܐ ܐܬܚܠܛ ܠܗ ܒܥܩܪܐ ܕܡܠܟܘܬܐ ܕܦܪܙܠܐ ܀

ܘܚܘܝ ܕܒܝܘܡ̈ܝ ܗܠܝܢ ܡܠܟܐ ܕܩܝܡܝܢ ܒܡܠܟܘܬܐ ܢܩܝܡ ܐܠܗܐ ܕܫܡܝܐ ܡܠܟܘܬܐ ܕܠܥܠܡܝܢ ܠܐ ܬܬܚܒܠ ܘܠܐ

A]

Et dixit : *Quomodo ferrum comminuit et conterit omnia, ita regnum quartum omnia comminuet et proculcabit*[1]. Pedum etiam et digitorum observat partem ferream esse, partemque e testa lutea. Ait enim : *Ita quidem commiscebuntur humano semini, verum non adhaerebunt inter se, sicuti luto ferrum non miscetur*[2]. Haec de quarto regno aperuit. Reipsa in regno filiorum Esau non stetit rex filius regis qui regnum gubernaret; verum congregantes se filii Esau in urbem validam, domum senatus effecerunt, ex qua civitati constituerunt ducem, virum prudentem, qui regnum moderaretur, ne, dum eos examinaret curator regni eorum, invenirentur deficientes, et appensum regnum auferretur ab eis, sicut regnum examinatum est filiorum Nemrodis superbi, filiisque Madai insipientis est datum[3]. Rex autem qui instituebatur, prioris regis semen perimebat, neque adhaerebant inter se. Comparatio vero humani seminis cum caeno significat regem, simul atque in regnum eligebatur, radici regni ferrei sese commiscuisse[4].

14. Deinde ostendit *in diebus regum illorum qui imperium obtinebunt, suscitaturum esse Deum caeli regnum quod in*

[1] Dan. II, 40. — [2] *Ib.* II, 43. — [3] *Ib.* V, 26-28. — [4] *Ib.* II, 41.

saecula non dissipabitur nec transibit[1]. Illudque regnum est Christi Regis, qui regnum quartum submovebit. Superius dixit : *Vidisti petram excisam absque manibus, et percussit statuam in pedibus eius ferreis et fictilibus, et valide eos comminuit*[2]. Non dixit percussum ab eo esse statuae caput, aut pectus et brachia, neque etiam ventrem et femora, verum pedes, quia de toto simulacro pedes tantummodo lapis ille veniens offendit. Et in sequenti versu dixit : *Tunc comminuta sunt pariter ferrum et aes, argentumque et aurum*[3]. Post eos enim ut rex Christus regnabit, tunc regnum quartum conculcabit, et totam statuam obteret. Porro tota statua mundus dicitur esse, caput eius Nabuchodonosor, pectus autem et brachia rex Mediae et Persidis; venterque et femora rex Graecorum, ac demum crura et pedes regnum filiorum Esau; lapis vero qui simulacrum percussit et contrivit, qua universa terra impleta est, regnum Regis Christi, qui mundi huius imperium evertet et in saecula saeculorum regnabit.

15. Audi nunc de visione quam Daniel conspexit quatuor animalium de mari adscendentium, atque aliud ab alio diversorum[1]. Ecce eorum visionem. *Primum*

ܠܥܠܡ: ܕܐܝܬܝܗ ܡܠܟܘܬܐ ܕܡܠܟܐ ܡܫܝܚܐ ܕܗܝ ܡܒܛܠܐ ܠܡܠܟܘܬܐ ܪܒܝܥܝܬܐ. ܘܡܢ ܠܥܠ ܐܡܪ: ܕܚܙܝܬ ܟܐܦܐ ܕܐܬܓܙܪܬ ܕܠܐ ܒܐܝܕܝܢ ܘܡܚܬܗ ܠܨܠܡܐ ܥܠ ܪ̈ܓܠܘܗܝ ܕܦܪܙܠܐ ܘܕܚܨܦܐ ܘܕܩܬܗ ܐܢܝܢ ܠܓܡܪ. ܘܠܐ ܐܡܪ ܕܡܚܬܗ ܥܠ ܪܫܗ ܠܨܠܡܐ ܘܠܐ ܥܠ ܚܕܝܗ ܘܕܪ̈ܥܘܗܝ ܘܐܦܠܐ ܥܠ ܟܪܣܗ ܘܥܛܡ̈ܬܗ: ܐܠܐ ܥܠ ܪ̈ܓܠܘܗܝ. ܡܛܠ ܕܡܢ ܟܠܗ ܨܠܡܐ ܪ̈ܓܠܐ ܗܘ ܒܠܚܘܕ ܐܬܐ ܗܘ ܟܐܦܐ ܡܚܝܢܐ. ܘܒܫܘܠܡܐ ܕܡܠܬܗ ܐܡܪ: ܕܐܬܕܩܩܘ ܐܟܚܕܐ ܦܪܙܠܐ ܘܢܚܫܐ ܘܣܐܡܐ ܘܕܗܒܐ. ܒܬܪܗܘܢ ܓܝܪ ܟܕ ܕܡܡܠܟ ܡܠܟܐ ܡܫܝܚܐ ܘܕܝܫ ܡܡܠܟ ܠܡܠܟܘܬܐ ܪܒܝܥܝܬܐ ܘܡܫܦ ܠܟܠܗ ܨܠܡܐ. ܨܠܡܐ ܓܝܪ ܟܠܗ ܥܠܡܐ ܐܬܐܡܪ ܘܪܫܗ ܢܒܘܟܕܢܨܪ: ܘܚܕܝܗ ܘܕܪ̈ܥܘܗܝ ܡܠܟ ܡܕܝ ܘܦܪܣ: ܘܟܪܣܗ ܘܥܛܡ̈ܬܗ ܡܠܟܘܬܐ ܕܝܘܢܝܐ: ܘܫܩ̈ܘܗܝ ܘܪ̈ܓܠܘܗܝ ܡܠܟܘܬܐ ܕܒܢ̈ܝ ܥܣܘ. ܟܐܦܐ ܕܡܚܬܗ ܠܨܠܡܐ ܘܫܚܩܬܗ ܘܡܠܬ ܡܢܗ ܟܠܗ ܐܪܥܐ ܡܠܟܘܬܐ ܕܡܠܟܐ ܡܫܝܚܐ ܕܡܒܛܠܐ ܡܠܟܘܬܐ ܕܗܢܐ ܥܠܡܐ ܘܗܝ ܡܡܠܟܐ ܠܥܠܡ ܥܠܡܝܢ܀

ܫܡܥ ܗܫܐ ܥܠ ܚܙܘܐ ܕܐܪܒܥ ܚܝ̈ܘܢ ܕܚܙܐ ܕܢܝܐܝܠ ܕܣܠܩ̈ܝ ܡܢ ܝܡܐ ܘܡܫܚܠܦܢ ܚܕܐ ܡܢ ܚܕܐ. ܘܗܢܐ ܗܘ ܚܙܘܗܝܢ: ܩܕܡܝܬܐ ܐܝܟ ܐܪܝܐ ܘܓܦ̈ܐ ܕܢܫܪܐ

AB] — 1 A ܕܐܬܝܗ. — 22 B incipit ܡܠܟܘܬܐ.

[1] Dan. II, 44. — [2] *Ib.* II, 34. — [3] *Ib.* II, 35.

ܐܝܬ ܠܗ. ܘܚܙܝܬ ܕܐܬܡܪܛܘ ܓܦܝܗ ܘܐܝܟ ܐܢܫܐ ܥܠ ܪܓܠܘܗܝ ܩܡܬ: ܘܠܒܐ ܕܐܢܫܐ ܐܬܝܗܒ ܠܗ. ܘܚܝܘܬܐ ܕܬܪܬܝܢ ܕܡܝܐ ܠܕܒܐ ܘܠܣܛܪ ܚܕ ܩܡܬ ܘܬܠܬ ܐܥܠܥܝܢ ܒܦܘܡܗ ܒܝܬ ܫܢܝܗ. ܘܚܝܘܬܐ ܕܬܠܬ ܐܝܟ ܢܡܪܐ ܘܐܝܬ ܠܗ ܐܪܒܥܐ ܓܦܝܢ ܘܐܪܒܥܐ ܪܫܝܢ. ܘܚܝܘܬܐ ܕܐܪܒܥܝܬܐ ܕܚܝܠܐ ܘܐܝܡܬܢܝܬܐ ܘܬܩܝܦܐ ܝܬܝܪܐܝܬ ܘܫܢܐ ܪܘܪܒܬܐ ܐܝܬ ܠܗ ܐܟܠܐ ܘܡܕܩܐ ܘܡܕܝܫ ܕܡܘܬܪܐ ܒܪܓܠܘܗܝ ܕܝܫܐ. ܝܡܐ ܕܝܢ ܪܒܐ ܕܚܙܐ ܕܢܝܐܝܠ ܗܢܘ ܥܠܡܐ. ܘܗܠܝܢ ܐܪܒܥ ܚܝܘܢ ܗܠܝܢ ܐܪܒܥ ܡܠܟܘܢ ܕܡܢ ܠܥܠ ܪܫܝܡܢ܀

ܚܝܘܬܐ ܕܝܢ ܩܕܡܝܬܐ ܐܡܪ ܒܟܠܗ ܕܕܡܝܐ ܠܐܪܝܐ ܘܓܦܐ ܕܢܫܪܐ ܐܝܬ ܠܗ. ܚܝܘܬܐ ܕܝܢ ܩܕܡܝܬܐ ܐܝܬܝܗ ܡܠܟܘܬܐ ܕܒܒܠ ܕܕܡܝܐ ܠܐܪܝܐ. ܗܟܢܐ ܕܝܢ ܟܬܒ ܐܪܡܝܐ ܘܐܡܪ: ܢܩܝܐ ܛܥܝܬܐ ܐܝܣܪܝܠ: ܐܪܝܘܬܐ ܐܛܥܝܘܗ ܐܢܘܢ. ܩܕܡܝܐ ܐܟܠܗ ܡܠܟܐ ܕܐܬܘܪ: ܘܗܢܐ ܐܚܪܝܐ ܓܡܪ ܥܠܘܗܝ ܢܒܘܟܕܢܨܪ ܡܠܟܐ ܕܒܒܠ. ܘܐܪܝܐ ܩܪܝܗ ܐܪܡܝܐ. ܘܐܡܪ: ܕܓܦܐ ܕܢܫܪܐ ܐܝܬ ܠܗ. ܗܟܢܐ ܕܝܢ ܟܬܝܒ: ܕܟܕ ܢܦܩ ܢܒܘܟܕܢܨܪ ܠܡܕܒܪܐ ܥܡ ܚܝܘܬܐ ܣܥܪܗ ܐܪܒܐ ܐܝܟ ܕܢܫܪܐ. ܘܐܡܪ: ܕܚܙܝܬ ܕܐܬܡܪܛܘ ܓܦܝܗ ܘܥܠ ܪܓܠܘܗܝ

adulter existimetur. Conveniens ergo aequumque ac decorum est consilium, quod do mihimetipsi et vobis, dilectissimi monachi, qui uxores non accipitis, vobis etiam, virgines, quae viris non traditimini, et omnibus qui castitatem diligunt; iustum, conveniens et decorum est unumquemque, etiam si aegre patiatur, solitarium permanere. Eo namque modo illum decet habitare, de quo apud Ieremiam prophetam scriptum est: *Beatus vir qui portaverit iugum tuum in adolescentia sua, et sedebit solitarius et tacebit, quia iugum tuum in se susceperit*[1]. Ita namque convenit ei, carissime, qui iugum Christi suscepit, illud in puritate servare.

5. Hoc enim, carissime, de Moyse scriptum est, ipsum scilicet, postquam se ei Sanctissimus revelavit, continentiam amplexum esse, et ex quo sanctificatus est, uxorem eius ei non ministrasse; sed, sicuti est scriptum, *Iosue filius Nun minister fuit Moysi a pueritia sua*[2]. De eodem Iosue etiam scriptum est: *De tabernaculo non recedebat*[3]. Porro in tabernaculo foederis mulier non ministrabat; non enim lex mulieres sinebat tabernaculum foederis introire, sed cum ad orandum veniebant, ad portam tabernaculi foederis orabant et recedebant. Sacerdotibus etiam praescribebat ut

ABJ — 1 A om. [illegible]. — 12 A [illegible]. — 14 A [illegible].

[1] Thren. III, 27, 28. — [2] Ex. XXXIII, 11. — [3] Ib. XXXIII, 11.

tempore ministerii sui in continentia manerent, neque uxores suas cognoscerent. De Elia scriptum est eum modo in monte Carmelo consedisse, modo in torrente Carith, et famulum suum ei ministrasse. Eo quod in caelo cor eius manebat, aves caeli afferebant ei cibum; quia angelorum caeli gerebat similitudinem, ipsi angeli panem et aquam ei praebuerunt, cum a Iezabelis conspectu fugeret; et quia totam cogitationem suam in caelo posuerat, ad caelum in igneo curru raptus est, ibique facta est habitatio eius in sempiternum. Eliseus quoque magistri sui tenuit vestigia, et cum in Sunamitidis caenaculo commoraretur, a discipulo ei ministrabatur. Ita enim locuta est illa Sunamitis : *Propheta Dei sanctus est, et ecce iugiter ad nos devertitur. Itaque sanctitati eius convenit ut ei paremus caenaculum, et ministerium* [*necessarium*] *in eo*[1]. Nihil autem aliud fuit in Elisaei caenaculo ministerium, praeter lectulum et mensam sedileque et candelabrum. Quid vero de Iohanne dicemus, qui, etsi inter homines habitabat, virginitatem inclite custodivit, atque Eliae spiritum accepit? Sed et beatus Apostolus de seipso ac de Barnaba dixit : *Numquid non habemus potestatem*

ܢܗܘܘܢ ܘܠܐ ܢܫܡܫܘܢ ܢܫܝܗܘܢ. ܘܐܦ ܥܠ ܐܠܝܐ ܗܟܢܐ ܟܬܝܒ ܥܠܘܗܝ: ܕܙܒܢ ܒܛܘܪܐ ܕܟܪܡܠܐ ܝܬܒ ܗܘܐ ܘܙܒܢ ܒܢܚܠܐ ܕܟܪܝܬ: ܘܡܢ ܬܠܡܝܕܗ ܡܫܬܡܫ ܗܘܐ. ܘܡܛܠ ܕܠܒܗ ܒܫܡܝܐ ܗܘܐ ܦܪܚܬܐ ܕܫܡܝܐ ܠܬܘܪܣܝܐ ܡܡܛܝܢ ܗܘܝ ܠܗ: ܘܡܛܠ ܕܠܒܝܫ ܕܡܘܬܐ ܕܥܝܪܐ ܡܠܐܟܐ ܗܢܘܢ ܡܠܐܟܐ ܝܗܒܘ ܠܚܡܐ ܘܡܝܐ ܐܝܬܝܘ ܠܗ ܟܕ ܡܢ ܩܕܡ ܐܝܙܒܠ ܥܪܩ ܗܘܐ: ܘܕܣܡ ܟܠܗ ܡܪܢܝܬܗ ܒܫܡܝܐ ܐܣܬܠܩ ܒܡܪܟܒܬܐ ܕܢܘܪܐ ܠܫܡܝܐ: ܘܗܘܬ ܡܥܡܪܬܗ ܠܥܠܡ ܐܡܝܢ. ܘܐܦ ܐܠܝܫܥ ܢܛܪ ܒܥܩܒܬܐ ܕܪܒܗ ܘܟܕ ܒܥܠܝܬܐ ܕܫܘܢܡܝܬܐ ܥܡܪ ܗܘܐ: ܘܡܢ ܬܠܡܝܕܗ ܡܫܬܡܫ ܗܘܐ. ܗܟܢܐ ܓܝܪ ܐܡܪܐ ܗܝ ܫܘܢܡܝܬܐ: ܕܢܒܝܗ ܕܐܠܗܐ ܩܕܝܫ ܗܘ ܘܥܒܪ ܥܠܝܢ ܒܟܠܙܒܢ. ܗܟܢܐ ܓܝܪ ܝܐܐ ܠܗ ܠܩܕܝܫܘܬܗ ܕܢܥܒܕ ܠܗ ܥܠܝܬܐ ܘܬܫܡܫܬܐ ܕܒܗ. ܘܡܢܐ ܗܘܬ ܬܫܡܫܬܐ ܕܒܥܠܝܬܗ ܕܐܠܝܫܥ܆ ܐܠܐ ܐܢ ܥܪܣܐ ܘܦܬܘܪܐ ܘܟܘܪܣܝܐ ܘܡܢܪܬܐ ܒܠܚܘܕ. ܡܢܐ ܕܝܢ ܢܐܡܪ ܥܠ ܝܘܚܢܢ܆ ܕܐܦܠܐ ܒܝܬ ܒܢܝܢܫܐ ܥܡܪ ܗܘܐ ܘܢܛܪ ܒܬܘܠܘܬܐ ܒܝܬܝܪܘܬܐ ܘܩܒܠ ܪܘܚܗ ܕܐܠܝܐ. ܘܐܦ ܫܠܝܚܐ ܛܘܒܢܐ ܐܡܪ ܥܠ ܢܦܫܗ ܘܥܠ ܒܪܢܒܐ: ܕܠܡܐ ܠܡ ܠܐ ܫܠܝܛ ܠܢ ܠܡܐܟܠ

AB¹ — 19 A ܠܗ. 23 A ܐܡܪ. 24 A ܒܬܘܠܘܬܐ]| ܒܝܬܝܪܘܬܐ. — 27 A ܕܠܡܐ.

[1] II (IV) Reg. IV, 9, 10.

ܘܠܡܫܬܝܐ ܘܐܦ ܢܫܐ ܠܡܟܪܟܘ ܥܡܢ܀ ܐܠܐ ܠܐ ܟܝܢ ܝܐܐ ܘܠܐ ܙܕܩ܀

ܡܛܠܗܢܐ ܐܚܝ ܝܕܥܝܢ ܚܙܝܢ ܕܡܢ ܒܪܫܝܬ ܒܝܕ ܐܢܬܬܐ ܗܘܐ ܠܗ ܡܥܠܢܐ ܠܒܥܠܕܒܒܐ ܥܠ ܒܢܝܢܫܐ ܘܥܕܡܐ ܠܚܪܬܐ ܒܗ ܡܫܠܡ. ܙܝܢܗ ܓܝܪ ܐܝܬܝܗ ܕܣܛܢܐ: ܘܒܐܝܕܗ ܡܩܪܒ ܠܟܠ ܐܬܠܝܛܐ. ܒܗ ܗܘ ܓܝܪ ܙܡܪ ܒܟܠܝܘܡ ܡܛܠ ܕܗܝ ܗܘܬ ܠܗ ܟܢܪܐ ܡܢ ܝܘܡܐ ܩܕܡܝܐ. ܡܛܠܬܗ ܓܝܪ ܐܬܣܝܡܬ ܠܘܛܬܐ ܕܢܡܘܣܐ: ܘܡܛܠܬܗ ܗܘܬ ܡܘܠܟܢܐ ܠܡܘܬܐ: ܒܚܫܐ ܓܝܪ ܝܠܕܐ ܒܢܝܐ ܘܡܫܠܡܐ ܠܡܘܬܐ. ܡܛܠܬܗ ܐܬܠܛܛ ܐܪܥܐ ܕܬܦܩ ܟܘܒܐ ܘܕܪܕܪܐ. ܡܛܠ ܒܡܐܬܝܬܗ ܕܝܠܕܗ ܕܛܘܒܢܝܬܐ ܡܪܝܡ ܥܩܪܝ ܟܘܒܐ: ܘܕܘܥܬܐ ܐܬܟܦܪܬ: ܘܬܐܢܬܐ ܐܬܠܛܬ: ܥܦܪܐ ܗܘܐ ܡܠܚܐ: ܘܠܘܛܬܐ ܒܨܠܝܒܐ ܐܬܩܒܥܬ: ܥܩܝܪܐ ܕܚܪܒܐ ܥܒܪ ܡܢ ܐܦܝ ܐܝܠܢܐ ܕܚܝܐ ܘܐܬܝܗܒ ܠܡܐܟܘܠܬܐ ܠܡܗܝܡܢܐ: ܘܦܪܕܝܣܐ ܡܠܝܟ ܠܛܘܒܢܐ ܘܠܒܬܘܠܐ ܘܠܩܕܝܫܐ: ܘܐܬܝܗܒ ܦܐܪܐ ܐܝܠܢܐ ܕܚܝܐ ܠܡܐܟܘܠܬܐ ܠܡܗܝܡܢܐ ܘܠܒܬܘܠܐ ܘܠܥܒܕܝ ܨܒܝܢܗ ܕܐܠܗܐ ܬܪܥܐ ܐܚܝܕ ܘܐܘܪܚܐ ܕܫܝܦܐ

manducandi et bibendi, et mulieres nobiscum circumducendi? verum non utique decet nec iustum est[1].

6. Ex his, fratres, novimus et videmus a principio per mulierem inimico datum esse ad homines introitum, quem ad finem usque per eam servabit, ipsa enim est telum satanae; athletas per eam adoritur, per eam ille constanter canit, nam ei facta est a primo die cithara. Propter eam maledictio legis constituta est; propter eam mortis est facta promissio[2], in doloribus enim filios parturit et tradit morti; propter eam maledicta est terra, ut spinas et tribulos efferat. Nunc vero, per beatae Mariae prolis adventum, eradicatae sunt spinae, sudor abstersus, ficus exsecrata[3]; pulvis effectus est sal[4], maledictio cruci affixa, et mucro gladii amotus ab arbore vitae, quae in escam data est credentibus; beatis[5], et virginibus, et castis paradisus promissus est, fructusque arboris vitae fidelibus et virginibus in escam oblati; iis qui Dei voluntatem operati sunt reclusa est porta, viaque calcata; fons et mana, praestans sitientibus potum; mensa instructa est, et

AB¹ 2 A ܝܐܐ. — 6 A ܒܗ. — 8 A ܐܬܠܝܛܐ. — *Ib.* B ܒܗ. — 9 B ܗܘ. — 19 A ܘܝܗܒ. — 22 A ܘܝܗܒ.

[1] I Cor. IX, 4, 5. Ultimum incisum Apostolo videtur Aphraates ascribere, quod iam significavit auctor armeniacae versionis : *այլ ոչ պարժան է, սակէ, և ոչ վայելչ է Non vero dignum est, ait, nec conveniens* (Antonelli, p. 210). — [2] Legendum forsan ܡܥܠܢܐ. Aliter autem armeniacus textus : *եղև մահու մուտն. Datus est morti introitus* (Antonelli, p. 210), quasi legerit ܡܥܠܢܐ ܠܡܘܬܐ. — [3] Matth. XXI, 19. — [4] *Ib.* V, 13; Marc. IX, 49. — [5] ܛܘܒܢܐ ut apud Graecos μακάριος, monachos designat. Vid. Praef. § 20.

caena ornata: taurus pinguis occisus est, calix salutaris temperatus, apparatae epulae, Sponsusque accessit ut recumberet; apostoli invitaverunt, et plurimi sunt vocati. Praeparate vos, electi. Lux iucunda et splendida exorta est, vestes appositae sunt non manufactae. Clamor appropinquat, sepulcra aperiuntur, et quae in eis reposita sunt revelantur. Surgunt mortui, et viventes in Regis occursum evolant. Convivium exstructum est, cornu incitat, exstimulantque tubae; Angeli caeli festinant, thronus Iudici collocatur. Qui laboravit laetatur; qui cecidit formidat; qui male egit ad iudicem non accedit. Filii dexterae exsultant, qui autem a sinistris sunt flent atque ululant. Illi in luce splendent, hi in tenebris ingemiscunt, et linguas habent uvidas. Gratia pertransiit, et regnat iustitia; paenitentia ibi non invenitur. Hiems adest, abiit aestas. Sabbatum requietis advenit, recessit labor. Nox aufugit, lux dominatur. Mortis stimulus confractus est, absorptusque a vita[1]. Qui in infernum revertuntur[2], plorant atque infrendunt dentibus; qui vero ad regnum pergunt, exsultant, et laetantur, et tripudiant, et laudibus erumpunt. Illis enim qui uxores

ܘܡܨܒܬܐ ܬܘܪܐ ܘܡܦܛܡܐ ܐܬܢܟܣ: ܦܬܘܪܐ
ܛܝܒ ܘܡܫܬܘܬܐ ܡܬܩܢܐ: ܐܬܐ ܕܢܣܬܡܟ
ܡܬܝܠ ܟܣܐ ܕܦܘܪܩܢܐ ܡܙܝܓ ܒܚܬܢܐ
ܡܛܝܒܝܢ ܘܣܓܝܐܐ ܩܪܝܢ ܠܡܫܬܘܬܗ:
ܐܬܛܝܒܘ ܐܢܬܘܢ ܘܐܬܩܪܝܘ ܠܟܘܢ ܓܒܝܐ.
ܢܚܬܐ: ܐܝܠܝܢ ܕܠܐ ܒܐܝܕܝܐ ܥܒܝܕܢ: ܢܘܗܪܐ
ܒܣܝܡ ܘܢܗܝܪܐ ܕܢܚ: ܩܠܐ ܩܪܒ ܘܩܒܪܐ
ܡܬܦܬܚܝܢ ܘܣܝܡܬܐ ܡܬܓܠܝܢ:
ܡܝܬܐ ܩܝܡܝܢ ܘܚܝܐ ܦܪܚܝܢ ܠܐܘܪܥܗ
ܕܡܠܟܐ: ܫܪܘܬܐ ܛܝܒܐ: ܩܪܢܐ ܡܩܥܩܥܐ:
ܘܫܝܦܘܪܐ ܡܙܥܙܥܝܢ: ܡܠܐܟܐ ܫܡܝܢܐ
ܪܗܛܝܢ: ܟܘܪܣܝܐ ܠܕܝܢܐ ܛܝܒ. ܕܥܡܠ
ܚܕܐ ܘܕܢܦܠ ܕܚܠ: ܘܕܐܒܫ ܠܕܝܢܐ ܠܐ
ܩܪܒ. ܒܢܝ ܝܡܝܢܐ ܪܘܙܝܢ ܘܕܡܢ ܣܡܠܐ
ܒܟܝܢ ܘܡܝܠܠܝܢ. ܕܒܢܘܗܪܐ ܡܬܢܨܚܝܢ
ܘܕܒܚܫܘܟܐ ܡܬܐܢܚܝܢ ܘܠܫܢܝܗܘܢ
ܢܓܒܢ. ܛܝܒܘܬܐ ܥܒܪܐ ܘܟܐܢܘܬܐ
ܡܡܠܟܐ: ܬܝܒܘܬܐ ܠܝܬ ܒܗ ܐܬܪܐ.
ܣܬܘܐ ܡܛܐ ܘܩܝܛܐ ܥܒܪ ܠܗ: ܫܒܬܐ
ܕܢܝܚܐ ܐܬܐ: ܥܡܠܐ ܒܛܠ: ܠܠܝܐ ܥܒܪ
ܠܗ: ܢܘܗܪܐ ܡܫܠܛ: ܘܡܘܬܐ ܥܘܩܣܗ
ܐܬܬܒܪ: ܘܚܝܐ ܒܠܥܘܗܝ. ܘܕܗܦܟܝܢ
ܠܫܝܘܠ ܒܟܝܢ ܘܫܢܝܗܘܢ ܡܚܪܩܝܢ:
ܘܕܐܙܠܝܢ ܠܡܠܟܘܬܐ ܚܕܝܢ ܘܪܘܙܝܢ ܘܪܩܕܝܢ
ܘܡܫܒܚܝܢ. ܐܝܠܝܢ ܓܝܪ ܕܠܐ ܢܣܒܘ

AB 1 A ܬܘܪܐ. 7 A add. ܡܬܩܪܝܢ ܠܗ. Ib. ܕܠܒܘܫܐ. 11 A ܛܝܒܐ. 12 A ܘܫܝܦܘܪܐ. — 14 B om. ܘܕܐܒܫ ܠܕܝܢܐ. Ib. B ܘܐܙܠܝܢ ܘܐܙܠܝܢ. 21 A ܘܠܠܝܐ. 25 ܘܪܘܙܝܢ ܘܪܩܕܝܢ.

1 Cor. XV, 54-55. 2 Ps. IX, 18.

ܢܩܠ: ܡܢ ܕܢܛܪ ܡܫܡܫܐ ܡܫܡܫܝܢ. ܢܛܪܝ ܩܕܝܫܘܬܐ ܒܗܝܟܠ ܡܩܕܫܗ ܕܪܡܐ ܡܬܢܝܚܝܢ. ܟܠܗܘܢ ܝܚܝܕܝܐ ܡܚܕܐ ܠܗܘܢ ܝܚܝܕܝܐ ܕܡܢ ܥܘܒܗ ܕܐܒܘܗܝ. ܬܡܢ ܠܝܬ ܕܟܪܐ ܘܠܐ ܢܩܒܬܐ: ܘܠܐ ܥܒܕܐ ܘܠܐ ܒܪ ܚܐܪܐ: ܐܠܐ ܟܠܗܘܢ ܐܝܬܝܗܘܢ ܒܢܝܗ ܕܪܡܐ. ܘܟܠܗܝܢ ܒܬܘܠܬܐ ܕܟܝܬܐ ܐܝܠܝܢ ܕܡܟܝܪܢ ܠܡܫܝܚܐ ܐܝܟ ܢܗܪܝܢ ܠܡܦܕܝܗܘܢ ܥܡܗ ܕܚܬܢܐ ܥܐܠܝܢ ܠܓܢܘܢܗ. ܟܠ ܐܝܠܝܢ ܕܡܟܝܪܢ ܠܡܫܝܚܐ ܡܢ ܠܘܛܬܗ ܕܢܡܘܣܐ ܥܪܩܝ ܘܡܢ ܕܝܢܐ ܕܒܢܬ ܚܘܐ ܦܪܝܩܝ: ܠܐ ܓܝܪ ܗܘܝ ܠܓܒܪܐ ܕܢܩܒܠܢ ܠܘܛܬܐ ܘܢܗܘܝ ܒܟܐܒܐ: ܘܠܐ ܚܫܒܝ ܠܡܘܬܐ ܡܛܠ ܕܒܢܝܐ ܠܐ ܡܫܠܡܝܢ ܠܗ: ܘܚܠܦ ܓܒܪܐ ܕܡܝܘܬܐ ܡܟܝܪܢ ܗܘܝ ܠܡܫܝܚܐ: ܘܕܠܐ ܝܠܕܝ ܒܢܝܐ ܡܬܝܗܒ ܠܗܝܢ ܫܡܐ ܕܛܒ ܡܢ ܒܢܝܐ ܘܡܢ ܒܢܬܐ: ܘܚܠܦ ܐܢܚܬܐ ܕܒܢܬ ܚܘܐ ܙܡܪܝ ܗܘܝ ܙܡܝܪܬܗ ܕܚܬܢܐ. ܡܫܬܘܬܐ ܕܒܢܬ ܚܘܐ ܫܒܥܐ ܝܘܡܝ ܡܢܝܢ: ܘܕܝܠܗܝܢ ܚܬܢܐ ܕܠܐ ܦܠܛ ܠܥܠܡ. ܙܝܢܐ ܕܒܢܬ ܚܘܐ ܥܡܪܐ ܕܒܠܐ ܘܡܬܚܒܠ: ܘܕܝܠܗܝܢ ܠܒܘܫܝܗܝܢ ܠܐ ܒܠܝܢ. ܫܘܦܪܐ ܕܒܢܬ ܚܘܐ ܡܫܚܠܦ ܠܗ ܣܝܒܘܬܐ: ܘܫܘܦܪܗܝܢ ܕܝܠܗܝܢ ܒܙܒܢ ܩܝܡܬܐ ܡܬܚܕܬܐ܀

non duxerint, angeli caeli ministrabunt: qui castitatem tenuerint, in sanctuario Altissimi requiescent. Solitarios omnes Unigenitus a sinu Patris laetificabit. Non erit illic masculus nec femina, nec servus neque ingenuus; sed omnes filii erunt Excelsi[1]. Omnes virgines castae, quae Christo sunt desponsatae, lampades suas illic splendentes habebunt, et Sponsi thalamum cum eo ingredientur. Omnes quae Christo desponsatae sunt maledictiones legis effugerunt, ac filiarum Hevae damnatione ereptae sunt, non enim viris nupserunt; eae autem quae maledictiones adsumpserint in doloribus erunt. Illae mortem nihili reputant; liberos enim ei non tradunt, ac mortalis coniugis loco, Christo sunt desponsatae. *Eo quod filios non genuerint, dabitur eis nomen melius quam filii et filiae*[2]. Pro gemitibus filiarum Hevae, cantica Sponsi proferent. Convivia filiarum Hevae septem dierum spatio [celebrantur]; illarum vero Sponsus non discedet in aeternum. Habent Hevae filiae ornamenta lanea, marcida et corruptibilia; illarum autem vestimenta non veterascent. Venustas filiarum Hevae immutantur senecta; illarum pulchritudo tempore resurrectionis innovabitur.

ABI 9 A ܠܡܦܕܝܗܘܢ. — *Ib.* A ܥܠܝܢ. — 11 B ܠܘܛܬܗ. — 16 B om. ܗܘܝ — 19 B ܙܡܪܝ ܙܡܝܪܬܐ. 20 A ܕܚܬܢܐ. — 22 A *labor, aerumna* ܥܡܠܐ; ܥܡܪܐ. — 23 A add. *in aeternum* ܠܥܠܡ ܠܐ ܒܠܝܢ.

[1] Gal. III, 28. [2] Is. LVI, 5.

7. Vos igitur, virgines, quae Christo vos ipsas desponsastis, si quis monachorum alicui e vobis dixerit : Tecum commorer, tuque mihi ministres; sic ei responde : Viro Regi sum desponsata et illi servio. Si servitium eius ut tibi ministrem dimisero, Sponsus meus mihi irascetur, libellum conscribet repudii, atque e domo sua me dimittet. Dum igitur quaeris honorem a me consequi, et me vicissim a te honorari, vide ne damnum mihi et tibi accidat. Ignem noli in sinu tuo reponere, ne tua vestimenta deurat; magis autem tu ipse tuo sufficias honori, egoque meo sola suppetam[1]; atque de rebus quae Sponsus ad aeternitatem convivii sui paravit, tute nuptiale munus tibi conficias, et animam tuam in occursum eius expedias. Ego autem oleum mihi comparabo, ut cum prudentibus ingrediar, nedum cum fatuis virginibus extra portas prohibear.

ܐܦ ܒ̈ܬܘܠܬܐ ܕܐܡܟܪ̈ܝ ܢܦܫܟܝܢ ܠܡܫܝܚܐ. ܟܕ ܚܕ ܡܢ ܒ̈ܢܝ ܩܝܡܐ ܢܐܡܪ ܠܚܕܐ ܡܢܟܝܢ: ܕܐܥܡܪ ܥܡܟܝ ܘܬܫܡܫܝܢܢܝ: ܗܟܢܐ ܐܡܪܝ ܠܗ: ܕܠܓܒܪܐ ܡܠܟܐ ܡܟܝܪܐ ܐܢܐ ܘܠܗ ܗܘ ܡܫܡܫܐ ܐܢܐ. ܘܐܢ ܫܒܩܐ ܐܢܐ ܠܬܫܡܫܬܗ ܘܠܟ ܡܫܡܫܐ ܐܢܐ: ܚܬܢܝ ܪܓܙ ܥܠܝ ܘܟܬܒ ܠܝ ܐܓܪܬܐ ܕܫܘܒܩܐ: ܘܡܦܩ ܠܝ ܡܢ ܒܝܬܗ. ܘܟܕ ܒܥܐ ܐܢܬ ܕܬܬܝܩܪ ܡܢܝ ܘܐܢܐ ܐܬܝܩܪ ܡܢܟ: ܚܙܝ ܕܠܐ ܬܗܘܐ ܚܘܣܪܢܐ ܠܝ ܘܠܟ. ܠܐ ܬܣܝܡ ܢܘܪܐ ܒܥܘܒܟ ܕܠܐ ܢܘܩܕ ܠܒ̈ܘܫܝܟ: ܐܠܐ ܐܢܬ ܗܘܝ ܒܐܝܩܪܐ ܠܢܦܫܟ ܘܐܢܐ ܠܢܦܫܝ ܒܐܝܩܪܝ. ܘܡܢ ܗܠܝܢ ܕܛܝܒ ܚܬܢܐ ܠܥܠܡܝܢ ܡܫܬܘܬܗ ܐܢܬ ܥܒܕ ܠܟ ܦܘܪܢܐ ܘܠܢܦܫܟ ܢܦܩ ܠܐܘܪܥܗ: ܘܐܢܐ ܐܛܝܒ ܠܝ ܡܫܚܐ ܕܐܥܘܠ ܥܡ ܚܟܝܡܬܐ ܘܠܐ ܐܬܟܠܐ ܠܒܪ ܡܢ ܬܪܥܐ ܥܡ ܒ̈ܬܘܠܬܐ ܣܟܠܬܐ܀

8. Audi igitur, carissime, quae tibi scribo, omnia videlicet quae decent monachos, foederis filios, caelibes ac sanctos. Prae omnibus viro illi convenit, qui iugum adsumpsit, ut fidem firmam habeat, sicuti in prima epistola tibi scripsi; deinde ut sit ieiunio et orationi intentus; Christi amore ferveat; sit hu-

ܫܡܥ ܕܝܢ ܚܒܝܒܝ ܡܕܡ ܕܟܬܒ ܐܢܐ ܠܟ: ܗܠܝܢ ܡܕܡ ܕܝܐܝܢ ܠܝܚܝܕܝܐ ܒ̈ܢܝ ܩܝܡܐ ܒ̈ܬܘܠܐ ܘܩܕ̈ܝܫܐ. ܡܢ ܩܕܡ ܟܠܡܕܡ ܝܐܐ ܠܓܒܪܐ ܐܝܢܐ ܕܢܣܒ ܢܝܪܐ ܥܠܘܗܝ: ܕܢܗܘܐ ܗܝܡܢܘܬܗ ܫܪܝܪܐ ܐܝܟ ܡܕܡ ܕܟܬܒܬ ܠܟ ܒܐܓܪܬܐ ܩܕܡܝܬܐ: ܕܢܗܘܐ ܚܦܝܛ ܒܨܘܡܐ ܘܒܨܠܘܬܐ: ܘܢܗܘܐ

AB | 1 A ܐܘ   Ib. A ܘܐܡܟܪ̈ܝ sic.   8 B ܕܘ̈ܠܐ.   9 B ܘܟܕ] ܘܡܢ.   18 A ܠܒܪ] ܐܝܟ. — 19 A add. ܣܟܠܬܐ, ܘܐܠܟܝ.   21 A ܕܝܐܐ.   23 A ܝܐܐ.

[1] Ad verbum : *sed tu sis in honore tuo solus, et ego in honore meo sola.*

ܢܐܚ ܒܣܘܟܠܗ ܘܡܗܝܡܢܐ: ܘܢܗܘܐ ܡܟܝܟ ܘܪܡܝܡ ܘܡܕܘܟ: ܘܬܗܘܐ ܡܠܬܗ ܢܝܚܐ ܘܡܫܡܫܢܐ: ܘܢܗܘܐ ܫܦܝܐ ܨܒܝܢܗ ܥܡ ܟܠܢܫ: ܘܢܗܘܐ ܡܡܠܠ ܡ̈ܠܘܗܝ ܒܡܬܩܠܐ: ܘܢܥܒܕ ܣܝܓܐ ܠܦܘܡܗ ܡܢ ܡ̈ܠܐ ܕܡܨܥܪܢܘܬܐ: ܘܢܪܚܩ ܡܢܗ ܓܘܚܟܐ ܡܣܪܗܒܐ: ܘܠܐ ܢܪܚܡ ܨܒܬܐ ܕܢ̈ܚܬܐ. ܘܠܐ ܝܐܐ ܛܒ ܘܠܐ ܠܗ ܕܢܪܒܐ ܘܢܨܒܬ: ܘܠܐ ܡܣܩܝܐ ܕܪ̈ܝܚܐ ܝܐܐ ܠܗ ܠܡܬܡܫܚ. ܘܠܐ ܒܡܫܬܘܬܐ ܢܗܘܐ ܡܣܬܡܟ: ܘܠܐ ܢ̈ܚܬܐ ܡܪ̈ܩܡܬܐ ܝܐܐ ܠܗ ܠܡܠܒܫ: ܘܠܐ ܥܠ ܚܡܪܐ ܢܦܠ ܠܡܫܬܐ. ܘܢܪܚܩ ܡܢܗ ܪܥܝܢܐ ܪܡܐ. ܘܠܐ ܢ̈ܚܬܐ ܡܪ̈ܩܡܬܐ ܝܐܐ ܠܗ ܠܡܣܪ: ܘܠܐ ܒܣܕܝܐ ܢܬܟܣܐ. ܘܢܪܚܩ ܡܢܗ ܠܫܢܐ ܕܢܟܠܐ: ܘܢܪܚܩ ܡܢܗ ܛܢܢܐ ܘܚܪܝܢܐ: ܘܢܫܕܐ ܡܢܗ ܣܦܘ̈ܬܐ ܕܢܟܠܐ. ܘܡ̈ܠܐ ܕܡܬܐܡܪ̈ܢ ܥܠ ܒܪܢܫܐ ܟܕ ܗܘ ܕܡܬܐܡܪ̈ܢ ܥܠܘܗܝ ܠܐ ܗܘܐ ܩܪܝܒ: ܠܐ ܢܫܡܥ ܘܠܐ ܢܩܒܠ ܕܠܐ ܢܚܛܐ: ܥܕܠܐ ܢܒܨܐ. ܡܡܝܩܢܘܬܐ ܡܘܡܐ ܗܝ ܣܢܝܐ: ܘܠܡܡܝܩܘ ܥܠ ܠܒܐ ܠܐ ܘܠܝܐ. ܘܠܐ ܢܗܘܐ ܡܘܙܦ ܡܣܩ ܪܒܝܬܐ: ܘܠܐ ܢܪܚܡ ܝܬܝܪܘܬܐ. ܢܬܡܟܟ ܘܠܐ ܢܡܟܟ. ܘܢܪܚܩ ܐܦ ܡܢܗ ܫܓܘܫܝܐ: ܘܡ̈ܠܐ ܕܒܕܚܐ ܠܐ ܢܐܡܪ. ܘܠܐ ܢܒܙܚ ܒܒܪܢܫܐ ܕܬܐܒ ܡܢ ܚܛܗ̈ܘܗܝ: ܘܠܐ ܢܡܝܩ ܒܐܚܘܗܝ ܕܨܐܡ: ܘܠܡܢ ܕܠܐ ܡܨܐ ܠܡܨܡ ܠܐ ܢܒܗܬ. ܐܬܪ

milis et constans et sapiens; eius loquela sit placida et lenis; voluntas eius cum omnibus recta; sermones loquatur ponderatos; ponat ori suo sepimentum, ne verba iniuriosa proferat; risum properatum a se removeat; ornatum vestimentorum ne diligat; neque ei magis convenit crines alere et ornare, aut fragrantibus odoramentis ungere; in conviviis ne accumbat, nec pretiosas vestes induat; nec vino temere indulgeat. Cogitationes superbas a se depellat. Cultiores vestes non debet curare, nec velo contegi. Linguam perfidam a se arceat; zelum et contentionem amoveat; labia dolosa longe a se repellat. Sermones adversus aliquem prolatos, illo quem insectantur absente, nolit, priusquam investigaverit, audire aut admittere, ne peccet. Irrisio detestabile vitium est, eamque ad cor attollere non convenit. Nec faeneretur aut accipiat usuram, nec lucrum amet. Ipse subigatur, nec subigat. Tumultum quoque a se excludat. Scurrilia verba ne proferat, neque irrideat paenitentem a peccatis, nec fratrem ieiunantem cavilletur; illum autem qui ieiunare nequit ne confundat. Ubi exceptus fuerit, reprehendat; ubi vero eum non receperint, dignitatem suam agnoscat. Tempore quo acceptus eius sermo

AB] — 9 A ܝܐܐ. — 10 A ܠܡܫܬܘܬܐ. — 11 A ܝܐܐ. — 14 A ܠܡܣܪܐ. — 18 A ܗܘܐ. — 20 B ܡܡܝܩܢܘܬܐ. — 21 A ܘܠܐ. — 24 A ܐܦ ܡܢܗ.

fuerit, loquatur: sin minus silentium praestet. Nec se ipsum propter ventrem postulationibus suis det contemptui. Timenti Deum secretum suum aperiat, et a malevolo praecaveat. Sermonibus iniqui aut inimici verbis ne se accommodet, quo in contentionem incidat, ut nullum prorsus sibi inimicum habeat. Si de bono aemulentur ei, honestatem suam inde augeat, neque ab invidia laedatur. Si quid habet quod pauperibus irroget laetetur, ne autem contristetur si non habet. Cum homine perverso ne teneat consortium, et cum viro maledico ne colloquatur, ne forte seipsum in ludibrium ponat. Nec cum conviciatore disputet, ne Dominus eius propter eum blasphemetur. A calumniatore se removeat; et ne quis alii ob verborum illecebras placere studeat. Haec monachos decent, qui iugum caeleste susceperunt, discipulique sunt Christi. Ita enim discipulos Christi oportet Domino suo Christo similes fieri.

9. Exemplum ergo accipiamus, carissime, a Vivificatore nostro, qui, cum dives esset, se ipsum pauperem effecit; Altissimus maiestatem suam demisit: in excelsis habitans non habuit locum ubi

ܕܡܬܦܩܕ ܢܡܠܠ܆ ܘܐܢ ܕܠܐ ܡܦܩܕܠܝܢ ܠܗ ܢܬܠ ܐܫܬܩܗ. ܒܟܪܣܐ ܕܡܬܡܠܐ ܡܠܬܗ ܢܫܬܐܠ܆ ܘܐܠܐ ܒܫܐܠܬܐ ܢܗܘܐ ܘܡܛܠ ܟܪܣܗ ܠܐ ܢܒܣܪ ܢܦܫܗ ܒܫܐܠܬܗ ܠܡܢ ܕܕܚܠ ܠܐܠܗܐ ܢܓܠܐ ܐܪܙܗ܆ ܘܡܢ ܒܝܫܐ ܢܛܪ ܢܦܫܗ. ܠܡܠܬ ܐܢܫ ܕܒܝܫ ܠܐ ܢܬܪܟܢ܆ ܘܐܦ ܠܐ ܠܡܠܬ ܣܢܐܗ. ܘܕܝܢܐ ܢܬܦܠܓ ܕܢܗܘܐ ܣܢܐܐ ܠܐ ܢܗܘܐ ܠܗ. ܐܢ ܡܛܢܢܝܢ ܛܒܬܐ ܒܗ ܢܘܣܦ ܗܘ ܥܠ ܫܦܝܪܘܬܗ ܘܡܛܠ ܛܢܢܐ ܠܐ ܢܬܚܒܠ. ܘܐܢ ܐܝܬ ܠܗ ܡܕܡ ܠܡܣܟܢܐ ܢܚܕܐ܆ ܘܐܢ ܠܝܬ ܠܗ ܠܐ ܢܥܩ ܠܗ. ܥܡ ܓܒܪܐ ܥܩܡܐ ܠܐ ܢܗܘܐ ܠܗ ܚܘܠܛܢܐ ܘܥܡ ܓܒܪܐ ܡܨܚܝܢܐ ܠܐ ܢܡܠܠ ܕܠܐ ܢܬܠ ܢܦܫܗ ܠܓܘܚܟܐ܆ ܘܥܡ ܓܒܪܐ ܡܨܚܩܢܐ ܠܐ ܢܕܘܢ ܕܠܡܐ ܢܬܓܕܦ ܡܪܗ ܡܛܠܬܗ܆ ܘܡܢ ܡܐܟܠ ܩܪܨܐ ܢܗܘܐ ܪܚܝܩ܆ ܘܠܐ ܢܫܬܦܪ ܠܒܪܢܫܐ ܒܡܠ ܐܢܫܐ ܒܡܦܪܓܘܬܐ ܕܡܠܐ. ܗܠܝܢ ܝܐܝܢ ܠܝܚܝܕܝܐ ܐܝܠܝܢ ܕܡܩܒܠܝܢ ܢܝܪܐ ܫܡܝܢܐ ܘܗܘܝܢ ܬܠܡܝܕܐ ܠܡܫܝܚܐ. ܗܟܢܐ ܓܝܪ ܝܐܐ ܠܬܠܡܝܕܘܗܝ ܕܡܫܝܚܐ. ܕܠܡܪܗܘܢ ܡܫܝܚܐ ܢܬܕܡܘܢ܀

ܢܣܒ ܠܢ ܕܡܘܬܐ ܚܒܝܒܝ ܡܢ ܡܚܝܢܢ܆ ܕܟܕ ܥܬܝܪ ܗܘܐ ܡܣܟܢ ܢܦܫܗ܆ ܘܟܕ ܪܡܐ ܗܘܐ ܐܡܟ ܪܒܘܬܗ܆ ܘܟܕ ܒܡܪܘܡܐ ܥܡܘܪܐ ܗܘܐ ܠܝܬ ܗܘܐ ܠܗ ܐܬܪ ܕܢܣܡܘܟ ܪܫܗ܆ ܘܟܕ ܥܠ ܥܢܢܐ ܪܟܝܒ

AB. — 3 A ܐܦ ܠܐ ‖ Ib. A ܢܗܘܐ ܗܘܐ. — 4 A ܒܫܐܠܬܗ. — 7 B ܣܢܐܗ. — 9 A ܫܦܝܪܘܬܗ. — 13 B ܚܘܠܛܢܐ. — 15 A ܐܦ ܒܠܚܘܕ. — 17 B ܪܚܝܩ. — 18 A ܝܐܝܢ. — 21 A *ita enim discipulos suos Dominus iussit similes sibi fieri* ܗܟܢܐ ܓܝܪ ܦܩܕ ܠܬܠܡܝܕܘܗܝ ܡܪܢ ܕܢܬܕܡܘܢ ܠܗ. — 23 B ܡܚܝܢܢ. — 25 B ܪܒܘܬܗ. — 27 ܪܟܝܒ.

ܗܘܐ ܕܢܐܬܐ ܪܟܒ ܥܠ ܥܝܠܐ ܘܥܠ ܠܐܘܪܫܠܡ. ܡܢ ܕܐܠܗܐ ܗܘܐ ܘܒܪ ܐܠܗܐ ܕܡܘܬܐ ܕܥܒܕܐ ܢܣܒ. ܘܡܢ ܕܢܝܚܐ ܗܘܐ ܕܟܠܗܘܢ ܥܡܠܐ ܗܘ ܠܐܐ ܡܢ ܥܡܠܐ ܕܐܘܪܚܐ: ܘܡܢ ܕܡܒܘܥܐ ܗܘܐ ܕܡܪܘܐ ܨܗܘܬܐ ܨܗܝ ܘܫܐܠ ܡܝܐ ܠܡܫܬܐ: ܘܡܢ ܣܒܥܐ ܗܘܐ ܘܣܒܥܗ ܟܦܢܢ ܟܦܢ ܟܕ ܢܦܩ ܠܡܕܒܪܐ ܕܢܬܢܣܐ: ܘܡܢ ܕܢܛܘܪܐ ܗܘܐ ܕܠܐ ܢܐܡ ܢܡ ܘܕܡܟ ܒܐܠܦܐ ܒܓܘ ܝܡܐ: ܘܡܢ ܕܡܫܬܡܫܢܐ ܗܘܐ ܒܡܫܟܢܗ ܕܐܒܘܗܝ ܗܘ ܐܫܬܡܫ ܡܢ ܐܝܕܝ ܒܢܝܢܫܐ: ܘܡܢ ܐܣܝܐ ܗܘܐ ܕܟܠܗܘܢ ܒܢܝ ܐܢܫܐ ܟܪܝܗܐ ܐܬܩܒܥ ܒܗ ܩܒܥܐ ܒܐܝܕܘܗܝ: ܘܡܢ ܦܘܡܗ ܛܒܬܐ ܡܡܠܠ ܗܘܐ ܝܗܒܘ ܠܗ ܡܪܪܬܐ ܠܡܐܟܘܠܬܗ: ܘܡܢ ܠܐܢܫ ܠܐ ܐܒܐܫ ܘܠܐ ܐܗܪ ܒܟܠܗ ܡܚܘܬܐ ܣܝܒܪ ܨܥܪܐ: ܘܡܢ ܡܚܝܢܐ ܗܘܐ ܕܟܠܗܘܢ ܡܝܘܬܐ ܐܫܠܡ ܢܦܫܗ ܠܡܘܬܐ ܕܨܠܝܒܐ܀

ܗܕܐ ܟܠܗ ܡܟܝܟܘܬܐ ܚܘܝ ܡܚܝܢܢ ܒܢܦܫܗ: ܢܬܡܟܟ ܗܟܝܠ ܢܦܫܢ ܐܦ ܚܢܢ ܚܒܝܒܝ. ܡܪܢ ܟܕ ܐܬܐ ܠܒܪ ܡܢ ܟܝܢܗ ܗܠܟ ܒܟܝܢܢ. ܢܩܘܐ ܚܢܢ ܒܟܝܢܢ: ܕܒܝܘܡ ܟܐܢܘܬܐ ܢܥܒܕܢ ܠܟܝܢܗ. ܢܣܒ ܡܪܢ ܡܢܢ ܥܪܒܘܢܐ ܘܐܪܙܐ: ܘܝܗܒ ܠܢ ܥܪܒܘܢܐ ܡܢ ܕܝܠܗ ܘܐܙܠ. ܕܠܐ ܚܣܝܪ ܗܘܐ: ܡܛܠ

caput reclinaret[1]; in nubibus quondam venturus, pullo asinae insedit, ut Ierosolymam intraret; Deus et Dei Filius formam servi accepit[2]. Qui ab omnibus laboribus requies erat, ipse itineris labore lassus fuit[3]. Qui fons erat sitim exstinguens, sitivit et aquam rogavit, ut biberet. Qui ipse erat abundantia, et satietas famis nostrae, esurivit, quando in desertum secessit ut ibi tentaretur. Custos qui non dormit[4], dormivit et consopitus est in navi in medio mari. Cui in tabernaculo Patris sui ministrabatur, ipse hominum ministerium accepit. Omnium erat hominum aegrotantium medicus, et manus eius clavis transfixae sunt. Cuius os bona proferebat, fel ei dederunt in escam. Qui neminem laesit neminique nocuit, vulnera perpessus est, sustinuitque opprobrium. Cunctorum mortalium Vivificator seipsum morti crucis tradidit.

10. Hanc omnem in se nobis exhibuit Salvator noster humilitatem. Humiliemur igitur et nos, dilectissimi. Cum Dominus noster extra naturam suam venit, in nostra natura ambulavit. Maneamus autem nos in condicione nostra naturali, ut in die iustitiae, naturae suae consor-

AB! — 1 B om. ܗܘܐ. 2 AB ܒܪ omissa coniunctione, quae ex armeniaca versione conieci : [illegible] *Qui Deus erat et Dei Filius* Antonelli, p. 216. Vid. Sasse, *op. cit.* p. 30. 3 A ܢܡܘܣ ܥܡܠ. 10 A ܘܡܢ ܡܫܡܫܢܐ ܒܡܫܟܢܐ. 12 B ܗܘ ܗܘܐ. — 13 A desinit ܩܒܥܘ.

[1] Matth. VIII, 20. — [2] Philip. II, 7. — [3] Ioh. IV, 6. 7. — [4] Ps. CXXI (CXX), 4.

tes nos efficiat. Dominus noster pignus accepit a nobis, et abiit, nobisque pignus de suo reliquit, et adsumptus est. Licet nulla re indigeret, egestatis nostrae causa ars illa excogitata est. Quod nostrum erat, illius iam erat ab initio; quod autem illius erat quis nobis dedisset? Sed vera est Domini promissio : *Ubi sum ego et vos eritis*[1]. Nam quod a nobis adsumpsit, in honore apud eum servatur, et caput eius corona redimitum est; similiter et nos, quod de suo dedit nobis, id debemus honori habere. Quod nostrum est, in honore apud illum habetur, quanquam non in nostra [sit] natura; quod eius est, in ipsius natura cohonestemus. Nam si illud honoraverimus, ad eum perveniemus; quod enim a nobis adsumpsit sursum ascendit. Si autem illud contempserimus, quod nobis dedit auferet; et si pignus eius nobis subripuerimus, tunc quod suum est tollet, et iis quae promiserat nos privabit. Filium ergo Regis, qui apud nos est, pulchre extollamus, quia pro eo pignus e nobis desumptum est. Qui Regis Filium cum honore servaverit, dona plurima a Rege accipiet; quod enim nostrum est, apud eum [Regem] in honore sedet, capite diademate coronato, eumque sedere fe-

ܣܢܝܩܘܬܐ ܕܝܠܢ ܦܘܪܣܐ ܗܢܐ ܐܫܟܚ. ܕܝܠܢ ܕܝܠܗ ܐܝܬܘܗܝ ܗܘܐ ܐܦ ܡܢ ܩܕܝܡ: ܐܠܐ ܕܝܠܗ ܠܢ ܡܢܘ ܝܗܒ ܗܘܐ. ܫܪܝܪ ܗܘ ܓܝܪ ܡܕܡ ܕܡܠܟ ܠܢ ܡܪܢ: ܕܐܝܟܐ ܕܐܢܐ ܐܦ ܐܢܬܘܢ ܬܗܘܘܢ. ܡܛܠ ܕܡܕܡ ܕܢܣܒ ܡܢ ܕܝܠܢ ܒܐܝܩܪܐ ܐܝܬܘܗܝ ܠܘܬܗ: ܘܬܓܐ ܡܟܠܠ ܒܪܫܗ. ܘܐܦ ܕܝܠܗ ܕܝܗܒ ܘܠܐ ܠܢ ܕܢܝܩܪܝܘܗܝ. ܕܝܠܢ ܡܝܩܪ ܗܘ ܠܘܬܗ ܘܠܐ ܒܟܝܢܢ: ܢܝܩܪ ܕܝܠܗ ܒܟܝܢܐ ܕܝܠܗ. ܐܢ ܓܝܪ ܢܝܩܪܝܘܗܝ ܢܐܬܐ ܠܘܬܗ: ܕܡܢܢ ܢܣܒ ܣܠܩ ܠܥܠ. ܘܐܢ ܢܒܣܪ ܒܗ ܢܣܒ ܡܢܢ ܕܝܗܒ ܠܢ: ܘܐܢ ܢܓܢܘܒ ܠܗ ܪܗܒܘܢܗ ܐܡܝܢ ܢܣܒ ܕܝܠܗ: ܘܡܢ ܡܕܡ ܕܡܠܟ ܠܢ ܢܟܠܐ ܠܢ. ܒܪܗ ܕܝܢ ܕܡܠܟܐ ܕܠܘܬܢ ܢܝܩܪ: ܡܛܠ ܕܪܗܒܘܢܐ ܚܠܦܘܗܝ ܕܫܩܝܠ ܡܢܢ. ܡܢ ܕܢܛܪ ܠܒܪ ܡܠܟܐ ܒܐܝܩܪܐ ܡܢ ܡܠܟܐ ܡܩܒܠ ܡܘܗܒܬܐ ܣܓܝܐܬܐ. ܕܝܠܢ ܕܝܢ ܠܘܬܗ ܒܐܝܩܪܐ ܝܬܒ: ܘܬܓܐ ܡܟܠܠ ܒܪܫܗ: ܘܐܘܬܒܗ ܥܡܗ ܡܠܟܐ. ܚܙܝ ܕܡܬܚܫܚܝܢ ܣܓܝ ܚܝܠܐ ܢܣܒ ܠܒܪ ܡܠܟܐ ܕܠܘܬܢ: ܡܕܡ ܠܐ ܡܠܟܠܐ ܠܗ ܡܢܢ ܐܠܐ ܕܢܬܚܠܡ ܢܦܫܗ ܠܗ: ܕܚܝܐ ܕܩܠܝܠ ܪܚܝܐ ܘܐܙܠ ܠܗܘܢ ܐܚܘܗܝ ܢܬܒ ܠܗ ܡܢܢ ܡܛܠ ܕܒܪܢܫܘܬܗ. ܟܕ ܐܬܐ ܠܘܬܢ ܚܒܝܒ ܗܘܐ ܠܗ ܡܢ ܕܝܠܢ. ܘܐܦܠܐ ܠܢ ܐܝܬ ܗܘܐ ܡܢ

B 10 B *illi enim qui adsumpsit et ascendit* ܕܡܢ ܕܢܣܒ ܘܣܠܩ. Ego cum Sasse (*op. cit.* p. 30), iuxta antiquam versionem ܕܡܢ ܕܢܣܒ omisi. 20 B ܢܒܟܪ (sic).

[1] Ioh. XIV, 3.

ܕܥܡܗ: ܟܕ ܐܬܡܘܗܝ ܒܢ̈ܝܐ ܕܥܡܗ ܐܝܟ ܕܐܒܘܗܝ. ܟܕ ܗܟܢ ܚܢܢ ܡܣܟܢ̈ܐ ܠܐ ܠܡܥܒܕ ܠܡܘܗܒܬܐ ܕܡܠܟܘܬܗ: ܡܕܡ ܡܢ ܢܦܫܢ ܠܐ ܒܥܐ ܐܠܐ: ܕܗܝܟܠܐ ܕܝܠܢ ܢܨܒܬ ܠܗ. ܕܟܕ ܢܫܠܡ ܙܒܢܐ ܘܢܗܦܘܟ ܠܘܬ ܐܒܘܗܝ: ܢܫܒܚܢ ܘܢܩܪܒ ܕܐܝܩܪܢܝܗܝ. ܟܕ ܐܬܐ ܠܘܬܢ ܠܐ ܐܝܬ ܗܘܐ ܠܗ ܡܕܡ ܕܝܠܢ: ܘܐܦ ܠܢ ܠܐ ܗܘܐ ܠܢ ܡܕܡ ܕܝܠܗ. ܟܕ ܐܝܬ ܗܘܝ ܠܘܬܗ ܘܠܘܬ ܐܒܘܗܝ ܬܪܬܝܢ ܟܝ̈ܢܢ. ܟܕ ܓܝܪ ܡܒܣܪ ܗܘܐ ܓܒܪܝܐܝܠ ܠܡܪܝܡ ܛܘܒܢܝܬܐ ܝܠܕܬܗ: ܗܝܕܝܢ ܢܦܩ ܡܠܬܐ ܡܢ ܪܘܡܐ ܘܐܬܐ: ܘܡܠܬܐ ܦܓܪܐ ܗܘܐ ܘܐܓܢ ܒܢ. ܘܟܕ ܐܙܠ ܠܘܬ ܡܢ ܕܫܕܪܗ ܐܦ ܗܘ: ܡܕܡ ܐܙܠ ܘܐܫܢܝ ܕܠܐ ܐܝܬܝ ܗܘܐ. ܐܝܟ ܕܐܡܪ ܫܠܝܚܐ: ܐܩܝܡܢ ܥܡܗ ܘܐܘܬܒܢ ܥܡܗ ܒܫܡܝܐ. ܘܟܕ ܗܦܟ ܠܘܬ ܐܒܘܗܝ ܫܕܪ ܠܢ ܪܘܚܗ ܘܐܡܪ ܠܢ: ܕܗܐ ܐܢܐ ܥܡܟܘܢ ܐܢܐ ܥܕܡܐ ܠܫܘܠܡܗ ܕܥܠܡܐ.

cit cum Rege. Nos vero egeni, quid faciemus Filio Regis qui apud nos est? Nihil requirit a nobis, nisi ut templa nostra ei ornemus, ut cum tempus expletum fuerit, atque ad Patrem suum redibit, illum de nobis laudet eo quod eum honoraverimus. Quando ad nos venit, nihil de nostro habebat, nihil etiam nos de eo quod eius erat habebamus, licet penes ipsum et Patrem eius hae duae naturae essent. Quando enim Gabriel Beatam Mariam, Genitricem eius, evangelizavit, tunc Verbum ex alto processit et advenit, *et Verbum corpus factum est, et habitavit in nobis*[1]; et quando ad illum rediit qui miserat eum, aliquid etiam abiit et commigravit quod non adduxerat, quemadmodum ait Apostolus : *Conresuscitavit et considere fecit nos secum in caelo*[2]. Et ad Patrem reversus, misit nobis Spiritum suum, nobisque dixit : *Ego vobiscum sum usque ad consummationem saeculi*[3]. Christus enim ad dexteram Patris sui sedens, in hominibus simul habitat; sursum atque deorsum dominatur per sapientiam Patris, et in multis habitat, licet unus sit; cunctos fideles ex se ipso singulatim obumbrat, nec patitur detrimentum, sicut scriptum est : *Dispertiem eum in plurimos*[4]; et quamvis in plurimos dispertitus, ad dexteram Patris tamen residet. Ipse in nobis est, nosque in ipso sumus, quemadmodum dixit : *Vos in me estis, et ego in vobis sum*[5] Et in alio loco dixit : *Ego et Pater unum sumus*[6].

AB] 6 A incipit ܠܗܘܢ. — 7 A ܐܝܟ. — 18 A *occurrere faciam* ܘܐܦܓܥܘܢ. — 19 A ܡܫܡܫܝܢ. — 20 A ܘܣܡ.

[1] Ioh. I, 14. — [2] Eph. II, 6. — [3] Matth. XXVIII, 20. — [4] Is. LIII, 12. — [5] Ioh. XIV, 20. — [6] *Ib.* X, 30.

11. Sed aliquis erit, conscientiam habens imparem scientiae, qui de his litigaverit ac dixerit: Cum unus sit Christus et unus Pater, quomodo Christus et Pater eius habitant in hominibus qui credunt? Quomodo etiam homines iusti templa Deo efficiuntur, in quibus residet? Si igitur ita res sit, ut ad singulos fideles singuli Christi adveniant, et Deus qui est in Christo; si, inquam, ita res se habeat, erunt ita dii plurimi et Christi innumerabiles? Audi autem, carissime, quomodo huic sententiae respondere conveniat. Qui talia loquitur, e visibilibus erudiatur. Nemo enim nescit solem caelo esse infixum, eiusque radios super terram spargi; lux per portas multas fenestrasque domorum ingreditur, et quocumque astri fulgor inciderit, licet volae manus habeat mensuram, sol vocatur; quamvis etiam in plurima loca perveniat, eodem nomine dicitur sol; ipse autem in caelo manet. Num ex his sequitur multos esse soles? Similiter aquae maris ingens modus est; si vero ex ea cyathum hauseris, aqua vocatur; et si in vasa mille eam diviseris, aquam iterum nominabis. Ignem pariter ex igne in locis plurimis accendis; neque in loco unde eum ad accendendum

ܐܘ ܐܢܫ ܕܪܓܫܬܐ ܐܝܬܘܗܝ ܡܢ ܝܕܥܬܐ ܢܬܚܪܐ ܥܠ ܗܕܐ ܘܢܐܡܪ: ܕܟܕ ܚܕ ܗܘ ܡܫܝܚܐ ܘܚܕ ܗܘ ܐܒܘܗܝ ܐܝܟܢܐ ܥܡܪ ܡܫܝܚܐ ܘܐܒܘܗܝ ܒܒܢܝ ܐܢܫܐ ܡܗܝܡܢܐ. ܘܐܝܟܢܐ ܗܘܝܢ ܒܢܝ ܐܢܫܐ ܙܕܝܩܐ ܗܝܟܠܐ ܠܐܠܗܐ ܘܥܡܪ ܒܗܘܢ. ܡܕܝܢ ܐܢ ܗܟܢܐ ܗܘ ܕܠܚܕ ܚܕ ܡܢ ܒܢܝܢܫܐ ܡܗܝܡܢܐ ܚܕ ܚܕ ܡܫܝܚܐ ܡܬܝܗܒ ܘܐܠܗܐ ܕܒܡܫܝܚܐ: ܐܢ ܗܟܢܐ ܗܘ ܗܘܘ ܠܗܘܢ ܐܠܗܐ ܣܓܝܐܐ ܘܡܫܝܚܐ ܕܠܐ ܡܬܡܢܝܢ. ܫܡܥ ܕܝܢ ܚܒܝܒܝ ܐܝܟ ܒܪܘܚܐ ܕܙܕܩ ܠܗ ܠܡܦܢܝܬܐ ܗܕܐ. ܡܢ ܡܕܡ ܕܡܬܚܙܐ ܢܬܝܠܦ ܗܢܐ ܡܢ ܕܗܟܢܐ ܐܡܪ. ܟܠ ܐܢܫ ܝܕܥ ܕܫܡܫܐ ܒܫܡܝܐ ܩܒܝܥ: ܘܙܠܝܩܘܗܝ ܒܐܪܥܐ ܦܪܝܣܝܢ: ܘܥܐܠ ܢܘܗܪܗ ܒܬܪܥܐ ܣܓܝܐܐ ܘܒܟܘܐ ܕܒܬܐ: ܘܟܕ ܕܢܦܠ ܢܘܗܪܗ ܕܫܡܫܐ ܐܦ ܐܝܟ ܦܣܬܐ ܕܐܝܕܐ: ܫܡܫܐ ܡܬܩܪܐ: ܘܟܕ ܒܕܘܟܝܬܐ ܣܓܝܐܬܐ ܢܦܠ ܗܘ ܡܬܩܪܐ: ܘܫܘܡܗ ܕܫܡܫܐ ܒܫܡܝܐ ܗܘ. ܡܕܝܢ ܐܢ ܗܟܢܐ ܗܘ: ܗܘܘ ܠܗܘܢ ܫܡܫܐ ܣܓܝܐܐ. ܘܐܦ ܡܝܐ ܕܝܡܐ ܣܓܝܐܝܢ ܐܝܟ: ܘܟܕ ܡܬܡܠܝܐ ܚܕ ܟܣܐ ܡܢܗܘܢ ܡܝܐ ܡܬܩܪܝܢ: ܘܟܕ ܠܐܠܦ ܡܐܢܝܢ ܬܦܠܓ ܐܢܘܢ ܡܝܐ ܡܬܩܪܝܢ ܒܫܡܗܘܢ. ܘܐܦ ܟܕ ܢܘܪܐ ܬܕܠܩ ܡܢ ܢܘܪܐ ܒܕܘܟܝܬܐ ܣܓܝܐܬܐ: ܡܢ ܟܕ ܕܢܦܠ ܐܝܬ

AB. — 2 A ܘܢܬܚܪܐ. — 4 A om. ܡܗܝܡܢܐ. — 9 A add. ܐܢ ܗܘ. — 12 A ܕܡܢ. — 16 B ܘܟܕ sic. — 18 A add ܡܕܡܐ ܒܫܡܫܐ. — 20 A in caelo fixus ܒܫܡܝܐ ܩܒܝܥ. — 22 A ܡܬܡܠܝܐ. — 24 A mille modis ܐܠܦ ܙܢܝܢ. Ib. A add. ܡܝܐ ܐܝܟ. — 26 B ܟܕ sic.

ܘܡܬܩܪܐ ܐܝܬ ܠܐ ܚܣܪܐ: ܘܢܘܪܐ ܒܚܕ ܫܡܐ ܡܬܩܪܝܐ: ܘܠܐ ܡܛܠ ܕܒܕܘܟܝܬܐ ܣܓܝܐܬܐ ܡܦܠܓ ܐܝܬ ܠܗ ܗܘܝܐ ܠܗ ܫܡܗܐ ܣܓܝܐܐ. ܘܟܕ ܠܥܦܪܐ ܬܣܒ ܡܢ ܐܪܥܐ ܘܒܕܘܟܝܬܐ ܣܓܝܐܬܐ ܬܙܪܝܘܗܝ ܠܥܦܪܐ ܡܕܡ ܠܐ ܚܣܪ: ܘܐܦ ܠܐ ܕܬܩܪܝܘܗܝ ܒܫܡܗܐ ܣܓܝܐܐ ܡܫܟܚ ܐܢܬ. ܗܟܢܐ ܐܦ ܐܠܗܐ ܘܡܫܝܚܗ ܟܕ ܚܕ ܐܢܘܢ ܐܠܐ ܒܒܢܝ ܐܢܫܐ ܣܓܝܐܐ ܥܡܪܝܢ: ܘܗܢܘܢ ܒܫܡܝܐ ܒܡܘܬܒܐ ܐܢܘܢ: ܘܡܕܡ ܠܐ ܚܣܪܝܢ ܟܕ ܒܣܓܝܐܐ ܥܡܪܝܢ: ܐܝܟ ܕܠܐ ܚܣܪ ܫܡܫܐ ܒܫܡܝܐ ܡܕܡ ܟܕ ܚܝܠܗ ܒܐܪܥܐ ܫܕܐ. ܟܡܐ ܗܟܝܠ ܠܐ ܣܓܝ ܚܝܠܗ ܕܐܠܗܐ ܟܕ ܐܦ ܗܘ ܫܡܫܐ ܒܚܝܠܗ ܕܐܠܗܐ ܩܐܡ.

ܬܘܒ ܡܦܝܣ ܐܢܐ ܠܟ ܚܒܝܒܝ ܘܐܦ ܕܟܬܝܒ. ܗܟܢܐ ܓܝܪ ܩܪܝܢ: ܕܟܕ ܝܩܝܪ ܗܘܐ ܠܗ ܠܡܘܫܐ ܠܡܕܒܪܘ ܡܫܪܝܬܐ ܒܠܚܘܕܘܗܝ ܐܡܪ ܠܗ ܡܪܝܐ: ܗܐ ܒܨܪ ܐܢܐ ܡܢ ܪܘܚܐ ܕܥܠܝܟ ܘܣܐܡ ܐܢܐ ܥܠ ܫܒܥܝܢ ܓܒܪܝܢ ܣܒܐ ܕܐܝܣܪܝܠ. ܘܟܕ ܒܨܪ ܡܢ ܪܘܚܗ ܕܡܘܫܐ ܘܐܬܡܠܝܘ ܡܢܗ ܫܒܥܝܢ ܓܒܪܝܢ ܡܘܫܐ ܡܕܡ ܠܐ ܚܣܪ ܐܘ ܐܬܝܕܥ ܪܘܚܗ ܕܡܕܡ ܒܨܪ ܡܢܗ. ܘܐܦ ܫܠܝܚܐ ܛܘܒܢܐ ܐܡܪ: ܕܦܠܓ ܐܠܗܐ ܡܢ ܪܘܚܐ ܕܡܫܝܚܗ ܘܫܕܪ ܒܢܒܝܐ: ܘܡܫܝܚܐ ܡܕܡ ܠܐ ܐܬܒܨܪ ܡܛܠ ܕܠܐ ܗܘܐ ܒܟܝܠܬܐ ܝܗܒ ܠܗ ܐܒܘܗܝ ܪܘܚܐ. ܒܗܢܐ ܗܟܝܠ ܡܫܟܚ

accipis minuitur, sed eodem ubique nomine dicitur ignis; neque quod eum in varia loca diviseris, plura nomina sortitur. Pulverem quoque si de terra acceperis atque huc illuc disieceris, pulvis non imminuetur, nec pluribus eum nominibus appellare poteris. Eadem etiam ratione Deus et Christus eius, licet unus sint, in pluribus tamen hominibus commorantur, dum ipsi in caelo remanent, nec quidquam minuuntur, quamvis in pluribus habitent, sicut nec sol in caelo minuitur dum virtutem suam in terram mittit. At quomodo maior non esset Dei virtus, cum ipse sol Dei potentia subsistat!

12. Rursus tibi revocare volo, carissime, quod scriptum est. Sic enim legimus : Cum grave esset Moysi exercitum ducere solus, ait ei Dominus : *Ecce de spiritu tuo qui super te est, ego detraham, et ponam super septuaginta viros, senes Israel*[1]. Cum autem de spiritu Moysi ille detraxit, septuagintaque viri de eo sunt repleti, num imminutus est Moyses, aut talis spiritus eius agnoscatur, de quo possit aliquid detrahi? Beatus etiam Apostolus ait : *Divisit Deus de Spiritu Christi sui, et misit in prophetas*[2]. Nil autem detrimenti Christus accepit. *Non enim dedit ei Pater eius Spiritum in mensura*[3]. Hac ergo

AB] — 10 B ܒܫܡܝܐ. — 12 A om. ܟܡ. — 15 A ܘܐܦ ܐܦ. — 16 A ܩܪܝܢ. — 20 A ܓܒܪܐ. — 21 A ܪܘܚܗ.

[1] Num. XI, 17. — [2] Vid. I Cor. XII, 11. 28. et Rom. XII, 3. 6. — [3] Ioh. III, 34.

ratione perspicuum tibi erit Christum in fidelibus habitare, nec tamen ullum damnum pati dum in pluribus dividitur. De Spiritu etenim Christi acceperunt prophetae, unusquisque eorum prout ferre potuit. Rursus de Spiritu Christi super omnem carnem hodie effunditur, et prophetant filii et filiae, senesque et iuvenes, servi et ancillae. Aliquid de Christo in nobis est, et Christus in caelo est ad dexteram Patris. Christus Spiritum non accepit in mensura, verum Pater dilexit eum, et tradidit in manus eius omnia, universoque thesauro suo eum praeposuit. Dixit enim Iohannes : *Non dedit Pater Filio suo Spiritum in mensura, sed dilexit eum, et omnia tradidit in manibus eius*[1]. Dixit etiam Dominus : *Omnia mihi tradita sunt a Patre meo*[2]. Et iterum : *Non iudicabit Pater quemquam, sed omne iudicium dabit Filio*[3]. Et Apostolus ait : *Omnia subiecta sunt Christo, praeter Patrem eius, qui subiecit ei omnia. Cum autem subiecta fuissent ei omnia a Patre suo, tunc et ipse subiectus est Deo Patri suo, qui subiecit ei omnia; et est Deus totus in omnibus et in omni homine*[4].

13. Iohannem testatur Dominus e prophetis maximum esse[5]. Sed Spiritum

ܐܝܟ ܠܡܬܝܕܥܘ ܕܡܫܝܚܐ ܥܡܪ ܒܒܢܝ ܐܢܫܐ ܡܗܝܡܢܐ: ܟܕ ܡܫܝܚܐ ܡܕܡ ܠܐ ܡܬܒܨܪ ܟܕ ܒܣܓܝܐܐ ܡܬܦܠܓ. ܡܛܠ ܕܡܢ ܪܘܚܗ ܕܡܫܝܚܐ ܢܣܒܘ ܢܒܝܐ: ܐܢܫ ܐܢܫ ܡܢܗܘܢ ܐܝܟ ܕܡܫܟܚ ܗܘܐ ܠܡܫܩܠ: ܘܡܢ ܪܘܚܗ ܬܘܒ ܕܡܢܗ ܕܡܫܝܚܐ ܐܫܝܕܐ ܝܘܡܢܐ ܥܠ ܟܠ ܒܣܪ: ܘܡܬܢܒܝܢ ܒܢܝܐ ܘܒܢܬܐ ܣܒܐ ܘܥܠܝܡܐ ܥܒܕܐ ܘܐܡܗܬܐ. ܘܡܢ ܡܫܝܚܐ ܐܝܬ ܒܢ: ܘܡܫܝܚܐ ܒܫܡܝܐ ܡܢ ܝܡܝܢ ܐܒܘܗܝ. ܘܡܫܝܚܐ ܠܐ ܗܘܐ ܒܡܟܝܠܬܐ ܢܣܒ ܪܘܚܐ: ܐܠܐ ܐܒܘܗܝ ܪܚܡܗ ܘܐܫܠܡ ܟܠ ܒܐܝܕܘܗܝ ܘܥܠ ܟܠܗ ܓܙܗ ܐܫܠܛܗ. ܐܡܪ ܓܝܪ ܝܘܚܢܢ: ܕܠܐ ܗܘܐ ܒܡܟܝܠܬܐ ܝܗܒ ܪܘܚܐ ܐܒܐ ܠܒܪܗ: ܐܠܐ ܪܚܡܗ ܘܐܫܠܡ ܟܠ ܒܐܝܕܘܗܝ. ܘܐܦ ܡܪܢ ܐܡܪ: ܕܟܠܡܕܡ ܐܫܬܠܡ ܠܝ ܡܢ ܐܒܝ. ܬܘܒ ܐܡܪ: ܕܐܒܐ ܠܐܢܫ ܠܐ ܕܐܢ: ܐܠܐ ܟܠܗ ܕܝܢܐ ܠܒܪܗ ܝܗܒܗ. ܘܐܦ ܫܠܝܚܐ ܐܡܪ: ܕܟܠܡܕܡ ܢܫܬܥܒܕ ܠܡܫܝܚܐ ܣܛܪ ܡܢ ܐܒܘܗܝ ܕܫܥܒܕ ܠܗ ܟܠ. ܘܡܐ ܕܐܫܬܥܒܕ ܠܗ ܟܠ ܡܢ ܐܒܘܗܝ: ܗܝܕܝܢ ܢܫܬܥܒܕ ܐܦ ܗܘ ܠܐܠܗܐ ܐܒܘܗܝ ܕܫܥܒܕ ܠܗ ܟܠ: ܘܗܘܐ ܐܠܗܐ ܟܠ ܒܟܠ ܘܒܟܠ ܐܢܫ܀

ܝܘܚܢܢ ܡܣܗܕ ܥܠܘܗܝ ܡܪܢ: ܕܪܒ ܗܘ ܡܢ ܢܒܝܐ. ܘܒܡܟܝܠܬܐ ܢܣܒ ܪܘܚܐ:

AB¹ — 6 A om. ܘܡܢܗ. — 9 A ܡܫܝܚܐ ܕܡܢܗ ܘܡܢ] ܡܫܝܚܐ — 11. B om. ܐܝܟ. — 11 A ܡܟܝܠܬܐ. — 26 A ܡܣܗܕ.

¹ Ioh. iii, 34, 35. — ² Matth. xi, 27. — ³ Ioh. v, 22. — ⁴ I Cor. xv, 27, 28. — ⁵ Matth. xi, 9; xix, 4-9.

ܩܒܠ ܕܒܗ ܒܡܫܘܚܬܐ ܕܩܒܠ ܐܠܝܐ ܢܣܒ ܝܘܚܢܢ ܪܘܚܐ. ܘܐܝܟ ܕܐܠܝܐ ܒܡܕܒܪܐ ܥܡܪ ܗܘܐ: ܗܟܢܐ ܐܦ ܝܘܚܢܢ ܪܘܚܗ ܕܐܠܗܐ ܕܒܪܬܗ ܒܡܕܒܪܐ ܒܛܘܪܐ ܘܒܡܥܪ̈ܬܐ ܥܡܪ ܗܘܐ. ܐܠܝܐ ܦܪܚܬܐ ܐܪܣܝܘܗܝ: ܘܝܘܚܢܢ ܩܡܨܐ ܕܦܪܚܝܢ ܐܟܠ ܗܘܐ. ܐܠܝܐ ܩܡܪܐ ܕܡܫܟܐ ܐܣܝܪ ܗܘܐ ܒܚܨܘܗܝ: ܘܝܘܚܢܢ ܐܣܪܐ ܕܡܫܟܐ ܐܣܝܪ ܗܘܐ ܒܚܨܘܗܝ. ܠܐܠܝܐ ܪܕܦܬܗ ܐܝܙܒܠ: ܘܠܝܘܚܢܢ ܪܕܦܬܗ ܗܪܘܕܝܐ. ܐܠܝܐ ܐܟܣ ܠܐܚܒ. ܘܝܘܚܢܢ ܐܟܣ ܠܗܪܘܕܣ. ܐܠܝܐ ܦܠܓܗ ܠܝܘܪܕܢܢ: ܘܝܘܚܢܢ ܦܬܚ ܡܥܡܘܕܝܬܐ. ܐܠܝܐ ܥܦܐ ܪܘܚܗ ܥܦ ܬܪܝܢ ܥܠ ܐܠܝܫܥ: ܘܝܘܚܢܢ ܣܡ ܐܝܕܗ ܥܠ ܦܪܘܩܢ: ܘܩܒܠ ܪܘܚܐ ܕܠܐ ܒܡܫܘܚܬܐ. ܐܠܝܐ ܦܬܚ ܫܡܝܐ ܘܣܠܩ: ܘܝܘܚܢܢ ܚܙܐ ܠܫܡܝܐ ܟܕ ܦܬܝܚܝܢ ܘܪܘܚܗ ܕܐܠܗܐ ܕܢܚܬܐ ܘܫܪܝܐ ܠܘܬܗ ܥܠ ܦܪܘܩܢ. ܐܠܝܫܥ ܩܒܠ ܚܕ ܬܪܝܢ ܒܪܘܚܗ ܕܐܠܝܐ: ܘܦܪܘܩܢ ܩܒܠ ܕܝܘܚܢܢ ܘܩܒܠ ܕܫܡܝܐ. ܐܠܝܫܥ ܢܣܒ ܡܪܛܘܛܗ ܕܐܠܝܐ: ܘܦܪܘܩܢ ܣܡܟ ܐܝܕܐ ܕܟܗܢ̈ܐ. ܐܠܝܫܥ ܥܒܕ ܡܫܚܐ ܡܢ ܡܝ̈ܐ: ܘܦܪܘܩܢ ܥܒܕ ܚܡܪܐ ܡܢ ܡܝ̈ܐ. ܐܠܝܫܥ ܣܒܥ ܡܢ ܠܚܡܐ ܙܥܘܪܐ ܡܐܐ ܓܒܪܝܢ ܒܠܚܘܕ: ܘܦܪܘܩܢ ܣܒܥ ܡܢ ܠܚܡܐ ܙܥܘܪܐ ܚܡܫܐ ܐܠܦܝܢ ܓܒܪܝܢ ܣܛܪ ܡܢ

accepit in mensura, eademque mensura qua Eliae datus fuerat, ita et Iohannes Spiritum accepit. Sicut Elias in deserto morabatur, sic et Iohannes a Spiritu Dei ductus est, et in deserto, montibus atque speluncis habitavit. Eliam volucres pascebant; Iohannes alatas locustas edebat. Elias erat zona pellicea accinctus renibus, Iohannes pariter zona ex corio lumbos praecinctus. Eliam Iezabel persecuta est, et Herodias Iohannem. Elias Achab reprehendit; Iohannes Herodem redarguit. Elias divisit Iordanem, et Iohannes baptismum aperuit. Eliae spiritus duplex in Elisaeum requievit; Iohannes manum Salvatori imposuit, qui Spiritum absque mensura recepit. Elias caelum aperuit et ascendit; et Iohannes vidit caelos apertos et Spiritum Dei descendentem, ut super Salvatorem requiesceret. Elisaeus spiritum Eliae duplicem accepit; Salvator Spiritum a Iohanne, et iterum Spiritum de caelis accepit. Elisaeus accepit amictum Eliae; Salvator noster impositionem manuum sacerdotum. Elisaeus fecit oleum ex aqua; Salvator aquam in vinum convertit. Elisaeus exiguo pane satiavit centum dumtaxat viros; Salvator noster quinque millia virorum, praeter mulieres et pueros, paucis pani-

AB] — 1 A ܒܡܫܘܚܬܐ. — 3 A ܥܡܪ ܗܘܐ] ܐܝܬܘܗܝ. — 4 B ܕܐܠܗܐ] ܕܐܠܗ. — 7 A ܡܫܟܐ. — 18 A add. ܪܘܚ ܩܘܕܫܐ. — 19 A ܐܠܝܐ] ܕܐܠܝܐ.

bus saturavit. Elisaeus Naaman leprosum purgavit; Salvator decem [leprosos] mundavit. Elisaeus pueris maledixit, eosque ursi devoraverunt; Salvator noster pueris benedixit. Elisaeo pueri conviciati sunt; Salvatorem pueri laudaverunt dicentes: *Hosanna*[1]. Elisaeus Giezi discipulo suo maledixit. Salvator etiam discipulo suo Iudae maledixit; ceteris vero benedixit. Elisaeus mortuum unum suscitavit; tres mortuos Salvator ad vitam revocavit. Super ossa Elisaei mortuus revixit; cum Salvator ad mortuos descendit, multos vivificavit ac suscitavit. Plura autem signa Spiritus Christi operatus est, de quo prophetae acceperunt.

14. Idcirco, carissime, de Spiritu Christi nos etiam accepimus, et Christus in nobis habitat, sicuti scriptum est dixisse Spiritum hunc per os prophetae: *Habitabo in eis, et inambulabo inter illos*[2]. Praeparentus igitur templa nostra Spiritui Christi, neque ipsum contristemus, ne forte a nobis recedat. Mementote sermonis Apostoli admonentis vos: *Nolite contristare Spiritum Sanctum, in quo signati estis in diem redemptionis*[3]. A baptismo enim accipimus Spiritum Christi; et eadem hora qua Spiritum invocant sacerdotes, aperit caelum et descendit,

ܠܚܡܐ ܘܣܒܥܘ. ܐܠܝܫܥ ܕܟܝ ܠܢܥܡܢ ܓܪܒܐ: ܘܦܪܘܩܢ ܕܟܝ ܠܥܣܪܐ. ܐܠܝܫܥ ܠܛ ܠܛܠܝܐ ܘܐܟܠܘ ܐܢܘܢ ܕܒܐ: ܘܦܪܘܩܢ ܒܪܟ ܠܛܠܝܐ. ܠܐܠܝܫܥ ܨܚܝܘܗܝ ܛܠܝܐ: ܘܠܦܪܘܩܢ ܫܒܚܘܗܝ ܛܠܝܐ ܒܐܘܫܥܢܐ. ܐܠܝܫܥ ܠܛ ܠܓܚܙܝ ܬܠܡܝܕܗ: ܘܦܪܘܩܢ ܠܛ ܠܝܗܘܕܐ ܬܠܡܝܕܗ ܘܒܪܟ ܠܟܠܗܘܢ ܬܠܡܝܕܘܗܝ. ܐܠܝܫܥ ܐܚܝ ܚܕ ܡܝܬܐ ܒܚܝܘܗܝ: ܘܦܪܘܩܢ ܐܚܝ ܬܠܬܐ. ܐܠܝܫܥ ܥܠ ܓܪܡܘܗܝ ܚܝܐ ܚܕ ܡܝܬܐ: ܘܦܪܘܩܢ ܟܕ ܢܚܬ ܠܒܝܬ ܡܝܬܐ ܐܚܝ ܠܣܓܝܐܐ ܘܐܩܝܡ ܐܢܘܢ. ܘܣܓܝܐܢ ܐܬܘܬܐ ܐܚܪܢܝܬܐ ܕܥܒܕ ܪܘܚܗ ܕܡܫܝܚܐ ܕܢܒܝܐ ܡܢܗ ܢܣܒܘ܀

ܡܛܠܗܕܐ ܚܒܝܒܝ ܐܦ ܚܢܢ ܡܢ ܪܘܚܗ ܗܘ ܕܡܫܝܚܐ ܢܣܒܢ: ܘܡܫܝܚܐ ܥܡܪ ܒܢ ܐܝܟ ܕܟܬܝܒ ܕܐܡܪܗ ܗܢܐ ܪܘܚܐ ܒܦܘܡ ܢܒܝܐ: ܕܐܥܡܪ ܒܗܘܢ ܘܐܗܠܟ ܒܗܘܢ. ܡܟܝܠ ܢܛܝܒ ܗܝܟܠܝܢ ܠܪܘܚܗ ܕܡܫܝܚܐ: ܘܠܐ ܢܥܝܩ ܠܗ ܕܠܐ ܢܦܪܘܩ ܠܗ ܡܢܢ. ܐܬܕܟܪܘ ܠܡܠܬܗ ܕܡܙܗܪ ܠܟܘܢ ܫܠܝܚܐ: ܕܠܐ ܬܥܝܩܘܢ ܠܪܘܚܐ ܩܕܝܫܐ ܕܐܬܚܬܡܬܘܢ ܒܗ ܠܝܘܡܐ ܕܦܘܪܩܢܐ. ܡܢ ܡܥܡܘܕܝܬܐ ܓܝܪ ܡܩܒܠܝܢܢ ܪܘܚܗ ܕܡܫܝܚܐ. ܒܗ ܓܝܪ ܒܫܥܬܐ ܕܩܪܝܢ ܟܗܢܐ ܠܪܘܚܐ: ܦܬܚܐ

AB| — 3 B ܕܒܐ. — 7 A om. ܬܠܡܝܕܗ. — 9 A ܒܚܝܘܗܝ] ܒܚܝܬܗܘܢ. — 12 A ܐܚܝ. — 14 B ܢܣܒܘ. — 15 A ܚܒܝܒܝ. — Ib. ܐܦ] ܐܦ — 16 A om. ܗܘ. — 17 A ܗܢܐ] ܗܘ. — 18 A *per os Isaiae prophetae* ܒܦܘܡ ܐܫܥܝܐ ܢܒܝܐ — 20 A ܠܗ. — 21 A ܕܡܙܗܪ. — Ib. A om. ܠܟܘܢ.

[1] Matth. xxi, 15. — [2] Levit. xxvi, 12. — [3] Eph. iv, 30.

ܫܡܝܐ ܘܢܚܬܐ ܘܡܪܚܦܐ ܥܠ ܡܝܐ: ܘܠܒܫܝܢ ܠܗ ܐܝܠܝܢ ܕܡܥܡܕܝܢ. ܡܢ ܟܠ ܝܠܝܕܝ ܦܓܪܐ ܓܝܪ ܪܚܝܩܐ ܗܝ ܪܘܚܐ ܥܕܡܐ ܕܐܬܝܢ ܠܡܘܠܕܐ ܕܡܝܐ: ܘܗܝܕܝܢ ܡܩܒܠܝܢ ܪܘܚ ܩܘܕܫܐ. ܒܡܘܠܕܐ ܓܝܪ ܩܕܡܝܐ ܡܬܝܠܕܝܢ ܒܪܘܚܐ ܢܦܫܢܝܬܐ ܕܡܬܒܪܝܐ ܒܓܘܗ ܕܒܪ ܐܢܫܐ ܘܠܐ ܡܝܘܬܬܐ ܐܦ ܐܝܬܝܗ ܐܝܟ ܕܐܡܪ: ܕܗܘܐ ܐܕܡ ܠܢܦܫ ܚܝܐ. ܘܒܡܘܠܕܐ ܕܬܪܝܢ ܕܒܡܥܡܘܕܝܬܐ ܡܩܒܠܝܢ ܪܘܚܐ ܕܩܘܕܫܐ ܡܢ ܦܪܬܐ ܕܐܠܗܘܬܐ: ܘܠܐ ܗܘܐ ܡܝܘܬܬܐ ܐܦ ܐܝܬܝܗ. ܟܕ ܡܝܬܝܢ ܓܝܪ ܒܢܝܢܫܐ ܡܬܛܡܪܐ ܥܡ ܪܘܚܐ ܢܦܫܢܝܬܐ ܥܡ ܦܓܪܐ ܘܪܓܫܬܐ ܡܫܬܩܠܐ ܠܗ ܡܢܗ: ܘܪܘܚܐ ܫܡܝܢܝܬܐ ܕܡܩܒܠܝܢ ܐܙܠܐ ܠܗ ܠܟܝܢܗ ܠܘܬ ܡܫܝܚܐ. ܘܬܪܬܝܗܝܢ ܗܠܝܢ ܫܠܝܚܐ ܐܘܕܥ ܐܢܝܢ. ܐܡܪ ܓܝܪ: ܡܬܛܡܪ ܦܓܪܐ ܢܦܫܢܐܝܬ ܘܩܐܡ ܪܘܚܢܐܝܬ. ܪܘܚܐ ܬܘܒ ܠܘܬ ܡܫܝܚܐ ܐܙܠܐ ܠܟܝܢܗ: ܘܐܡܪ ܬܘܒ ܫܠܝܚܐ: ܕܐܡܬܝ ܕܢܦܩ ܡܢ ܦܓܪܐ ܠܘܬ ܡܪܢ ܢܗܘܐ. ܠܘܬ ܡܪܢ ܓܝܪ ܪܘܚܐ ܕܡܫܝܚܐ ܐܙܠܐ ܗܝ ܕܡܩܒܠܝܢ ܪܘܚܢܐ: ܘܪܘܚܐ ܢܦܫܢܝܬܐ ܡܬܛܡܪܐ ܠܗ ܒܟܝܢܗ ܘܪܓܫܬܐ ܡܫܬܩܠܐ ܡܢܗ. ܡܢ ܕܢܛܪ ܪܘܚܗ ܕܡܫܝܚܐ ܒܩܕܝܫܘܬܐ: ܡܐ ܕܐܙܠܐ ܠܘܬܗ

aquis incubat, eumque induunt qui baptizantur. Ab omnibus enim de corpore natis Spiritus abest, donec ad aquae regenerationem accedant; tunc accipiunt Spiritum Sanctum. In priore quidem generatione, nascuntur spiritu animali praediti, qui in homine creatur, nec morietur unquam, sicut scriptum est : *Factus est homo in animam viventem*[1]. At in altera, baptismi scilicet, regeneratione, Spiritum Sanctum ex ipsa Divinitate recipiunt immortalem. Cum ergo moriuntur homines, spiritus animalis absconditur cum corpore, quod sensu destituitur[2]; Spiritus autem caelestis quem acceperunt, ad naturam suam, ad Christum, redit. Porro utramque rem docet Apostolus dicens : *Sepelitur corpus animaliter, et resurgit spiritualiter*[3]. Et Spiritus ad Christum, ad naturam suam revertitur, Apostolo iterum aiente : *Quando peregrinati fuerimus a corpore, apud Dominum erimus*[4]. Nam ad Dominum revertitur Spiritus Christi, quem accipiunt spiritales; animalis autem spiritus in natura sua sepelitur, sensusque ab eo tollitur. Cum quis Spiritum Christi in puritate custodivit, quando

AB] — 3 A ܡܠܝܕܐ. — *Ib.* A om. ܓܝܪ. — 5 A ܪܘܚܐ ܕܩܘܕܫܐ. — 8 A ܗܘܐ. — *Ib.* A ܠܢܦܫ. — 9 A ܕܡܥܡܘܕܝܬܐ. — 10 A om. ܡܢ ܦܪܬܐ ܕܐܠܗܘܬܐ. — 11 A om. ܐܦ. — 13 A ܥܡ ܓܘܫܡܐ. Unde : *Spiritus animalis in corpore absconditur.* — 18 A ܪܘܚܐ. — 19 B ܠܟܝܢܗ. — 23 B ܡܬܛܡܪܐ. — *Ib.* A ܒܟܝܢܗ ܡܬܛܡܪ. — *Ib.* A om. ܠܗ.

[1] Gen. II, 7. I Cor. XV, 45. — [2] Vid. Praef. § 15 — [3] I Cor. XV, 44. — [4] II Cor. V, 8.

[Spiritus] ille Christi ad eum redit, ita eum alloquitur : Corpus ad quod veni et quod ab aquis baptismi indui, me in sanctitate servavit; et Spiritus Sanctus Christum urget ut suscitet corpus illud a quo in puritate conservatus est; Spiritus expostulat ut illi rursus coniungatur, et corpus illud cum laude resurgat. Ex homine autem qui Spiritum ex aqua receptum contristavit, egreditur Spiritus priusquam ille moriatur, atque ad naturam suam, ad Christum, vadens, hominem accusat a quo contristatus est. Cumque tempus advenerit consummationis finalis, appropinquante resurrectionis hora, Spiritus Sanctus qui in puritate fuerit servatus, virtutem magnam ex natura sua accipiens, Christum adibit, stabitque ad ostium sepulcrorum, ubi conditi fuerint homines qui eum in puritate servaverint, clamorem exspectans. Et statim ac caelorum portas angeli coram Rege aperuerint, cornu sonabit, mittentque tubae vocem; Spiritus exspectatum clangorem audiens sepulcra festinanter pandet, corpora et quod in eis sepultum est suscitabit, induetque ea quam secum adduxerit gloria; ipse [Spiritus] intra manet, ut corpus suscitetur, extra vero [manet] gloria, qua

ܕܡܫܝܚܐ ܗܟܢܐ ܐܡܪܐ ܠܗ: ܕܦܓܪܐ ܕܐܬܝܬ ܠܘܬܗ ܘܠܒܫܬܗ ܡܢ ܡܝܐ ܕܡܥܡܘܕܝܬܐ: ܒܩܕܝܫܘܬܐ ܢܛܪܢܝ. ܘܡܬܚܦܛ ܪܘܚܐ ܕܩܘܕܫܐ ܠܡܫܝܚܐ ܥܠ ܩܝܡܬܗ ܕܦܓܪܐ ܗܘ ܕܢܛܪܗ ܕܟܝܐܝܬ: ܘܒܥܐ ܗܘ ܪܘܚܐ ܕܢܬܠܘܐ ܬܘܒ ܠܘܬܗ ܕܢܩܘܡ ܗܘ ܦܓܪܐ ܒܫܘܒܚܐ. ܘܐܢܫܐ ܕܪܘܚܐ ܕܡܩܒܠ ܪܘܚܐ ܡܢ ܡܝܐ ܡܥܝܩ ܠܗ: ܢܦܩ ܠܗ ܡܢܗ ܥܕ ܠܐ ܢܡܘܬ ܘܐܙܠ ܠܗ ܠܟܝܢܗ ܠܘܬ ܡܫܝܚܐ ܘܡܩܛܪܓ ܠܗ ܥܠ ܗܘ ܒܪܢܫܐ ܕܐܥܝܩ ܠܗ. ܘܟܕ ܕܡܛܐ ܙܒܢܐ ܕܫܘܠܡ ܩܨܐ ܐܚܪܝܐ ܕܩܝܡܬܐ: ܡܩܪܒܐ ܪܘܚܐ ܕܩܘܕܫܐ ܕܐܬܢܛܪ ܒܕܟܝܘܬܐ ܢܣܒ ܚܝܠܐ ܪܒܐ ܡܢ ܟܝܢܗ: ܘܐܙܠ ܩܕܡܘܗܝ ܕܡܫܝܚܐ: ܘܩܐܡ ܥܠ ܬܪܥܐ ܕܒܝܬ ܩܒܘܪܐ ܐܬܪ ܕܩܒܝܪܝܢ ܒܢܝ ܐܢܫܐ ܕܢܛܪܘܗܝ ܒܕܟܝܘܬܐ: ܡܣܟܐ ܠܩܠܬܐ. ܘܟܕ ܕܦܬܚܝܢ ܬܪܥܐ ܕܫܡܝܐ ܩܕܡ ܡܠܟܐ ܥܝܪܐ ܩܪܢܐ ܩܪܐ ܘܫܝܦܘܪܐ ܡܙܡܪܝܢ: ܘܫܡܥܐ ܪܘܚܐ ܕܡܣܟܝܐ ܠܩܠܬܐ ܘܡܦܬܚܐ ܒܥܓܠ ܩܒܪܐ ܘܡܩܝܡܐ ܠܦܓܪܐ ܘܠܕܒܝܩ ܕܐܬܛܡܪ ܒܗܘܢ ܘܠܒܫܐ ܠܗ ܫܘܒܚܐ ܗܘ ܕܐܬܐ ܥܡܗ: ܗܘ ܗܘܐ ܡܢ ܠܓܘ ܠܡܩܝܡܘܬܗ ܕܦܓܪܐ ܘܫܘܒܚܐ ܡܢ ܠܒܪ ܠܬܨܒܝܬܗ ܕܦܓܪܐ: ܘܡܬܒܠܥܐ ܠܗ ܪܘܚܐ ܢܦܫܢܝܬܐ

AB! — 8 A ܕܡܩܒܠ. — 14 A add. ܘܐܬܐ ܡܠܐܟܐ — 15 A ܬܪܥܐ. — 18 A ܬܪܥܐ. — 19 A ܩܪܢܐ ܩܪܐ. — 22 A *corpora quae in terra sepulta fuerint* ܦܓܪܐ ܕܒܐܪܥܐ ܩܒܝܪܝܢ ܠܦܓܪܐ ܗܢܘܢ ... ܠܦܓܪܐ. — 23 B ܥܡܗ. 24 B om. ܕܦܓܪܐ ... ܘܫܘܒܚܐ.

ܒܪܘܚܐ ܫܡܝܢܝܬܐ ܘܗܘܐ ܟܠܗ ܦܓܪܗ ܪܘܚܢܐ ܕܪܘܚܐ ܟܕ ܩܢܝܐ ܠܗ: ܘܡܬܒܠܥ ܡܘܬܐ ܒܫܘܒܚܐ ܘܦܓܪܐ ܡܬܒܠܥ ܒܪܘܚܐ. ܘܦܪܚ ܠܗ ܡܢ ܪܘܚܐ ܗܘ ܒܪܢܫܐ ܠܐܘܪܥܗ ܕܡܠܟܐ ܘܡܩܒܠ ܠܗ ܒܚܕܘܬܐ ܘܡܩܒܠ ܡܫܝܚܐ ܛܝܒܘܬܗ ܕܦܓܪܐ ܕܢܛܪܗ ܠܪܘܚܗ ܕܟܝܐܝܬ܀

ܗܘ ܕܝܢ ܪܘܚܐ ܕܢܣܒܘܗܝ ܘܩܒܠܘܗ ܢܒܝܐ: ܘܚܢܢ ܐܦ ܢܣܒܢ. ܘܠܐ ܗܘܐ ܒܟܠ ܙܒܢ ܡܫܬܟܚ ܠܘܬ ܡܩܒܠܢܘܗܝ. ܐܠܐ ܙܒܢ ܐܙܠ ܠܘܬ ܡܫܕܪܢܗ ܘܙܒܢ ܐܬܐ ܠܘܬ ܡܩܒܠܢܗ. ܫܡܥ ܠܡܪܢ ܕܐܡܪ ܗܟܢܐ: ܕܠܐ ܬܒܣܘܢ ܚܕ ܡܢ ܗܠܝܢ ܙܥܘܪܐ ܕܡܗܝܡܢܝܢ ܒܝ: ܕܡܠܐܟܝܗܘܢ ܒܫܡܝܐ ܒܟܠܙܒܢ ܚܙܝܢ ܦܪܨܘܦܗ ܕܐܒܝ. ܗܢܐ ܕܝܢ ܪܘܚܐ ܐܙܠ ܒܟܠܙܒܢ ܘܩܐܡ ܩܕܡ ܐܠܗܐ ܘܚܙܐ ܦܪܨܘܦܗ: ܘܡܢ ܕܡܚܒܠ ܠܗܝܟܠܐ ܕܥܡܪ ܒܗ ܡܩܛܪܓ ܠܗ ܩܕܡ ܐܠܗܐ܀

ܘܐܢܐ ܡܚܘܐ ܐܢܐ ܠܟ ܡܢ ܕܟܬܝܒ: ܕܪܘܚܐ ܠܐ ܗܘܐ ܒܟܠ ܙܒܢ ܡܫܬܟܚ ܠܘܬ ܡܩܒܠܢܘܗܝ. ܗܟܢܐ ܓܝܪ ܟܬܝܒ: ܕܥܒܪܬ ܥܒܪܐ ܡܢܗ ܪܘܚܐ ܕܩܘܕܫܐ ܕܩܒܠ ܟܕ ܐܬܡܫܚ ܡܛܠ ܕܐܟܝܒ ܠܗ: ܘܫܕܪ ܠܗ ܐܠܗܐ ܚܠܦܘܗܝ ܪܘܚܐ ܡܕܘܕܢܝܬܐ: ܘܟܕ ܡܬܠܐܒ ܗܘܐ ܡܢ ܪܘܚܐ ܒܝܫܬܐ ܢܩܫ ܗܘܐ ܕܘܝܕ ܒܟܢܪܐ: ܘܐܬܐ ܗܘܐ ܪܘܚܐ ܕܩܘܕܫܐ

corpus ornetur. Spiritus animalis a Spiritu caelesti absorbebitur, eoque corpus possidente, totus homo spiritalis fiet. Mors absorbebitur a gloria, et corpus a Spiritu; et ille homo a Spiritu raptus, in occursum Regis evolabit, eumque cum gaudio excipiet. Christus autem corpori qui Spiritum suum in puritate servaverit benignum se ostendet.

15. Hic vero Spiritus quem prophetae acceperunt, nosque pariter [accepimus], non omni tempore apud eos quibus datus est reperitur; sed modo ad illum vadit qui misit eum, modo ad eum qui ipsum accepit revertitur. Audi quid Dominus dicat : *Nolite contemnere unum de pusillis istis qui in me credunt, quia angeli eorum in caelis semper vident faciem Patris mei*[1]. Hic igitur Spiritus continenter vadit et stat ante Deum, faciem eius intuetur, atque eum qui templo a se inhabitato noxam infert, ante Deum accusat.

16. Tibi autem e Scripturis ostendere volo Spiritum non continuo in iis qui eum receperunt inveniri. Sic enim est scriptum : *Recessit a Saule Spiritus Domini*[2], quem cum ungeretur acceperat, quia illum contristavit; immisit autem ei Deus pro illo spiritum exagitantem; cumque a spiritu malo vexabatur, pulsabat citharam David, et Spiritus Sanctus

AB] 7 B ܘܢܛܪܗ. — 8 A ܪܘܚܐ ܣܒܣܒ. — 9 A ܗܘܐ. — 12 ܡܩܒܠܢܘܗܝ. — 13 A add. ܠܟ ܕܠܐ.

[1] Matth. XVIII, 10. — [2] I Sam. XVI, 14 seqq.

redibat, ille quem et David, quando unctus est recepit; et ante eum fugiebat spiritus malus, qui Saulem exagitabat. Sed neque apud David continuo reperiebatur Spiritus Sanctus quem receperat. Quando citharam pulsabat, tunc ille adveniebat. Si enim iugiter in eo fuisset, non sivisset eum in uxore Uriae peccare. Cumque pro peccatis suis deprecaretur, et iniquitates suas coram Deo confiteretur, sic aiebat : *Spiritum Sanctum tuum ne auferas a me*[1]. De Elisaeo quoque ita est scriptum : *Dum citharam pulsabat, tunc advenit ei spiritus, et prophetavit dicens : Haec dicit Dominus : Non videbitis spiritum neque pluviam, et in alveo isto fient foveae multae*[2]. Rursus quando ad eum accessit mulier Sunamitis propter filium suum mortuum, ille ad eam dixit : *Dominus celavit me et non indicavit mihi*[3]. At quando eum misit rex Israel ut eum interficeret, indicavit ei Spiritus, antequam perveniret ad eum nuntius, et ait : *Ecce filius hic iniquitatis misit ad tollendum caput meum*[4]. Iterum praemonuit eum de abundantia quae Samariae postridie contigit. Tandem Spiritus indicavit ei Giezi argentum furatum esse et abscondisse.

17. Quamobrem, amice mi, cum Spiritus Sanctus ab homine qui recepit eum

ܕܩܒܠܗ ܕܘܝܕ ܟܕ ܐܬܡܫܚ: ܘܥܪܩܐ ܗܘܬ ܡܢ ܩܕܡܘܗܝ ܪܘܚܐ ܒܝܫܬܐ ܕܡܕܠܚܐ ܗܘܬ ܠܫܐܘܠ. ܘܠܐ ܡܫܬܟܚܐ ܗܘܬ ܪܘܚܐ ܕܩܘܕܫܐ ܕܩܒܠ ܕܘܝܕ ܥܡܗ ܒܟܠܙܒܢ ܟܕ ܡܐ ܕܢܩܫ ܗܘܐ ܒܟܢܪܐ. ܘܡܬܝܐ ܐܬܝܐ ܗܘܬ. ܡܛܠ ܕܐܠܘ ܒܟܠܙܒܢ ܥܡܗ ܐܝܬܝܗ ܗܘܬ ܠܐ ܫܒܩܐ ܗܘܬ ܠܗ ܕܢܚܛܐ ܒܐܢܬܬܗ ܕܐܘܪܝܐ. ܟܕ ܡܨܠܐ ܗܘܐ ܚܠܦ ܚܛܗܘܗܝ ܘܡܘܕܐ ܗܘܐ ܥܘܠܘܗܝ ܩܕܡ ܐܠܗܐ ܗܟܢܐ ܐܡܪ ܗܘܐ: ܕܪܘܚܐ ܕܩܘܕܫܟ ܠܐ ܬܫܩܘܠ ܡܢܝ. ܘܐܦ ܐܠܝܫܥ ܗܟܢܐ ܟܬܝܒ ܥܠܘܗܝ: ܕܟܕ ܕܢܩܫ ܒܟܢܪܗ ܘܡܬܝܐ ܐܬܬ ܠܘܬܗ ܪܘܚܐ ܘܐܬܢܒܝ ܘܐܡܪ: ܗܟܢܐ ܐܡܪ ܡܪܝܐ: ܕܠܐ ܬܚܙܘܢ ܪܘܚܐ ܘܠܐ ܡܛܪܐ ܘܢܚܠܐ ܗܢܐ ܢܬܡܠܐ ܓܘܒܐ ܓܘܒܐ. ܘܐܦ ܟܕ ܐܬܬ ܠܘܬܗ ܫܝܢܡܝܬܐ ܡܛܠ ܒܪܗ ܕܡܝܬ ܗܟܢܐ ܐܡܪ ܠܗ: ܕܡܪܝܐ ܟܣܝ ܡܢܝ ܘܠܐ ܐܘܕܥܢܝ. ܘܟܕ ܫܕܪ ܠܘܬܗ ܡܠܟܐ ܕܐܝܣܪܝܠ ܐܝܟ ܕܢܩܛܠܝܘܗܝ ܐܘܕܥܗ ܪܘܚܐ ܥܕ ܠܐ ܢܐܬܐ ܐܝܙܓܕܐ ܠܘܬܗ ܘܐܡܪ: ܕܗܐ ܫܕܪ ܒܪ ܩܛܘܠܐ ܗܢܐ ܠܡܫܩܠ ܪܫܝ. ܘܐܘܕܥ ܬܘܒ ܥܠ ܣܒܥܐ ܕܗܘܐ ܒܫܡܪܝܢ ܠܡܚܪ ܕܝܘܡܐ. ܬܘܒ ܕܝܢ ܐܘܕܥܗ ܪܘܚܐ ܥܠ ܓܚܙܝ ܕܓܢܒ ܟܣܦܐ ܘܛܫܝ܀

ܡܛܠ ܗܢܐ ܚܒܝܒܝ ܐܡܬܝ ܕܪܘܚܐ ܕܩܘܕܫܐ ܡܬܪܚܩܐ ܡܢ ܒܪ ܐܢܫܐ ܡܩܒܠܢܗ

AB — 2 B ܩܕܡܘܗܝ. — 9 10 A om. ܗܘܐ. — 12 B ܒܟܢܪܗ sic. — 15 A ܐܬܬ ܠܘܬܗ ܫܝܢܡܝܬܐ. — 19 A *ut eum interficerent* ܕܢܩܛܠܘܢܗ. — 21 A om. ܕܗܐ. — *Ib.* A add. ܡܢܝ [ܪܫܝ. — 23 A ܠܡܚܪܬܗ. — *Ib.* A ܘܬܘܒ. — *Ib.* A om. ܕܝܢ.

[1] Ps. LI, 13. — [2] IV Reg. III, 15-17. — [3] *Ib.* IV, 27. — [4] *Ib.* VI, 32.

ܥܕ ܐܙܠ ܘܐܬܐ ܠܘܬܗ. ܘܡܛܝܒ ܗܘ ܡܩܪܒ ܣܛܢܐ ܥܡ ܗܘ ܒܪܢܫܐ ܐܝܟܢܐ ܕܢܥܪܩܝܘܗܝ ܘܢܦܪܘܩ ܠܗ ܠܓܡܪ ܡܢܗ ܪܘܚܐ ܕܩܘܕܫܐ. ܡܛܠ ܕܟܡܐ ܕܪܘܚܐ ܥܡܗ ܗܝ ܥܡ ܒܪܢܫܐ ܕܚܠ ܣܛܢܐ ܠܡܬܩܪܒܘ ܠܘܬܗ. ܚܙܝ ܚܒܝܒܝ ܕܐܦ ܡܪܢ ܕܡܢܗ ܡܢ ܪܘܚܐ ܐܬܝܠܕ ܠܐ ܐܬܢܤܝ ܡܢ ܣܛܢܐ ܥܕܡܐ ܕܩܒܠ ܪܘܚܐ ܒܡܥܡܘܕܝܬܐ ܡܢ ܪܘܡܐ: ܘܗܝܕܝܢ ܐܦܩܗ ܪܘܚܐ ܕܢܬܢܤܐ ܡܢ ܣܛܢܐ. ܗܟܢܐ ܕܝܢ ܦܘܪܫܐ ܐܝܬ ܠܗ ܠܒܪܢܫܐ ܕܒܗ ܒܫܥܬܐ ܕܡܪܓܫ ܒܢܦܫܗ ܕܒܪܘܚܐ ܠܐ ܪܬܚ ܘܠܒܗ ܢܦܠ ܠܗ ܒܡܪܢܝܬܐ ܕܥܠܡܐ ܗܢܐ: ܢܕܥ ܕܪܘܚܐ ܠܝܬ ܠܘܬܗ ܢܩܘܡ ܢܨܠܐ ܘܢܥܝܪ. ܕܬܐܬܐ ܠܘܬܗ ܪܘܚܐ ܕܐܠܗܐ ܕܠܐ ܢܙܕܟܐ ܡܢ ܒܥܠܕܒܒܐ. ܓܢܒܐ ܕܝܢ ܠܐ ܦܠܫ ܒܝܬܐ ܒܥܠܐ ܕܚܙܐ ܕܡܪܗ ܡܫܢܐ ܡܢܗ. ܗܟܢܐ ܐܦ ܣܛܢܐ ܠܐ ܡܫܟܚ ܠܡܬܩܪܒ ܠܗܢܐ ܒܝܬܐ ܕܗܘ ܦܓܪܢ ܒܥܠܐ ܕܪܘܚܐ ܕܡܫܝܚܐ ܡܫܢܐ ܡܢܗ. ܘܕܥ ܕܝܢ ܚܒܝܒܝ ܕܠܐ ܗܘܐ ܡܫܟܚ ܝܕܥ ܓܢܒܐ ܐܢ ܡܪܗ ܕܒܝܬܐ ܒܓܘܗ ܗܘ ܐܘ ܠܐ ܐܠܐ ܡܢ ܩܕܡ ܕܢܨܬ ܡܨܝܬ ܘܚܙܐ: ܐܢ ܫܡܥ ܩܠܗ ܕܡܪܗ ܕܒܝܬܐ ܕܒܓܘܗ ܗܘ ܘܐܡܪ: ܕܐܘܪܚܐ ܐܝܬ ܠܝ ܠܡܐܙܠ. ܘܡܐ ܕܒܥܐ ܚܙܐ ܕܢܦܩ ܠܗ ܡܪܗ ܕܒܝܬܐ ܠܡܥܒܕ ܨܒܘܬܗ ܘܡܛܝ ܐܬܐ ܓܢܒܐ ܘܦܠܫ ܠܗ

discedit, Satanas, quoadusque revertatur [Spiritus], cum homine congreditur, ut eum deiiciat, et Spiritus Sanctus ab eo prorsus discedat; nam quamdiu Spiritus cum homine est, formidat Satanas ei appropinquare. Animadverte autem, carissime, Dominum, qui de illo Spiritu natus est, non fuisse tentatum priusquam Spiritum in baptismate recepisset ab alto; tum demum dimisit eum Spiritus ut a Satana tentaretur. Ita porro se habet in homine : ipsa hora qua animo deprehendet se Spiritu non flagrare, cor suum vero ad cogitationes mundi huius decidere, noverit se Spiritum non habere. Surgat igitur, oret, vigiletque, ut Dei Spiritus ad se redeat, ne ab inimico superetur. Non enim fur perfodit domum antequam dominum eius recessisse animadverterit. Sic et Satanas ad domum illam, quae est corpus nostrum, accedere nequit, donec ab ea Spiritus Christi se subduxerit. Scito autem, carissime, furem nullo modo cognoscere posse utrum domui insit herus annon, nisi prius aurem admoverit, aut intuitus fuerit. Si vocem domini domus intus audierit, utique dicet : Via mihi patet ad discedendum. Cum autem exquisivit perspexitque dominum domus, rei agendae causa, foras exiisse, tum advenit, do-

AB] — 3 A ܠܓܡܪ ܡܢܗ. — 7 B ܕܡܢܗ. — 9 B ܒܡܥܡܘܕܝܬܐ. — 13 A ܒܡܪܢܝܬܗ. — 14 A ܢܩܘܡ. — 23 A ܡܨܝܬ. — 27 B ܘܡܛܝ. — *Ib.* B ܠܗ.

mum perfodit, et furatur. Si vero audierit herum domesticos suos monentem, iussumque indicentem ut expergiscantur et domum custodiant, eisque aientem : Domi sum et ego; pertimescit latro et aufugit, ne arripiatur et comprehendatur. Ita porro Satanas. Haudquaquam praenoscit nec praevidet tempus quo, discedente Spiritu, poterit ipse, ut spoliet hominem, advenire; verumtamen attendit et ille, observat, proceditque; et si ab homine in quo Christus habitat, verba turpia, aut iram, aut rixam iurgiumve deprehenderit, compertum habebit Satanas Christum cum isto non habitare; ingredietur ergo, et suam in eo perficiet voluntatem. Christus namque apud mansuetos et humiles manet ac commoratur, in iis qui tremunt ad sermones eius, iuxta prophetae verbum : *Ad quem respiciam, et apud quem habitabo, nisi apud quietos et humiles, qui tremunt sermones meos*[1]? Et Dominus dicit : *Qui observat praecepta mea, et caritatem meam custodit, ad eum veniemus et mansionem apud eum faciemus*[2]. Quod si hominem animadverterit vigilantem atque orantem, et legem Domini sui meditantem die ac nocte, a tali homine discedet, sciens Christum esse cum eo. Sed dices :

ܠܒܝܬܐ ܘܓܢܒ. ܘܐܢ ܕܝܢ ܫܡܥ ܩܠܗ ܕܡܪܗ ܕܒܝܬܐ ܕܡܙܗܪ ܘܡܦܩܕ ܠܒܢܝ ܒܝܬܗ ܕܢܬܬܥܝܪܘܢ ܘܢܛܪܘܢ ܠܒܝܬܗ ܘܐܡܪ ܠܗܘܢ: ܕܐܦ ܐܢܐ ܒܓܘܗ ܐܢܐ ܕܒܝܬܐ: ܩܕܝܡ ܕܚܠ ܓܢܒܐ ܡܢܗ ܕܠܐ ܢܬܐܚܕ ܘܢܬܕܪܟ ܒܗ. ܘܗܟܢܐ ܐܦ ܣܛܢܐ ܠܐ ܗܘܐ ܐܫܬܟܠܐ ܡܩܕܡܚܙܝܬܐ ܐܝܬ ܠܗ ܕܢܕܥ ܘܢܚܙܐ ܐܝܡܬܝ ܡܬܦܢܝܐ ܪܘܚܐ ܘܐܬܐ ܠܡܣܠܒܘܬܗ ܠܒܪܢܫܐ: ܐܠܐ ܐܦ ܗܘ ܡܣܟܐ ܘܢܛܪ ܘܐܙܠ. ܐܢ ܕܝܢ ܫܡܥ ܡܢ ܒܪ ܐܢܫܐ ܕܥܡܪ ܒܗ ܡܫܝܚܐ ܕܐܡܪ ܡܠܐ ܫܢܝܬܐ ܐܘ ܡܬܚܡܬ ܘܢܐܙ ܐܘ ܡܬܟܬܫ: ܩܕܝܡ ܗܘ ܝܕܥ ܣܛܢܐ ܕܡܫܝܚܐ ܠܝܬ ܥܡܗ ܘܐܬܐ ܘܥܒܕ ܒܗ ܨܒܝܢܗ: ܡܛܠ ܕܡܫܝܚܐ ܒܡܟܝܟܐ ܘܡܬܘܡܟܐ ܥܡܪ ܘܫܪܐ ܒܐܝܠܝܢ ܕܙܝܥܝܢ ܡܢ ܡܠܘܗܝ ܐܝܟ ܕܐܡܪ ܢܒܝܐ: ܕܥܠ ܡܢܘ ܐܚܘܪ: ܐܠܐ ܐܢ ܒܡܟܝܟܐ ܘܡܬܘܡܟܐ ܕܙܝܥܝܢ ܡܢ ܡܠܝ܀ ܘܡܪܢ ܐܡܪ: ܕܡܢ ܕܢܛܪ ܒܦܘܩܕܢܝ ܘܢܛܪ ܚܘܒܝ ܠܘܬܗ ܐܬܝܢ ܐܢܚܢ ܘܐܘܢܐ ܠܘܬܗ ܥܒܕܝܢܢ. ܘܐܢ ܕܝܢ ܫܡܥ ܡܢ ܒܪ ܐܢܫܐ ܕܡܬܥܝܪ ܘܡܨܠܐ ܘܡܬܗܓܐ ܒܢܡܘܣܐ ܕܡܪܗ ܐܝܡܡܐ ܘܠܠܝܐ: ܩܕܝܡ ܥܪܩ ܠܗ ܡܢܗ ܕܝܕܥ ܕܡܫܝܚܐ ܥܡܗ ܗܘ. ܘܐܢ ܕܝܢ ܬܐܡܪ: ܕܟܠ ܐܝܟܘܬ ܣܛܢܐ܀ ܗܘܐ ܥܡ

AB' — 5 A ܘܕܚܠ ܓܢܒܐ ܡܢܗ ܩܕܡܘܗܝ. — 7 A ܐܬܒܠܐ. — 8 A ܘܐܬܐܠܗ. — 9 A ܡܪܟܢ. — 12 B ܡܬܟܬܫ. — 13 A om. ܠܗ. — 21 A ܚܘܒ. — 22 A ܒܪܢ. — 23 A ܘܡܬܗܓܐ.

[1] Is. LXVI, 2. — [2] Ioh. XIV, 23.

ܦܢܝܬܐ ܡܬܦܪܫ. ܫܡܥ ܕܝܢ ܘܐܬܛܦܣ
ܡܢ ܗܕܐ ܕܡܢ ܠܥܠ ܐܚܘܝܬܟ ܥܠ
ܡܫܝܚܐ ܕܟܠܗ ܡܬܦܠܓ ܒܦܢܝܬܐ ܘܗܘ
ܗܕܐ ܠܐ ܚܣܪ. ܒܝܬܐ ܓܝܪ ܕܡܢ ܟܘܬܗ
ܩܠܝܠ ܫܡܫܐ ܥܐܠ ܒܗ ܟܠܗ ܢܗܪ:
ܘܒܪܢܫܐ ܕܩܠܝܠ ܡܢ ܣܛܢܐ ܥܐܠ ܒܗ
ܟܠܗ ܚܫܟ ܠܗ. ܫܡܥ ܠܫܠܝܚܐ ܕܐܡܪ
ܗܟܢܐ: ܕܐܢ ܣܛܢܐ ܡܬܕܡܐ ܒܡܠܐܟܐ
ܕܢܘܗܪܐ: ܠܐ ܗܘܬ ܪܒܐ ܕܒܗܬܐ ܐܢ ܐܦ
ܡܫܡܫܢܘܗܝ ܡܫܬܚܠܦܝܢ ܒܡܫܡܫܢܐ
ܕܟܐܢܘܬܐ. ܘܡܪܢ ܬܘܒ ܐܡܪ ܠܬܠܡܝܕܘܗܝ
ܕܗܐ ܝܗܒܬ ܠܟܘܢ ܫܘܠܛܢܐ ܕܬܕܘܫܘܢ
ܚܝܠܗ ܕܒܥܠܕܒܒܐ. ܘܐܘܕܥܘ ܟܬܒܐ
ܕܚܝܠܐ ܐܝܬ ܠܗ ܘܐܦ ܡܫܡܫܢܐ. ܘܐܦ
ܐܝܘܒ ܐܡܪ ܥܠܘܗܝ: ܕܥܒܕܗ ܐܠܗܐ
ܠܡܥܒܕ ܩܪܒܗ. ܗܠܝܢ ܗܟܝܠ
ܡܫܡܫܢܐ ܕܐܝܬ ܠܗ: ܡܫܕܪ ܠܗ ܒܥܠܡܐ
ܠܡܥܒܕ ܩܪܒܐ. ܒܪܡ ܕܥ ܕܓܠܝܐܝܬ
ܠܐ ܡܬܟܬܫ ܡܛܠ ܕܗܘܬ ܥܠܘܗܝ
ܫܘܠܛܢܐ ܡܢ ܙܒܢܐ ܕܡܐܬܝܬܗ ܕܡܚܝܢܢ:
ܡܚܛܦ ܗܘ ܕܝܢ ܚܛܦ ܘܡܓܢܒ ܓܢܒ܀

ܐܚܘܝܟ ܕܝܢ ܚܒܝܒܝ ܥܠ ܗܝ
ܡܠܬܐ ܕܐܡܪ ܫܠܝܚܐ ܕܡܬܬܩܠܝܢ ܒܗ
ܬܠܡܝܕܘܬܐ ܡܐܢܘܗܝ ܕܒܝܫܐ ܘܬܠܡܝܕܘܬܐ
ܕܛܥܝܐ. ܐܡܪ ܓܝܪ ܫܠܝܚܐ: ܕܐܝܬ ܦܓܪܐ
ܕܢܦܫ ܘܐܝܬ ܦܓܪܐ ܕܪܘܚ. ܗܟܢܐ ܟܬܝܒ

Quotuplex est Satanas? nam ecce cum pluribus congreditur. Audi et edocere iisdem verbis quibus superius Christum tibi ostendi in pluribus dispertitum, quamvis nullo modo imminuatur. Domus enim per cuius fenestram modicus intrat solis radius, tota illustratur; et homo pariter ad quem aliquid Satanae ingreditur, totus obtenebrescit. Audi Apostolum dicentem : *Si Satanas transfigurat se in angelum lucis, non magnum est si ministri eius transfigurentur velut ministri iustitiae*[1]. Et rursus apostolis suis Dominus ait : *Ecce dedi vobis potestatem conculcandi exercitum inimici*[2]. Nam Scripturae istum ostendunt exercitum et ministros habere; et Iob de eo dixit : *Deus fecit eum ut gereret bellum suum*[3]. Quos igitur habet ministros in mundum mittit, ut bellum gerant. Verumtamen noveris eum non in apertum pugnare, quia facta est [a Deo] potestas super eum ab adventu Vivificatoris nostri; tantummodo diripit atque furatur.

18. Tibi autem exponere volo, carissime, sermonem illum Apostoli, quo scandalizantur disciplinae, quae sunt instrumenta maligni, et doctrinae fallaces. Ait enim Apostolus : *Est corpus animale, et est corpus spiritale, sicut scrip-*

AB] — 4 A ܒܝܬܐ. — 8 A ܒܡܠܐܟܐ. — 13 A ܘܐܘܕܥܘ ܟܬܒܐ. — 16 A ܩܪܒܐ. — 17 A ܠܗ ܒܥܠܡܐ — 18 A add. ܕܝܢ ܩܪܒܐ. — 23 B ܒܗ. — 26 A ܐܝܟܢܐ.

[1] II Cor. xi, 14. 15. — [2] Luc. x, 19. — [3] Iob. xl, 14.

tum est : Factus est primus Adam in anima viventi, alter Adam spiritus vivificans[1]. Porro adserunt haeretici duos Adam futuros esse; sed [Apostolus] ait : *Sicut induimus imaginem Adam terreni, ita et imaginem illius Adae caelestis induemus*[2]. Adam enim terrenus ille est qui peccavit; Adam vero caelestis, est Vivificator noster et Dominus Iesus Christus. Qui igitur Spiritum Christi receperint, similitudinem habebunt Adae caelestis, qui est Vivificator Dominus noster Iesus Christus; quod enim animale est absorbetur a spiritali, ut supra tibi scripsi. Homo autem qui Christi Spiritum contristat, in resurrectione animalis erit, quoniam Spiritum caelestem secum non habebit, quo absorbeatur animale; verum postquam resurrexerit, in natura sua manebit, Spiritu non indutus[3]. Eo quod Spiritum Christi exuerit, ipse in summa inopia derelinquetur. Qui autem Spiritum honoraverit et cum puritate in se custodierit, eum in die illa Spiritus Sanctus proteget, fietque homo totus spiritualis, nec nudus invenietur, quemadmodum Apostolus ait : *Atque utinam cum vestiti fuerimus, non nudi inveniamur*[4]. Rursus dicit : *Omnes dormiemus, sed in resurrectione non*

ܟܬܝܒ: ܕܗܘܐ ܐܕܡ ܩܕܡܝܐ ܒܢܦܫ ܚܝܐ: ܘܐܚܪܝܢ ܐܕܡ ܪܘܚܐ ܡܚܝܢܝܬܐ. ܘܐܡܪܝܢ ܕܬܪܝܢ ܐܕܡ ܗܘܝܢ: ܘܐܡܪ: ܕܐܝܟ ܕܠܒܫܢ ܨܘܪܬܐ ܕܗܘ ܐܕܡ ܕܡܢ ܐܪܥܐ ܗܟܢܐ ܢܠܒܫ ܨܘܪܬܐ ܕܗܘ ܐܕܡ ܕܡܢ ܫܡܝܐ. ܐܕܡ ܓܝܪ ܕܡܢ ܐܪܥܐ ܗܘ ܗܘ ܕܚܛܐ: ܘܐܕܡ ܕܡܢ ܫܡܝܐ ܐܝܬܘܗܝ ܡܚܝܢܢ ܡܪܢ ܝܫܘܥ ܡܫܝܚܐ. ܐܝܠܝܢ ܗܟܝܠ ܕܡܩܒܠܝܢ ܪܘܚܐ ܕܡܫܝܚܐ ܗܘܝܢ ܒܕܡܘܬܐ ܐܕܡ ܫܡܝܢܝܐ ܕܐܝܬܘܗܝ ܡܚܝܢܢ ܡܪܢ ܝܫܘܥ ܡܫܝܚܐ: ܡܛܠ ܕܡܬܒܠܥܐ ܠܗ ܢܦܫܢܝܘܬܐ ܒܪܘܚܢܝܘܬܐ ܐܝܟ ܕܡܢ ܠܥܠ ܟܬܒܬ ܠܟ. ܘܒܪ ܐܢܫܐ ܕܠܪܘܚܗ ܕܡܫܝܚܐ ܡܟܐܒ: ܗܘܐ ܠܗ ܒܩܝܡܬܗ ܒܢܦܫ ܡܛܠ ܕܪܘܚܐ ܫܡܝܢܝܬܐ ܠܐ ܐܝܬܘܗܝ ܠܘܬܗ ܕܬܬܒܠܥ ܒܗ ܢܦܫܢܝܘܬܐ. ܐܠܐ ܡܐ ܕܩܡ ܩܐܡ ܠܗ ܒܟܝܢܗ ܟܕ ܥܪܛܠ ܡܢ ܪܘܚܐ ܡܛܠ ܕܫܠܚ ܠܪܘܚܗ ܕܡܫܝܚܐ ܡܫܬܒܩ ܠܡܣܟܢܘܬܐ ܪܒܐ. ܘܐܝܢܐ ܕܡܝܩܪ ܠܪܘܚܐ ܘܡܢܛܪ ܠܗ ܒܕܟܝܘܬܐ: ܒܗܘ ܝܘܡܐ ܡܛܠܠܐ ܠܗ ܪܘܚܐ ܕܩܘܕܫܐ ܘܗܘܐ ܠܗ ܟܠܗ ܪܘܚܢܝ ܘܠܐ ܡܫܬܟܚ ܥܪܛܠܝܐ ܐܝܟ ܕܐܡܪ ܗܘ ܫܠܝܚܐ: ܕܐܦ ܟܕ ܡܐ ܕܠܒܫܝܢ ܠܐ ܢܫܬܟܚ ܥܪܛܠܝܐ. ܘܬܘܒ ܐܡܪ: ܕܟܠܢ ܢܕܡܟ ܐܠܐ ܒܩܝܡܬܐ ܠܐ ܟܠܢ ܢܬܚܠܦ. ܘܬܘܒ ܐܡܪ: ܕܟܕ ܗܘ ܗܢܐ

AB¹ — 10 A om. ܡܚܝܢܢ. — 11 B ܠܗܘ. — 14 A ܒܩܝܡܬܐ. — 16 A ܠܗ] ܒܗ. — Ib. A add. ܡܚܝܐ [ܐܠܐ. — 17 A ܥܪܛܠܝܐ. — 24 B ܕܠܒܫܝܢ] ܕܠܒܫܢ. — 26 A ܬܘܒ.

[1] I Cor. xv, 44, 45. — [2] Ib. xv, 49. — [3] Ad verbum *nudus*. — [4] II Cor. v, 3.

ܕܡܝܘܬܐ ܕܢܠܒܫ ܠܐ ܡܝܘܬܐ ܗܢܐ ܘܕܡܬܚܒܠ ܠܐ ܡܬܚܒܠܘܬܐ: ܘܡܐ ܕܠܒܫ ܕܝܢ ܗܢܐ ܕܡܝܘܬܐ ܠܐ ܡܝܘܬܐ ܘܗܢܐ ܕܡܬܚܒܠ ܠܐ ܡܬܚܒܠܘܬܐ ܗܝܕܝܢ ܡܫܬܠܡܐ ܡܠܬܐ ܗܝ ܕܟܬܝܒܐ: ܕܐܬܒܠܥ ܡܘܬܐ ܒܙܟܘܬܐ. ܬܘܒ ܐܡܪ: ܕܫܠܝܐܝܬ ܐܝܟ ܪܦܦ ܥܝܢܐ ܢܩܘܡܘܢ ܡܝܬܐ ܕܠܐ ܡܬܚܒܠܝܢ ܘܚܢܢ ܢܬܚܠܦ. ܘܗܠܝܢ ܐܝܠܝܢ ܕܡܬܚܠܦܝܢ ܠܗܘܢ ܗܘܘ ܠܒܫܝܢ ܨܘܪܬܐ ܕܗܘ ܐܕܡ ܫܡܝܢܐ ܘܗܘܝܢ ܪܘܚܢܝܐ: ܘܐܝܠܝܢ ܕܠܐ ܡܬܚܠܦܝܢ ܡܩܘܝܢ ܠܗܘܢ ܒܢܦܫܢܝܘܬܐ ܟܝܢܐ ܒܪܝܬܗ ܕܐܕܡ ܕܡܢ ܥܦܪܐ: ܘܡܩܘܝܢ ܒܟܝܢܗܘܢ ܒܐܪܥܐ ܬܚܬܝܬܐ: ܘܗܘܝܢ ܡܬܚܛܦܝܢ ܫܡܝܢܐ ܠܫܡܝܐ ܘܡܦܪܢܐ ܠܗܘܢ ܪܘܚܐ ܕܠܒܫܘ ܘܝܪܬܝܢ ܡܠܟܘܬܐ ܕܡܛܝܒܐ ܗܘܬ ܠܗܘܢ ܡܢ ܒܪܫܝܬ: ܘܢܦܫܢܝܐ ܡܬܟܠܢܝܢ ܒܗ ܐܪܥܐ ܒܝܩܝܪܘܬܐ ܕܦܓܪܝܗܘܢ ܘܗܦܟܝܢ ܠܗܘܢ ܠܫܝܘܠ ܐܝܟܐ ܕܗܘܐ ܒܟܝܐ ܘܚܘܪܩ ܫܢܐ܀

ܗܠܝܢ ܟܬܒܬ ܚܒܝܒܐ ܠܟ ܘܐܦ ܠܝ ܡܥܗܕܢܐ. ܡܛܠ ܗܕܐ ܪܚܡ ܒܬܘܠܘܬܐ ܡܢܬܐ ܫܡܝܢܝܬܐ ܫܘܬܦܘܬܐ ܕܥܝܪܐ ܫܡܝܢܐ. ܠܝܬ ܓܝܪ ܡܕܡ ܕܦܚܡ ܠܗ. ܘܒܐܝܠܝܢ ܕܗܟܢܐ ܐܝܟ ܒܗܘܢ ܥܡܪ ܡܫܝܚܐ. ܙܒܢܐ ܕܩܝܛܐ ܡܛܐ ܠܗ ܘܬܐܢܐ ܐܦܪܥܬ ܘܢܦܩܘ ܛܪܦܝܗ: ܐܬܬ ܕܝܢ

omnes immutabimur[1]. Et iterum : *Futurum est ut mortale hoc induat immortale, et corruptibile hoc induat incorruptibile. Cumque mortale hoc induerit immortale, et corruptibile hoc induerit incorruptibile, tunc complebitur sermo qui scriptus est : Absorpta est mors a victoria*[2]. Ait etiam : *Derepente, quasi in ictu oculi, mortui resurgent incorrupti, et nos immutabimur*[3]. Qui immutabuntur, formam induent Adae caelestis, et fient spiritales; qui vero non immutabuntur, in spiritu animali perseverabunt, in natura pulverea in qua Adam creatus est; in natura sua permanebunt, in terra inferiore, dum caelestes in caelum rapientur, a Spiritu quem induerint sublati, et regnum sibi ab initio paratum hereditabunt; animales autem corporum suorum pondere in terra consistent, et *in infernum revertentur*[4], *ubi erit fletus et stridor dentium*[5].

19. Haec tibi, carissime, dum scribo, mihimetipsi etiam in memoriam reduco. Propterea virginitatem dilige, partem caelestem, et angelorum consortium. Nihil enim est quod ei possit aequiparari, et in huiusmodi hominibus Christus habitat. *Tempus aestatis advenit, ficus protulit gemmas, et folia prodie-*

AB] — 6 B om. ܐܡܪ. — 9 A om. ܠܗܘܢ. — 12 A ܒܪܝܬܗ. — *Ib.* A ܘܡܩܘܝܢ ܒܟܝܢܗܘܢ. — 15 B ܕܠܒܫܝܢ. — 21 A ܠܒܬܘܠܐ.

[1] I Cor. xv, 51. — [2] *Ib.* xv, 53, 54. — [3] *Ib.* xv, 52. — [4] Ps. ix, 18. — [5] Matth. viii, 12.

runt[1]; signa quae Salvator tradidit inceperunt adimpleri. Ait siquidem : *Surget gens contra gentem, et regnum adversus regnum; erunt fames et pestilentiae, terroresque de caelo*[2]. En haec omnia in diebus nostris eveniunt.

20. Idcirco, quae tibi scripsi lege, tu et fratres monastico instituto devoti, qui virginitatem diligunt. Ab irrisoribus vero caveto. In eo enim qui fratrem illudit aut cavillatur, sermo completur in Evangelio conscriptus, quando scilicet voluit Dominus rationem ab avaris et pharisaeis reposcere. Scriptum est autem : *Quoniam pecuniam diligebant, deridebant eum*[3]. Ita et nunc quicumque rebus istis non adsentiuntur, similiter derident. Lege igitur et disce; lectioni intende atque actioni; sitque lex Domini meditatio tua omni tempore[4]. Cumque epistolam hanc legeris, per vitam tuam te obtestor, carissime, surge et ora, et in precibus tuis, mei peccatoris memento.

Explicit Demonstratio de Monachis.

ܫܪܝܘ ܗܫܐ ܠܡܫܠܡܘ. ܐܡܪ ܓܝܪ: ܕܢܩܘܡ ܥܡܐ ܥܠ ܥܡܐ ܘܡܠܟܘ ܥܠ ܡܠܟܘ: ܘܢܗܘܘܢ ܟܦܢܐ ܘܡܘܬܢܐ ܘܙܘܥܐ ܡܢ ܫܡܝܐ. ܘܗܠܝܢ ܟܠܗܝܢ ܒܝܘܡܝܢ ܗܐ ܡܫܠܡܢ܀

ܡܛܠ ܗܢܐ ܒܗܠܝܢ ܩܪܝ ܕܟܬܒܬ ܠܟ: ܐܢܬ ܘܐܚܐ ܒܢܝ ܩܝܡܐ ܐܝܠܝܢ ܕܪܚܡܝܢ ܠܒܬܘܠܘܬܐ. ܡܢ ܡܒܙܚܢܐ ܕܝܢ ܐܙܕܗܪ. ܡܢ ܓܝܪ ܕܡܒܙܚ ܘܡܓܚܟ ܒܐܚܘܗܝ ܡܫܠܡܐ ܒܗ ܡܠܬܐ ܕܟܬܝܒܐ ܒܐܘܢܓܠܝܘܢ. ܟܕ ܒܥܐ ܡܪܢ ܕܢܬܒܥ ܚܘܫܒܢܐ ܡܢ ܪ̈ܚܡܝ ܟܣܦܐ ܘܡܢ ܦܪ̈ܝܫܐ. ܘܟܬܝܒ ܓܝܪ: ܕܡܛܠ ܕܪܚܡܝܢ ܗܘܘ ܟܣܦܐ ܡܒܙܚܝܢ ܗܘܘ ܒܗ. ܘܐܦ ܗܫܐ ܟܠ ܐܝܠܝܢ ܕܠܐ ܡܫܬܡܥܝܢ ܠܗܠܝܢ ܗܟܢܐ ܡܒܙܚܝܢ. ܩܪܝ ܘܐܠܦ ܘܐܬܚܦܛ ܒܩܪܝܢܐ ܘܒܥܒܕܐ. ܘܢܗܘܐ ܢܡܘܣܗ ܕܡܪܝܐ ܗܪܓܐ ܠܟ ܪ̈ܢܝܐ ܒܟܠܙܒܢ. ܘܡܐ ܕܩܪܝܬ ܐܓܪܬܐ ܗܕܐ: ܒܚܝ̈ܝܟ ܚܒܝܒܝ ܩܘܡ ܘܨܠܝ ܘܐܬܕܟܪ ܒܨܠܘܬܟ ܠܚܛܝܐ܀

ܫܠܡܬ ܬܚܘܝܬܐ ܕܒܢܝ ܩܝܡܐ܀

AB. — 8 A add. *et sanctitatem* ܘܩܕܝܫܘܬܐ [ܠܒܬܘܠܘܬܐ. — *Ib.* A ܡܒܙܚܢܐ. — 9 A ܡܢ ܕܡܒܙܚ ܓܝܪ. — 15 A om. ܗܟܢܐ. — *Ib.* A add. ܡܒܙܚܝܢ, ܒܗܘܢ. — 16 A ܘܐܬܚܦܛ. — 19 A ܒܚܝܝܟ ܚܒܝܒܝ. — *Ib.* A ܠܝ. 20 A *mei studii* ܠܚܛܝܐ ܕܡܬܚܦܛ [ܠܚܛܝܐ.

[1] Matth. XXIV, 32. Cantic. II, 12, 13. — [2] Luc. XXI, 10, 11. — [3] Luc. XVI, 14. — [4] Ps. I, 2.

ܬܚܘܝܬܐ ܕܬܝܒܘܬܐ

DEMONSTRATIO VII

DE PAENITENTIBUS

ܐ ܙܟܝܐ ܚܕ ܗܘ ܒܠܚܘܕܘܗܝ ܡܢ ܟܠ ܝܠܝ̈ܕܐ ܕܠܒܫܘ ܦܓܪܐ: ܕܐܠܗܘܬܢ ܡܪܢ ܝܫܘܥ ܡܫܝܚܐ ܐܝܟ ܕܗܘ ܗܘ ܣܗܕ ܥܠ ܢܦܫܗ. ܐܡܪ ܓܝܪ: ܕܐܢܐ ܙܟܝܬܗ ܠܥܠܡܐ. ܘܐܦ ܢܒܝܐ ܗܘ ܣܗܕ ܥܠܘܗܝ: ܕܠܐ ܥܒܕ ܥܘܠܐ ܐܦܠܐ ܢܟܠܐ ܐܫܬܟܚ ܒܦܘܡܗ. ܘܛܘܒܢܐ ܫܠܝܚܐ ܐܡܪ: ܕܗܘ ܕܠܐ ܝܕܥ ܗܘܐ ܚܛܝܬܐ ܚܠܦܝܢ ܚܛܝܬܐ ܥܒܕܗ. ܘܐܝܟܢܐ ܥܒܕܗ ܚܛܝܬܐ. ܐܠܐ ܡܛܠ ܕܫܩܠܗ ܠܚܛܝܬܐ ܟܕ ܠܐ ܗܘܐ ܗܘ ܥܒܕܗ: ܘܩܒܥܗ ܒܨܠܝܒܗ. ܬܘܒ ܐܡܪ ܫܠܝܚܐ: ܕܣܓܝܐܐ ܪ̈ܗܛܝܢ ܒܐܣܛܕܝܢ ܐܠܐ ܚܕ ܗܘ ܢܣܒ ܠܗ ܠܟܠܝܠܐ. ܬܘܒ ܠܝܬ ܐܚܪܝܢܐ ܡܢ ܒ̈ܢܝ ܐܢܫܐ ܕܢܚܘܬ ܠܐܣܛܕܝܢ ܕܠܐ ܡܬܚܒܠ ܘܡܬܡܚܐ: ܡܛܠ ܕܐܡܠܟܬ ܚܛܝܬܐ ܡܢ ܕܥܒܪ ܐܕܡ ܥܠ ܦܘܩܕܢܐ. ܘܡܢ ܣܓܝܐܐ ܡܬܡܚܝܐ ܗܘܬ ܘܠܣܓܝܐܐ ܡܚܒܠܐ ܗܘܬ ܘܠܣܓܝܐܐ ܩܛܠܬ: ܘܐܝܬ ܡܢ ܣܓܝܐܐ

1. Ex omnibus qui progeniti sunt, corpusque induerunt, unus duntaxat innocens est, nempe Dominus noster Iesus Christus, prout ipse de se testimonium perhibet. Ait enim : *Ego vici mundum*[1]. De ipso testatur etiam propheta : *Iniquitatem non fecit, neque inventus est in ore eius dolus*[2]. Et beatus Apostolus dicit : *Eum qui non noverat peccatum, pro nobis peccatum fecit*[3]. Quomodo autem fecit eum peccatum? nisi quia *peccatum adsumpsit,* quod non commiserat, *et adfixit cruci*[4]. Iterum dicit Apostolus : *Multi in stadio currunt, sed unus accipit coronam*[5]. Neque ex hominibus ullus alius est, qui in stadium descendat, quin vulneretur aut feriatur; peccatum enim a tempore quo Adam praeceptum trangressus est regnavit; a multis autem percussum fuerat, multosque vulneraverat, multos etiam oc-

AB] — A titulum habet : *demonstratio de Paenitentia* ܬܚܘܝܬܐ ܕܬܝܒܘܬܐ. — 1 B om. ܟܠ. — 4 A ܐܦ. — 5 A ܘܐܦܠܐ. — 7 A *pro vobis* ܡܛܠܬܟܘܢ. — 8 A add. *ut efficiamini iustitia Dei in ipso* ܕܐܢܬܘܢ ܬܗܘܘܢ ܒܗ ܙܕܝܩܘܬܐ ܕܐܠܗܐ. — 15 A add. ܡܢ ܩܕܝܡ.

[1] Ioh. XVI, 33. — [2] Mal. II, 6. — [3] II Cor. V, 21. — [4] Col. II, 14. — [5] I Cor. IX, 24.

ciderat, sed nemo ex his interfecit illud, donec advenit Salvator noster, qui illud sustulit suaeque adfixit cruci. Verumtamen licet sit cruci adfixum, stimulus eius remanet, qui multos ad finem usque punget; tunc stimulus ille confringetur.

2. Omnibus doloribus sunt medicamenta, quibus sanentur, modo prudens medicus eos noverit. Hi autem qui in certamine nostro vulnerantur, pro remedio habent paenitentiam, quo vulneribus suis imposito, sanantur. O vos, medici, discipuli sapientis Medici nostri! remedium istud adsumite, quo aegrotantium plagas curetis. Bellatores enim, ab eo qui cum eis decertavit in praelio percussos, cum sapiens medicus invenit, qua ratione sauciis medeatur inquirit; cumque sanavit medicus virum in praelio vulneratum, dona honoresque a rege accipit. Ita, carissime, et viro, in certamine nostro laboranti quem adversarius incurrens percusserit, remedium afferre convenit paenitentiae, postquam ingentem animae dolorem vulneratus senserit. Nam Deus paenitentes non respuit; ait enim Ezechiel propheta : *Non delector morte peccatoris mortui, sed volo ut revertatur* a via sua prava *et vivat*[1].

ܠܐ ܩܛܠܘܗܝ ܥܕܡܐ ܕܐܬܐ ܦܪܘܩܢ ܘܫܩܠܗ ܘܩܒܥܗ ܒܙܩܝܦܗ. ܘܐܦ ܟܕ ܒܙܩܝܦܐ ܩܒܝܥܐ܆ ܥܘܩܣܗ ܐܝܬܘܗܝ ܘܠܣܓܝܐܐ ܢܩܪ ܥܕ ܕܢܐܬܐ ܚܪܬܐ ܘܡܬܬܒܪ ܠܗ ܥܘܩܣܗ ܀

ܠܟܠ ܟܐܒܐ ܐܝܬ ܣܡܝܡܢܐ ܡܬܐܣܝܢ ܟܕ ܐܣܝܐ ܚܟܝܡܐ ܢܫܟܚ ܐܢܘܢ. ܘܕܡܬܡܚܝܢ ܒܐܓܘܢܐ ܕܝܠܢ ܐܝܬ ܠܗܘܢ ܣܡܐ ܬܝܒܘܬܐ ܕܣܝܡܝܢ ܥܠ ܡܚܘܬܗܘܢ ܘܡܬܐܣܝܢ. ܐܘ ܐܣܘܬܐ ܬܠܡܝܕܘܗܝ ܕܐܣܝܐ ܚܟܝܡܐ܆ ܣܒܘ ܠܟܘܢ ܣܡܐ ܗܢܐ ܕܒܗ ܬܐܣܘܢ ܡܚܘܬܐ ܕܟܪܝܗܐ. ܦܠܚܐ ܓܝܪ ܕܡܬܡܚܝܢ ܒܩܪܒܐ ܡܢ ܐܝܢܐ ܗܘ ܡܢ ܕܡܬܟܬܫ ܥܡܗܘܢ ܟܕ ܐܣܝܐ ܚܟܝܡܐ ܡܫܟܚ ܠܗܘܢ ܡܬܒܥܐ ܠܗ ܠܐܣܝܘܬܗܘܢ ܕܢܚܠܡ ܠܡܟܬܫܢܐ. ܘܟܕ ܕܡܚܠܡ ܠܗ ܐܣܝܐ ܠܗܘ ܕܡܚܐ ܒܩܪܒܐ ܡܩܒܠ ܡܘܗܒܬܐ ܘܐܝܩܪܐ ܡܢ ܡܠܟܐ. ܗܟܢܐ ܚܒܝܒܝ ܡܢ ܕܡܬܟܬܫ ܒܐܓܘܢܐ ܕܝܠܢ ܘܐܬܐ ܒܥܠܕܒܒܗ ܡܚܝܗܝ ܘܡܚܝܐ ܠܗ ܘܠܐ ܠܡܐܬܠ ܠܗ ܣܡܐ ܬܝܒܘܬܐ ܟܕ ܛܒܐ ܢܟܝܐ ܕܗܘ ܡܬܡܚܝܐ ܗܘܐ ܣܓܝܐܐ. ܡܛܠ ܕܐܠܗܐ ܠܐ ܡܣܠܐ ܠܬܝܒܐ. ܐܡܪ ܓܝܪ ܚܙܩܝܐܝܠ ܢܒܝܐ: ܕܠܐ ܨܒܐ ܐܢܐ ܒܡܘܬܗ ܕܡܝܬܐ ܚܛܝܐ ܐܠܐ ܕܢܬܘܒ ܡܢ ܐܘܪܚܗ ܒܝܫܬܐ ܘܢܚܐ ܀

AB] — 1 A ܘܩܛܠ. — 6 A ܟܐܒܝܢ. — 12 A ܡܚܘܬܐ. — 15 B ܡܫܟܚ. — *Ib.* B ܡܬܒܥܐ deletum. — 18 A ܘܐܝܩܪܐ. — 24 A ܚܙܩܝܐܝܠ.

[1] Ez. xxxiii, 11; xviii, 23, 32.

ܠܐ ܓܝܪ ܓܒܪܐ ܗܘ ܕܡܚܐ ܒܩܪܒܐ ܢܒܗܬ ܠܡܬܝܗܒ ܠܐܣܝܐ ܚܟܝܡܐ ܡܛܠ ܕܐܬܙܟܝ ܒܩܪܒܐ ܘܢܦܠ. ܘܟܕ ܐܬܐܣܝ ܠܐ ܡܣܠܐ ܠܗ ܡܠܟܐ: ܐܠܐ ܥܡ ܚܝܠܗ ܡܢܐ ܘܟܬܒ ܠܗ. ܗܟܢܐ ܠܐ ܘܠܐ ܕܢܒܗܬ ܒܪܢܫܐ ܕܣܛܢܐ ܡܚܝܐ ܠܗ ܕܢܘܕܐ ܣܟܠܘܬܗ ܘܢܫܒܘܩ ܡܢܗ: ܘܢܒܥܐ ܠܗ ܣܡܐ ܬܝܒܘܬܐ. ܡܢ ܓܝܪ ܕܒܗܬ ܕܢܚܘܐ ܟܘܪܗܢܗ ܡܚܝܐ ܠܗ ܠܣܪܛܢܘܬܐ: ܘܠܟܠܗ ܦܓܪܗ ܡܚܒܠ ܢܚܒܠ. ܘܡܢ ܕܠܐ ܒܗܬ ܡܬܐܣܐ ܟܘܪܗܢܗ ܘܗܦܟ ܢܦܩ ܠܡܦܩ ܠܩܪܒܐ. ܘܐܝܢܐ ܕܐܝܬ ܣܪܛܢܘܬܐ ܗܘ ܠܐ ܡܫܟܚ ܠܡܬܐܣܝܘ ܘܙܝܢܐ ܕܫܠܚ ܠܐ ܠܒܫ: ܗܟܢܐ ܡܢ ܕܡܬܙܟܐ ܒܐܓܘܢܐ ܕܝܠܢ ܐܝܬ ܠܗ ܗܢܐ ܦܘܪܣܐ ܕܢܬܐܣܐ ܟܕ ܢܐܡܪ ܕܣܟܠܬ ܘܢܒܥܐ ܬܝܒܘܬܐ. ܘܐܝܢܐ ܕܒܗܬ ܠܐ ܡܫܟܚ ܕܢܬܐܣܐ ܡܛܠ ܕܠܐ ܨܒܐ ܕܢܘܕܥ ܡܚܘܬܗ ܠܐܣܝܐ ܕܢܣܒ ܬܪܝܢ ܕܝܢܪܝܢ ܕܒܗܘܢ ܢܐܣܐ ܠܟܠܗܘܢ ܕܡܬܡܚܝܢ ✣

ܘܐܦ ܠܟܘܢ ܘܠܐ ܐܣܘܬܐ ܠܬܠܡܝܕܘܗܝ ܕܐܣܝܐ ܢܨܝܚܐ ܕܠܐ ܬܟܠܘܢ ܐܣܘܬܐ ܡܢ ܡܢ ܕܣܢܝܩ ܕܢܬܐܣܐ. ܡܢ ܕܡܚܘܐ ܠܟܘܢ ܟܘܪܗܢܗ ܗܒܘ ܠܗ ܣܡܐ ܬܝܒܘܬܐ: ܘܡܢ ܕܒܗܬ ܕܢܚܘܐ ܟܘܪܗܢܗ ܐܡܠܟܘ

3. Non enim virum in praelio vulneratum sapienti medico se committere piget, eo quod in pugna superatus ceciderit; idemque cum sanatus fuit, a rege non reiicitur, sed exercitui eius iterum adnumeratur et adscribitur. Ita eum qui a Satana percussus fuit, non debet pudere delictum suum confiteri, illudque relinquere, et paenitentiam in remedium postulare. Qui vulnus suum prodere erubescit, gangraena corripietur, totumque corpus damno inficiet; quem autem non pudet vulnus manifestare, sanabitur et ad praelium iterum descendet, dum ille qui gangraenam concepit, nec sanitati restitui, neque armaturam quam deposuit iterum poterit induere. Ita prorsus ei qui in agone nostro superatus est, haec superest via sanitatem recipiendi, ut scilicet dicat : Peccavi; et paenitentiam postulet. Si quis autem erubuerit, sanari non poterit, quoniam plagas suas non vult patefacere medico, qui duos denarios accepit, ut per hos omnibus qui sauciati fuerint mederetur[1].

4. Vos igitur, medici, qui insignis Medici nostri estis discipuli, non debetis medicinam iis denegare quibus curatione opus est. Quicunque vobis suum vulnus detexerit, ei remedium imponite paeni-

AB] — 3 A add. ܠܗ [ܘܟܬܒ. — 16 A om. ܗܢܐ. — 26 A *qui occultare vult* ܘܡܢ [ܕܒܗܬ ܕܢܚܘܐ ܘܡܢ ܕܒܥܐ ܕܢܟܣܐ.

[1] Cf. Luc. x, 35.

tentiae; eum autem qui infirmitatem suam manifestare erubuerit, ne hanc a vobis abscondat adhortamini; cumque ipsam vobis revelaverit, nolite eam publicare, ne propter illum ab inimicis et ab iis qui nos oderunt, innocentes in culpa esse iudicentur. Agmen in quo caesi occumbunt, omnium debilissimum ab hostibus existimatur. Vulneratorum autem qui inter commilitones suos reperiuntur, plagae ab iis curantur qui incolumes evaserunt, neque hostibus declarantur. Si enim cuilibet eas manifestent, totus exercitus adversam famam consequetur; rex, militiae imperator, iis irascetur qui exercitum suum prodiderint, eisque plagas vulneribus in praelio acceptis peiores immittet.

5. Quod si noluerint qui plagas exceperunt eas ostendere, medici nullam incurrent reprehensionem quod sauciorum vulnera non curaverint. Et si morbos suos sauciati celaverint, arma nequibunt rursus induere, propter gangraenam in corpore contractam. Tabe autem laborantes, si armatura ausi fuerint circumdari, cum ad committendum praelium prosilient, super [membra] eorum concipient arma calorem, ulceraque faetebunt et exputrescent, donec ipsi inte-

ܡܬܚܫܒܝܢ ܕܡܬܕܝܢܝܢ ܠܐ ܢܬܦܪܣ. ܘܡܢ ܕܒܗܬ ܠܗ ܠܐ ܠܦܪܣܘܬܗ ܕܠܐ ܡܛܫܝܘܗ ܐܦ ܙܟܝܐ ܢܬܚܫܒܘܢ ܒܗܘܢ ܚܝܒܐ ܡܢ ܣܢܝܐ ܘܡܢ ܒܥܠܕܒܒܐ. ܗܕܪܐ ܐܝܟܐ ܕܩܛܝܠܐ ܢܦܠܝܢ ܒܓܘܗ ܡܚܝܠܐ ܟܠ ܟܠܗܘܢ ܡܬܚܫܒܐ ܡܢ ܒܥܠܕܒܒܝܗܘܢ: ܘܟܕ ܐܝܠܝܢ ܕܡܚܝܢ ܢܫܬܟܚܘܢ ܒܗܘܢ ܗܠܝܢ ܐܝܠܝܢ ܕܠܐ ܐܬܡܚܝܘ ܡܐܣܝܢ ܠܟܐܒܝܗܘܢ ܘܠܐ ܝܕܥܝܢ ܒܗܘܢ ܠܒܥܠܕܒܒܝܗܘܢ. ܐܠܐ ܐܢ ܠܟܠܢܫ ܡܘܕܥܝܢ ܠܟܐܒܝܗܘܢ ܩܢܝܐ ܠܗ ܫܡܐ ܒܝܫܐ ܟܠܗ ܡܫܪܝܬܐ. ܘܐܦ ܡܠܟܐ ܡܕܒܪܢܗ ܕܚܝܠܐ ܪܓܙ ܥܠ ܗܠܝܢ ܐܝܠܝܢ ܕܡܫܠܡܝܢ ܡܫܪܝܬܗ ܘܡܘܣܦܝܢ ܥܠܘܗܝ ܡܚܘܬܐ ܕܒܝܫܢ ܡܢ ܕܗܘܝ ܕܩܒܠܘ ܒܩܪܒܐ ܀

ܘܐܢ ܕܝܢ ܐܝܠܝܢ ܕܐܬܡܚܝܘ ܠܐ ܨܒܝܢ ܕܢܚܘܘܢ ܠܘܬ ܐܣܝܗܘܢ: ܐܣܝܐ ܪܫܝܐ ܡܢܗܘܢ ܠܐ ܡܩܒܠܝܢ ܥܠ ܕܠܐ ܐܣܝܘܗ ܠܡܚܘܬܐ ܕܐܬܡܚܝܘ. ܘܐܢ ܟܣܝܢ ܐܝܠܝܢ ܕܡܚܝܢ ܕܛܫܘ ܟܘܪܗܢܝܗܘܢ: ܬܘܒ ܙܝܢܐ ܠܐ ܡܫܟܚܝܢ ܠܡܠܒܫ ܡܛܠ ܕܚܒܪܬܐ ܩܢܘ ܒܦܓܪܗܘܢ. ܘܟܕ ܚܒܪܬܐ ܐܝܬ ܠܗܘܢ ܘܡܡܪܚܝܢ ܠܡܠܒܫ ܙܝܢܐ: ܟܕ ܢܦܩܝܢ ܠܡܩܪܒ ܐܝܟܢܐ ܙܝܢܝܗܘܢ ܡܚܡ ܠܗܘܢ ܘܣܪܝܢ ܘܡܬܡܣܝܢ ܟܘܪܗܢܝܗܘܢ ܘܡܬܡܚܠܝܢ. ܘܡܢ

AB] — 1 A ܢܬܚܒܠ. — 4 B ܘܡܢ ܒܥܠܕܒܒܐ ܣܢܝܐ. — 9 A primitus ܝܕܥܝܢ secunda manu in ܝܕܥܝܢ correctum. — 12 A ܐܦ. — 15 A ܡܢ ܕܗܘܝ. — 20 A add. ܘܐܢ ܕܝܢ. — 23 B ܚܒܪܬܐ.

ܕܡܛܫܝܢ ܡܚ̈ܘܬܗܘܢ ܐܝܟ ܕܛܫܝܘ ܡܢܗܘܢ ܡܚ̈ܘܬܗܘܢ: ܡܓܚܟܝܢ ܗܘ ܚܟ̈ܝܡܐ ܥܠ ܟܠܗ ܦܘܪܫܢܗܘܢ ܥܠ ܕܛܫܝܘ ܟܐܒ̈ܐ ܕܡܚ̈ܘܬܗܘܢ: ܘܐܦ ܠܐ ܦܓܪ̈ܝܗܘܢ ܢܩܒܪܘܢ ܠܩܒܘܪܐ ܘܡܬܚܫܒܝܢ ܠܗܘܢ ܣܟ̈ܠܐ ܒܝ̈ܫܐ ܘܡܪ̈ܘܕܐ ܀

ܘܐܦ ܗܘ ܕܓܠܝܗ ܡܚܘܬܗ ܘܐܬܐܣܝ ܢܙܕܗܪ ܡܢ ܗܝ ܕܘܟܬܐ ܕܐܬܐܣܝܬ ܕܠܐ ܢܬܡܚܐ ܒܗ ܕܬܪܬܝܢ ܙܒ̈ܢܝܢ: ܡܛܠ ܕܡܢ ܕܡܬܡܚܐ ܬܪܬܝܢ ܙܒ̈ܢܝܢ ܐܦ ܠܐܣܝܐ ܚܟܝܡܐ ܥܡܝܠܐ ܗܝ ܐܣܝܘܬܗ: ܡܛܠ ܕܟܠ ܡܚܘܬܐ ܕܥܠ ܫܘܡܬܐ ܗܘܝܐ ܠܐ ܡܬܐܣܝܐ: ܘܐܦ ܟܕ ܗܘ ܠܗ ܐܬܐܣܐ ܙܝܢܐ ܠܐ ܡܬܥܛܦ ܠܡܬܟܬܫܘ. ܘܐܦ ܟܕ ܙܝܢܐ ܢܥܛܘܦ ܘܢܬܟܬܫ: ܢܗܘܐ ܠܗ ܚܣܝܪܐ ܕܢܨܚܢܘܬܐ ܀

ܐܘ ܠܒ̈ܝܫܝ ܙܝܢܗ ܕܡܫܝܚܐ. ܝܠܦܘ ܡܠܟܐ ܩܪܒܐ ܕܠܐ ܬܬܙܟܘܢ ܘܬܗܘܘܢ ܡܦ̈ܠܐ ܒܐܓܘܢܐ. ܚܪܝܦ ܗܘ ܘܥܪܝܡ ܒܥܠܕܒܒܢ: ܐܠܐ ܙܝܢܗ ܡܚܝܠ ܗܘ ܡܢ ܕܝܠܢ. ܘܠܐ ܠܢ ܕܢܛܠ ܠܡܬܟܬܫܘ ܥܡܗ ܘܠܡܫܩܠ ܙܝܢܗ ܕܒܫܢܬܐ ܒܥܝܪܘܬܐ. ܗܘ ܓܝܪ ܠܐ ܡܬܚܙܐ ܠܢ ܟܕ ܡܩܪܒ ܠܘܬܢ. ܢܬܦܢܐ ܠܘܬ ܗܘ ܡܢ ܕܚܙܐ ܠܗ: ܕܢܒܛܠܝܘܗܝ ܡܢܢ ܀

ܐܦ ܠܟܘܢ ܡܒܥܐ ܐܢܐ ܠܐܝܠܝܢ ܕܐܬܡܚܝܬܘܢ ܕܠܐ ܬܒܗܬܘܢ ܬܐܡܪܘܢ:

reant. Et cum eorum cadavera ab iis reperientur quos vulnera sua celaverint, hi ludibrio habebunt totam rationem agendi eorum qui vulnerum suorum plagas occultaverint; nec corpora eorum tumulo mandabunt, amentesque et improbi et imprudentes reputabuntur.

6. Sed ille etiam qui ostenso vulnere recreatus est, ei parti caveat quae sanata fuit, ne ibidem denuo feriatur. Si enim ictum alterum exceperit, sapienti medico curatio erit operosa, nam plaga cicatrici superveniens non consanescit; licet autem ad sanum perfecte redierit, vir non poterit arma resumere; quod si etiam ea induere ausus fuerit, impar in praelio fieri consuetum habebit.

7. O qui armaturam Christi induistis! disciplinam bellicam discite, ne superemini atque in praelio cedatis. Callidus enim sollersque est adversarius noster; at ipsius arma nostris debiliora sunt. Nos igitur oportet cum eo congredi, et arma eius ab eo auferre, in somno vigilantes; ipse enim nobis invisibilis est quando adversus nos incurrit. Ad illum igitur convertamur qui hunc videt, ut eum a nobis tollat.

8. Rursus vos adhortor, qui vulnerati fuistis, ne vos pudeat dicere : In pugna

AB] — 6 A ܒܝܫܐ ܘܣܟܠܐ. — 10 A ܐܦ ܥܠ ܐܣܝܐ cum ܥܠ recentiori manu addito. — 12 A prius ܕܥܠܫܘܡܬܐ in ܕܫܘܡܬܐ emendatum. — 16 A ܙܝܢܐ. — 21 A add. ܡܢܗ [ܙܝܢܗ. — 22 A ܡܬܚܙܝܐ. — 24 B ܠܢ [ܠܗ. — 25 A ܘܐܦ. — 26 A ܘܬܐܡܪܘܢ.

lapsi sumus. Medicamentum nulla mercede accipite, convertimini et vivite, nedum morte occumbatis. Vobis autem, medici, id memoriae refero, quod in Scripturis sapientis nostri Medici legitur, paenitentiam scilicet ab eo non inhiberi. Cum enim peccasset Adam, paenitentiam ei pronuntiavit, dicens : *Adam, ubi es*[1]? Iste autem peccatum suum a cordis scrutatore dissimulans, Hevam incusavit quod eum decepisset. Et quoniam delictum suum non prodidit, ipsi et omnibus posteris eius sententiam mortis [Deus] indixit. Caini quoque, dolo pleni, sacrificium non suscepit; obtulit tamen ei paenitentiam, quam ille respuit. Ait enim ei : *Si bene egeris, sacrificium tuum suscipiam; si autem male, peccatum tibi adhaerebit*[2]. Fratrem autem in dolo cordis sui interfecit, et maledictionem subiit, *tremensque et vacillans super terram effectus est*[3]. Generationi etiam in diebus Noe existenti centum et viginti annos dedit Deus ad paenitentiam; at illi noluerunt reverti; ideo impletis centum annis eos delevit[4].

9. Vide autem, carissime, quomodo praestantius sit hominem iniquitatem suam confiteri et derelinquere. Etenim Deus noster paenitentes non reiicit. Ninivitae, postquam peccata multipli-

ܕܐܬܦܟܢ ܒܐܣܝܘܬܐ. ܣܒܘ ܠܟܘܢ ܣܡܐ ܕܠܐ ܙܒܢܝܢ: ܘܐܬܦܢܘ ܘܚܝܘ ܥܕ ܠܐ ܬܬܡܝܬܘܢ. ܠܟܘܢ ܕܝܢ ܐܣܘܬܐ ܐܢܐ ܐܥܗܕܐ ܡܕܡ ܕܟܬܝܒ ܒܟܬܒܘܗܝ ܕܐܣܝܢ ܚܟܝܡܐ: ܕܗܘ ܠܐ ܟܠܐ ܬܝܒܘܬܐ. ܟܕ ܚܛܐ ܓܝܪ ܐܕܡ ܩܪܐ ܠܗ ܠܬܝܒܘܬܐ ܟܕ ܐܡܪ ܠܗ: ܐܝܟܐ ܐܝܬܝܟ ܐܕܡ ܀ ܘܗܘ ܛܫܐ ܚܛܗܘܗܝ ܡܢ ܒܨܐ ܠܒܐ: ܘܐܪܝܡ ܥܠܬܐ ܒܚܘܐ ܕܐܛܥܝܬܗ. ܘܡܛܠ ܕܠܐ ܐܘܕܝ ܒܣܟܠܘܬܗ ܓܙܪ ܥܠܘܗܝ ܡܘܬܐ ܘܥܠ ܟܠܗܘܢ ܝܠܕܘܗܝ. ܘܐܦ ܠܩܐܝܢ ܕܡܠܐ ܗܘܐ ܢܟܠܐ ܩܘܪܒܢܐ ܠܐ ܩܒܠ ܡܢܗ: ܢܛܪ ܠܗ ܬܝܒܘܬܐ ܘܠܐ ܩܒܠ. ܐܡܪ ܠܗ ܓܝܪ: ܕܐܢ ܬܫܦܪ ܡܩܒܠ ܩܘܪܒܢܟ: ܘܐܢ ܠܐ ܬܫܦܪ ܚܛܗܟ ܗܘ ܡܩܒܠ ܠܟ. ܘܩܛܠ ܠܐܚܘܗܝ ܒܢܟܠܐ ܕܠܒܗ ܘܐܬܠܛܛ ܘܗܘܐ ܙܐܥ ܘܢܥ ܒܐܪܥܐ. ܘܐܦ ܠܕܪܐ ܕܒܝܘܡܝ ܢܘܚ ܡܐܐ ܘܥܣܪܝܢ ܫܢܝܢ ܝܗܒ ܠܗܘܢ ܬܝܒܘܬܐ. ܘܗܢܘܢ ܠܐ ܨܒܘ ܕܢܬܘܒܘܢ. ܘܟܕ ܫܠܡ ܡܐܐ ܫܢܝܢ ܚܒܠ ܐܢܘܢ ܀

ܚܙܝ ܕܝܢ ܚܒܝܒܝ ܟܡܐ ܡܝܬܪܐ ܗܝ ܕܒܪ ܢܗܘܐ ܐܢܫ ܘܢܘܕܐ ܡܢ ܚܘܒܘܗܝ: ܘܐܠܗܢ ܠܐ ܡܣܠܐ ܠܬܝܒܐ. ܒܢܝ ܢܝܢܘܐ ܓܝܪ ܟܕ ܣܓܝܘ ܚܛܗܝܗܘܢ ܘܡܠܟܘ ܒܝܫܘܬܗ ܕܢܘܢ ܟܕ ܗܘܦܟܢܐ ܐܟܪܙ ܥܠܝܗܘܢ:

AB ܐ — 3 A ܕܠܐ. — 4 A add. ܗܘܠܟ ܒܡܫܪܝܘܗܝ. — 18 B ܒܕܪܐ.

[1] Gen. III, 8. — [2] *Ib.* IV, 7. — [3] *Ib.* IV, 12. — [4] Vid. Demonst. II, § 9.

ܘܬܒܘ ܠܗ ܘܐܬܪܚܡ ܥܠܝܗܘܢ ܐܠܗܐ. ܘܒܢܝ ܐܝܣܪܝܠ ܟܕ ܣܓܝܘ ܚܘܒܝܗܘܢ ܘܩܪܐ ܠܗܘܢ ܠܬܝܒܘܬܐ ܘܠܐ ܩܒܠܘ ܩܪܐ ܠܗܘܢ ܓܝܪ ܒܝܕ ܐܪܡܝܐ ܘܐܡܪ: ܬܘܒܘ ܒܢܝܐ ܬܝܒܐ ܘܐܣܐ ܬܘܒܬܟܘܢ. ܬܘܒ ܐܟܪܙ ܒܐܕܢܝ ܐܘܪܫܠܡ ܘܐܡܪ ܠܗ: ܕܬܘܒܝ ܠܘܬܝ ܒܪܬܐ ܬܝܒܬܐ. ܬܘܒ ܐܡܪ ܠܗܘܢ ܠܒܢܝ ܐܝܣܪܝܠ: ܬܘܒܘ ܘܐܬܦܢܘ ܡܢ ܐܘܪܚܬܟܘܢ ܒܝܫܬܐ ܘܡܢ ܒܝܫܘܬ ܥܒܕܝܟܘܢ. ܘܗܟܢܐ ܐܡܪ ܠܗ ܠܥܡܐ: ܕܐܢ ܬܬܘܒ ܠܘܬܝ ܐܦܢܝܟ: ܘܩܕܡܝ ܬܩܘܡ. ܬܘܒ ܗܟܢܐ ܐܡܪ ܘܡܚܣܕ ܠܗܘܢ: ܐܡܪܬ ܠܟܝ ܕܬܘܒܝ ܠܘܬܝ ܥܡܘܪܬܐ ܕܐܝܣܪܝܠ ܡܢ ܟܠܗ ܠܒܟܝ: ܘܠܐ ܬܒܬܝ. ܬܘܒ ܢܣܒ ܥܠܝܗܘܢ ܡܬܠܐ ܘܐܘܕܥ ܐܝܟ ܡܕܡ ܕܟܬܝܒ ܒܢܡܘܣܐ: ܘܨܒܐ ܕܢܟܕܒ ܢܡܘܣܐ ܡܛܠ ܬܝܒܘܬܗܘܢ. ܐܡܪ ܓܝܪ: ܕܟܕ ܢܣܒ ܓܒܪܐ ܐܢܬܬܐ ܘܐܙܠܐ ܡܢ ܠܘܬܗ ܘܗܘܬ ܠܓܒܪܐ ܐܚܪܢܐ: ܘܐܢ ܢܡܘܬ ܓܒܪܐ ܐܚܪܢܐ ܕܢܣܒܗ̇ ܐܘ ܢܫܒܩܝܗ̇ ܘܬܗܦܘܟ ܠܘܬ ܒܥܠܗ̇ ܩܕܡܝܐ: ܬܘܒ ܠܐ ܡܫܟܚ ܠܗ̇ ܠܡܣܒܗ̇ ܩܕܡܝܐ ܕܢܗܕܪ ܢܣܒܝܗ̇ ܡܢ ܒܬܪ ܕܐܬܛܡܐܬ. ܘܐܢ ܕܝܢ ܢܣܒܝܗ̇ ܗܐ ܡܬܛܡܝܐ ܛܡܝܬܐ ܐܪܥܐ ܗܝ. ܘܐܦ ܗܟܢܐ

caverant, Ionae praedicationem exceperunt conversionem ipsis adnuntiantis; paenitentiamque egerunt, et Deus eorum misertus est. Filiis quoque Israel, delictorum aucto numero, paenitentiam proclamavit; ipsi vero detrectaverunt. Per Ieremiam etenim eos vocavit, et ait : *Convertimini, filii paenitentes, et sanabo conversionem vestram*[1]. Rursus ad aures Ierusalem conclamans dixit : *Revertere ad me, filia paenitens*[2]. Et filiis Israel adhuc locutus est : *Revertimini et convertimini a viis vestris pessimis, et a malitia operum vestrorum*[3]. Ita quoque populo dixit : *Si ad me converteris, convertam te, et ante faciem meam stabis*[4]. Et iterum exprobrans eis, haec ait : *Dixi : Ad me revertere, habitatrix Israel, ex toto corde tuo; et non es reversa*[5]. Denuo vero parabolam super eos adsumpsit, et ipsis retulit ea quae in lege scripta sunt, voluitque legem mendacem efficere propter paenitentiam eorum. Dixit enim : *Cum acceperit vir mulierem, et illa recedens ab eo duxerit virum alterum; si alter qui eam accepit mortuus fuerit, aut dimiserit eam, et redierit ad priorem virum, non poterit amplius prior maritus recipere eam postquam polluta fuerit; si autem receperit eam, ecce polluta et con-*

AB] — 6 A ܐܟܪܙܬ. — 7 A ܬܘܒܝ. — 12 A ܬܘܒ. — 15 A ܒܟܝ. — 17 A ܘܨܒܐ. — 25 A ܢܣܒܝܗ. — 26 A ܛܡܝܬ.

[1] Ier. III, 10. — [2] Ier. III, 22. — [3] *Ib.* III, 12. — [4] *Ib.* XXV, 3. — [5] *Ib.* III, 7, 10.

taminata fuerit terra illa. Nunc autem te recepi, Ierusalem, et mea facta es, quae egressa fueras a me, et abieras, et fornicata eras in lapidibus et lignis. Nunc ergo revertere ad me, et suscipiam te, et propter paenitentiam tuam legem solvam[1].

ܐܝܟ ܢܩܒܠܝܗ ܠܟܝ ܐܘܪܫܠܡ ܘܗܘܝܬܝ ܠܝ ܘܢܦܩܬܝ ܡܢ ܠܘܬܝ ܘܐܙܠܬܝ ܘܙܢܝܬܝ ܒܟܐܦܐ ܘܒܩܝܣܐ: ܗܫܐ ܐܝܟ ܗܦܘܟܝ ܠܘܬܝ ܘܡܩܒܠ ܐܢܐ ܠܟܝ: ܘܡܛܠ ܬܝܒܘܬܟܝ ܢܡܘܣܐ ܫܪܐ ܐܢܐ܀

10. Nolite igitur revereri, paenitentes, ne a vobis praecidatur spes quae in scripturis est consignata; nam eo modo Spiritum Dei convenit admonere, terribileque monitum dedit in Ezechiele propheta, quando ei dixit : *Si cunctis diebus suis iudicium et iustitiam homo fecerit, et in fine vitae suae fecerit iniquitatem, morietur in peccato suo. Et cum iniquitatem homo fecerit omnibus diebus suis, et conversus fuerit, iudiciumque et iustitiam egerit, vivet anima eius*[2]. Hoc uno igitur verbo iustum praemonuit ne peccaret et cursum suum perderet; et pariter spem attulit impio, ut ab iniquitate sua recederet ac viveret, cum iterum Ezechieli dixit : Quamvis impio spem abstulerim, tu admonitione eum corripe; et cum iustum animo erexero, tu ei timorem immitte, ut sibi caveat. Si dicente me ad impium : *Morte morieris, non monueris eum, peccator in iniquitate sua morietur, sanguinem autem eius de manu tua requiram,* eo quod eum

ܠܐ ܬܒܗܬܘܢ ܐܘ ܬܝܒܐ܆ ܡܢ ܦܣܩ ܣܒܪܐ ܕܟܬܝܒ ܒܟܬܒܐ: ܡܛܠ ܕܠܪܘܚܗ ܕܐܠܗܐ ܗܘܝܐ ܝܐܐ ܠܗ ܠܡܙܗܪܘܬܗ. ܗܟܢ ܝܗܒ ܙܘܗܪܐ ܕܕܚܠܬܐ ܒܚܙܩܝܐܝܠ ܢܒܝܐ ܟܕ ܐܡܪ ܠܗ: ܕܐܢ ܟܠܗܘܢ ܝܘܡܘܗܝ ܢܥܒܕ ܒܪܢܫܐ ܕܝܢܐ ܘܙܕܝܩܘܬܐ ܘܐܚܪܝܬ ܝܘܡܘܗܝ ܢܥܒܕ ܥܘܠܐ: ܒܗ ܒܚܘܒܗ ܢܡܘܬ. ܘܐܢ ܥܘܠܐ ܢܥܒܕ ܒܪܢܫܐ ܟܠܗܘܢ ܝܘܡܘܗܝ ܘܢܬܘܒ ܘܢܥܒܕ ܕܝܢܐ ܘܙܕܝܩܘܬܐ: ܢܚܐ ܢܦܫܗ. ܒܗܕܐ ܚܕܐ ܡܠܬܐ ܙܗܪ ܠܙܕܝܩܐ ܕܠܐ ܢܚܛܐ ܘܢܘܒܕ ܪܗܛܗ: ܘܝܗܒ ܣܒܪܐ ܠܥܘܠܐ ܕܢܥܒܪ ܡܢ ܥܘܠܗ ܘܢܚܐ. ܬܘܒ ܐܡܪ ܠܗ ܠܚܙܩܝܐܝܠ: ܕܐܦ ܣܒܪܗ ܦܣܩܬ ܐܢܐ ܕܥܘܠܐ ܐܢܬ ܡܙܗܪܘܬܐ ܙܗܪܝܗܝ: ܐܦ ܟܕ ܡܠܒܒܘ ܡܠܒܒ ܐܢܐ ܠܙܕܝܩܐ ܐܢܬ ܕܚܠܬܐ ܣܝܡ ܩܕܡܘܗܝ ܕܢܙܕܗܪ ܠܗ ܕܐܡܪ ܐܢܐ ܠܚܛܝܐ ܕܡܡܬ ܬܡܘܬ: ܘܠܐ ܙܗܪܬܝܗܝ: ܚܛܝܐ ܒܥܘܠܗ ܢܡܘܬ. ܘܕܡܗ ܡܢ ܐܝܕܝܟ ܐܬܒܥ ܥܠ ܕܠܐ ܙܗܪܬܝܗܝ. ܘܐܢ

AB] — 1 A ܘܗܘܝܬܝ. — 7 A ܒܟܬܒܐ. — 19 A ܘܬܘܒ. — 20 A ܕܐܦ ܠܝ.

[1] Ier. III, 1; Deut. XXIV, 4. — [2] Ezech. XXIII, 18. Cf. XVIII, 21, 24.

ܐܙܗܪܬ ܠܚܛܝܐ: ܗܘ ܚܛܝܐ ܚܝܐ ܕܐܙܗܪܬܝܗܝ ܘܐܢܬ ܢܦܫܟ ܡܦܨܐ ܐܢܬ. ܘܟܕ ܬܐܡܪ ܠܙܕܝܩܐ: ܕܚܝܐ ܬܚܐ: ܘܢܬܬܟܠ ܥܠܗ ܥܠ ܗܕܐ: ܠܟ ܗܘ ܠܐ ܠܟ ܕܬܙܗܪܝܘܗܝ ܕܠܐ ܢܬܬܪܝܡ ܘܢܚܛܐ: ܘܗܘ ܢܚܐ ܕܐܙܗܪܬܗ ܘܐܢܬ ܢܦܫܟ ܡܦܨܐ ܐܢܬ. ܬܘܒ ܫܡܥܘ ܬܝܒܐ: ܠܐܝܕܐ ܦܫܝܛܬܐ ܘܩܪܝܐ ܠܬܝܒܘܬܐ. ܐܡܪ ܓܝܪ ܐܦ ܒܝܕ ܐܪܡܝܐ ܢܒܝܐ ܘܝܗܒ ܬܝܒܘܬܐ. ܘܐܡܪ ܓܝܪ ܐܡܪ: ܕܐܢ ܐܡܪ ܥܠ ܥܡܐ ܘܥܠ ܡܠܟܘܬܐ ܠܡܥܩܪ ܘܠܡܗܦܟ ܘܠܡܚܒܠܘ ܘܠܡܘܒܕܘ ܘܬܬܘܒ ܥܡܐ ܗܘ ܡܢ ܥܘܠܗ: ܐܗܦܟ ܐܢܐ ܡܢܗ ܒܝܫܬܐ ܕܓܙܪܬ ܥܠܘܗܝ. ܘܐܢ ܐܡܪ ܥܠ ܥܡܐ ܘܥܠ ܡܠܟܘܬܐ ܠܡܒܢܝܘ ܘܠܡܢܨܒ ܘܢܬܬܟܠ ܥܠ ܗܕܐ ܘܢܥܒܕ ܒܝܫ ܩܕܡܝ: ܐܗܦܟ ܐܦ ܐܢܐ ܡܢܗ ܛܒܬܐ ܕܡܠܟܬ ܥܠܘܗܝ ܘܒܥܘܠܗ ܘܒܚܛܗܘܗܝ ܐܘܒܕܝܘܗܝ ܀

ܫܡܥܘ ܬܘܒ ܐܦ ܐܢܬܘܢ ܐܚܝܕܝ ܩܠܝܕܐ ܕܬܪܥܐ ܕܫܡܝܐ ܘܦܬܚܘ ܬܪܥܐ ܠܬܝܒܐ. ܐܨܬܝܬܘ ܠܡܕܡ ܕܐܡܪ ܫܠܝܚܐ ܛܘܒܢܐ: ܕܐܢ ܐܢܫ ܡܢܟܘܢ ܢܬܡܛܐ ܒܡܟܫܠܬܐ: ܐܢܬܘܢ ܐܝܠܝܢ ܕܒܪܘܚ ܐܢܬܘܢ ܐܬܩܢܘܗܝ ܒܪܘܚܐ ܡܟܝܟܬܐ: ܘܗܘܝܬܘܢ ܟܕ ܙܗܝܪܝܢ ܕܠܡܐ ܐܦ ܐܢܬܘܢ

non monueris. *Si vero impium admonueris, peccator ille quem tu monueris vivet, et tu animam tuam liberabis. Cumque iusto dixeris : Vita vives; et ille in hoc confisus fuerit, eum debes admonere, ne exaltetur et peccet; et sic quem tu monueris vivet, et tu animam tuam liberabis*[1]. Rursus attendite, paenitentes, ad manum extensam et vocantem vos ad paenitentiam; nam per Ieremiam quoque prophetam loquens, paenitentiam concessit. Ait enim : *Si locutus fuero adversus gentem et adversus regnum, ut eradicem, et evertam, et destruam, et disperdam; et paenitentiam egerit gens illa ab iniquitate sua, tunc et ego avertam ab ea malum quod super eam decrevi. Et si locutus fuero de gente et regno, ut aedificem et plantem, et super hoc confisa, fecerit malum in conspectu meo, ego quoque avertam ab ea bonum quod ei promisi,* et in iniquitate sua et peccatis suis perdam eam[2].

11. Audite et vos qui claves portarum caeli tenetis, et fores aperite paenitentibus; auscultate quid beatus Apostolus dicat : *Si quis vestrum delicto laboraverit, vos qui spiritales estis, instaurate eum in spiritu lenitatis, et cauti estote, ne et vos tentemini*[3]. Etenim Apostolus formidabat cum eos

AB] — 3 A ܘܐܢ [ܘܟܕ. — 5 B ܕܬܙܗܪܝܘܗܝ. — 17 A ܐܢܐ ܐܦ ܡܢܗ. — 18 A ܒܥܘܠܗ. — 19 A ܐܘܒܕܝܘܗܝ. 23 A ܢܬܡܛܐ ܢܬܩܠ. — *Ib.* A ܢܬܡܛܐ.

[1] Ezech. III, 17-21; XXXIII, 7-9. — [2] Ier. XVIII, 7, 10. — [3] Gal. VI, 1.

admoneret; nam de se ipso ait : *Ne, cum ceteris praedicaverim, ipse reprobus efficiar*[1]. Hunc ergo qui inter vos delicto laboraverit nolite habere tanquam inimicum, verum adhortamini et commonete velut fratrem; nam si eum a vobis seiunxeritis, a Satana percutietur. Iterumque ait : *Debemus nos firmiores imbecillitatem infirmorum sustinere*[2]. Et rursus : *Claudicans ne deiiciatur, magis autem sanetur*[3].

12. Vos etiam adloquor, paenitentes, ne vobismetipsis artem hanc ad sanitatem datam denegetis. Dicit enim in Scriptura : *Qui peccata sua confessus fuerit, et reliquerit ea, misericordiam a Deo consequetur*[4]. Videte filium qui substantiam suam dissipaverat; quando ad patrem est reversus, gaudens super eum iste excepit eum, vitulum saginatum occidit ei, et de eius reditu laetatus est. Vocavit etiam amicos suos ut simul gauderent; et filium pater amplexatus est, osculaque ei dabat dicens : *Hic filius meus mortuus erat et revixit; perierat et inventus est*[5]; neque illum pater ob dissipatam substantiam reprehendit.

13. Ipse vero Dominus paenitentes

ܐܬܐܣܝ. ܕܥܠ ܗܘܐ ܓܝܪ ܡܡܠܟܢܐ ܘܙܗܪ ܐܢܘܢ. ܐܡܪ ܓܝܪ ܥܠ ܢܦܫܗ: ܕܠܡܐ ܐܢܐ ܕܠܐܚܪ̈ܢܐ ܐܟܪܙܬ ܐܢܐ ܡܣܠܝ ܐܫܬܟܚ ܠܝ. ܡܢ ܕܡܬܟܫܠ ܡܢܟܘܢ ܒܡܟܫܘܠܬܐ ܠܐ ܬܣܝܡ ܐܝܟ ܒܥܠܕܒܒܐ ܐܬܚܫܒܘܗܝ: ܐܠܐ ܡܠܟܘܗܝ ܡܠܟܝܢ ܘܡܙܗܪܝܢ ܠܗ ܐܝܟ ܕܠܐܚܐ. ܡܛܠ ܕܐܢ ܬܦܪܫܘܢܝܗܝ ܡܢܟܘܢ ܡܬܡܚܐ ܠܗ ܡܢ ܣܛܢܐ. ܬܘܒ ܐܡܪ: ܕܚܝܒܝܢ ܚܢܢ ܐܠܝܢ ܕܡܣܝܒܪܝܢ ܕܟܘܪܗܢܐ ܕܟܪ̈ܝܗܐ ܢܫܩܘܠ. ܬܘܒ ܐܡܪ: ܕܡܢ ܕܚܓܝܪ ܠܐ ܢܬܥܩܪ ܐܠܐ ܢܬܐܣܐ܀

ܘܐܦ ܠܟܘܢ ܬ̈ܝܒܐ ܐܡܪܢܐ ܕܠܐ ܬܟܠܘܢ ܡܢ ܢܦܫܟܘܢ ܦܘܪܫܢܐ ܗܢܐ ܕܐܬܝܗܒ ܠܐܣܝܘܬܐ. ܐܡܪ ܓܝܪ ܒܟܬܒܐ: ܕܡܘܕܐ ܒܚܛܗ̈ܘܗܝ ܘܫܒܩ ܠܗܘܢ ܡܬܪܚܡ ܡܢ ܐܠܗܐ. ܚܙܘ ܠܒܪܐ ܕܦܙܪ ܢܟ̈ܣܘܗܝ ܘܟܕ ܐܬܐ ܠܘܬ ܐܒܘܗܝ ܚܕܝ ܒܗ ܘܩܒܠܗ ܘܬܘܪܐ ܕܦܛܡܐ ܢܟܣ ܠܗ: ܘܚܕܝ ܐܒܘܗܝ ܒܡܐܬܝܬܗ ܘܩܪܐ ܐܦ ܪ̈ܚܡܘܗܝ ܕܢܚܕܘܢ ܥܡܗ: ܘܓܦܦܗ ܐܒܘܗܝ ܘܡܢܫܩ ܗܘܐ ܠܗ ܘܐܡܪ: ܕܒܪܝ ܗܢܐ ܡܝܬܐ ܗܘܐ ܘܚܝܐ ܘܐܒܝܕܐ ܗܘܐ ܘܐܫܬܟܚ: ܘܠܐ ܐܟܣܝܗ ܐܒܘܗܝ ܥܠ ܢܟ̈ܣܘܗܝ ܕܦܙܪ܀

ܘܠܒܟ ܐܦ ܡܪܢ ܠܬ̈ܝܒܐ ܘܐܡܪ:

AB] — 3 A ܘܠܐܚܪ̈ܢܐ. — 4 A add. ܠܗ [ܡܢ. — 14 A ܦܘܪܫܢܟܘܢ. — 20 A ܒܡܐܬܝܬܗ. — 21 A ܠܪ̈ܚܡܘܗܝ.

[1] I Cor. III, 27. — [2] Rom. XV, 1. — [3] Hebr. XII, 13. — [4] Prov. XXVIII, 13. — [5] Luc. XIII, 32.

ܕܠܐ ܐܬܝܬ ܕܐܩܪܐ ܠܙܕܝܩܐ ܐܠܐ ܠܚܛܝܐ ܠܬܝܒܘܬܐ. ܘܐܡܪ ܬܘܒ: ܕܬܗܘܐ ܚܕܘܬܐ ܒܫܡܝܐ ܥܠ ܚܕ ܚܛܝܐ ܕܬܐܒ ܝܬܝܪ ܡܢ ܬܫܥܝܢ ܘܬܫܥܐ ܙܕܝܩܝܢ ܕܠܐ ܤܢܝܩܝܢ ܠܬܝܒܘܬܐ. ܒܥܢܐ ܕܐܒܕ ܡܢ ܟܠܗ ܓܙܪܐ ܥܠ ܗܝ ܗܘ ܒܛܝܠ ܠܗ ܠܪܥܝܐ ܝܬܝܪ ܡܢ ܗܠܝܢ ܕܠܐ ܛܥܘ. ܡܫܝܚܐ ܓܝܪ ܡܛܠ ܚܛܝܐ ܡܝܬ ܘܠܐ ܡܛܠ ܙܕܝܩܐ ܐܝܟ ܕܐܡܪ ܒܢܒܝܐ: ܕܚܛܗܐ ܕܤܓܝܐܐ ܫܩܠ. ܫܠܝܚܐ ܐܡܪ: ܕܐܢ ܟܕ ܚܛܝܢ ܗܘܝܢ ܐܬܪܥܝ ܥܡܢ ܐܠܗܐ ܒܡܘܬܐ ܕܒܪܗ: ܟܡܐ ܗܟܝܠ ܝܬܝܪܐܝܬ ܒܬܪܥܘܬܗ ܢܚܐ ܒܚܝܘܗܝ.

ܡܢ ܕܡܘܕܐ ܒܤܟܠܘܬܗ ܫܒܩ ܠܗ ܐܠܗܐ. ܕܟܕ ܓܝܪ ܚܛܐ ܕܘܝܕ ܐܬܐ ܠܘܬܗ ܢܬܢ ܢܒܝܐ ܘܐܘܕܥܗ ܤܟܠܘܬܗ ܘܦܤܩ ܠܗ ܕܝܢܐ ܕܢܦܪܘܥ. ܗܝܕܝܢ ܐܘܕܝ ܕܘܝܕ ܘܐܡܪ: ܕܚܛܝܬ. ܐܡܪ ܠܗ ܢܒܝܐ: ܐܦ ܡܪܝܐ ܐܥܒܪ ܤܟܠܘܬܟ ܡܛܠ ܕܐܘܕܝܬ. ܘܟܕ ܨܠܝ ܗܘܐ ܐܡܪ: ܕܠܟ ܒܠܚܘܕܝܟ ܚܛܝܬ ܘܒܝܫܬܐ ܩܕܡܝܟ ܥܒܕܬ. ܘܒܥܐ ܬܘܒ ܡܢ ܐܠܗܐ ܘܐܡܪ: ܕܠܐ ܬܥܠܝܗܝ ܠܥܒܕܟ ܒܕܝܢܐ ܡܛܠ ܕܠܐ ܙܟܐ ܩܕܡܝܟ ܟܠ ܕܚܝ. ܘܐܦ ܫܠܝܡܘܢ ܢܒܝܐ ܐܡܪ: ܡܟܤܐ

confortavit, dum ait : *Non veni vocare iustos, sed peccatores ad paenitentiam*[1]. Dixit adhuc : *Erit gaudium in caelo super uno peccatore paenitentiam agente, magis quam super nonaginta novem iustis qui non indigent paenitentia*[2]. De ove ex universo grege perdita curam habet pastor plus quam de iis quae non erraverunt[3]. Christus enim propter peccatores mortuus est, non propter iustos, quemadmodum per prophetam dixit : *Ipse peccata multorum tulit*[4]. Apostolus autem ait : *Si cum peccatores essemus reconciliavit se Deus nobis per mortem Filii sui, quanto magis nunc in reconciliatione eius vivemus per vitam ipsius*[5].

14. Ei qui delictum suum confitetur Deus dimittit. Cum enim peccasset David, accessit ad eum Nathan propheta, et indicavit ei scelus eius cum paena quam erat soluturus. Tum confessus est David, dixitque : *Peccavi*. Respondit autem ei propheta : *Dominus quoque transtulit peccatum tuum, quoniam confessus es [illud]*[5]. Et quando oravit, dixit : *Tibi soli peccavi, et mala coram te feci*[6]. Rursusque Deum rogavit et ait : *Ne adducas in iudicium servum tuum, quia non iustificabitur in conspectu tuo omnis*

AB] — 3 A ܕܐܬܐܘ. — 5 A ܕܐܚܝܕ ܚܢܢܐ. — 6 A om. ܗܘ. — 9 A add. ܠܐ [ܗܘܐ. — *Ib.* A ܘܐܡܪ. — 10 A ܚܛܗܐ. — 11 A ܚܛܝܐ. — 13 A ܢܚܐ. — 18 A ܘܦܤܩ.

[1] Luc. v, 32. — [2] *Ib.* xv, 7. — [3] *Ib.* iv, Matth. 18, 12. — [4] Is. LIII, 12. Cf. I Cor. 15, 3. — [5] Rom. v, 10. — [6] II Sam. xii, 13.

vivens[1]. Salomon pariter dixit : *Quis aiet : Mundum es cor meum; purus sum a peccatis*[2]? Sed in lege etiam scriptum est orasse Moysem ante Deum et dixisse : *Qui dimittis iniquitatem atque peccatum, et iustificando non iustificas*[3]. Iterum cum vellet populum propter ipsius peccata delere, haec Moyses locutus est, orans atque supplicans : *Dimitte, inquit, populo tuo peccatum, sicut eis veniam contulisti ex Aegypto usque ad diem hanc. Dixitque illi Dominus : Dimitto eis iuxta verbum tuum*[4].

15. Vos igitur qui paenitentiam imploratis, similes efficiamini Aaron, sacerdotum principi, qui, cum populum ad scelus per vitulum induxisset, peccatum suum confessus est, illudque ei Dominus condonavit. David pariter, summus ex regibus Israel, peccatum suum confessus est, et veniam impetravit. Et tandem Simoni discipulorum principi, cum negando dixisset : Nunquam me Christus vidit; atque anathematizasset et iurasset : *Quia nescio hominem*[5]; subiit paenitentia, magnamque vim lacrimarum profudit; et suscepit eum Dominus, posuit eum in fundamentum, vocavitque eum Petram, Ecclesiae aedificationem.

ܢܐܡܪ: ܕܙܟܝ ܐܝܬ ܠܒܝ ܘܐܬܕܟܝܬ ܡܢ ܚܛܗܐ. ܘܐܦ ܒܢܡܘܣܐ ܟܬܝܒ ܕܨܠܝ ܡܘܫܐ ܩܕܡ ܐܠܗܐ ܘܐܡܪ: ܕܫܒܩ ܐܢܬ ܥܘܠܐ ܘܚܛܗܐ ܘܡܙܟܘ ܠܐ ܡܙܟܐ ܐܢܬ. ܘܐܦ ܟܕ ܨܒܐ ܕܢܚܒܠ ܠܥܡܗ ܡܛܠ ܚܛܗܘܗܝ ܗܟܢܐ ܐܡܪ ܡܘܫܐ ܟܕ ܒܥܐ ܘܡܬܟܫܦ ܘܐܡܪ ܠܗ: ܫܒܘܩ ܠܥܡܟ ܚܛܝܬܗ ܐܝܟ ܕܫܒܩܬ ܠܗܘܢ ܡܢ ܡܨܪܝܢ ܘܥܕܡܐ ܠܝܘܡܢܐ. ܘܐܡܪ ܠܗ ܐܠܗܐ: ܕܫܒܩ ܐܢܐ ܠܗܘܢ ܐܝܟ ܡܠܬܟ.

ܐܬܕܡܘ ܐܦ ܕܒܥܝܢ ܬܝܒܘܬܐ ܠܐܗܪܘܢ ܗܘ ܪܒܐ ܕܟܘܡܪܐ: ܕܟܕ ܐܚܛܝ ܠܥܡܐ ܒܥܓܠܐ ܐܘܕܝ ܥܠ ܚܛܗܘ ܘܫܒܩ ܠܗ ܡܪܝܐ. ܘܐܦ ܕܘܝܕ ܪܫܐ ܕܡܠܟܐ ܕܐܝܣܪܝܠ ܐܘܕܝ ܥܠ ܚܛܗܘܗܝ ܘܐܫܬܒܩ ܠܗ. ܘܐܦ ܫܡܥܘܢ ܪܫܐ ܕܬܠܡܝܕܐ ܟܕ ܟܦܪ ܕܡܫܝܚܐ ܠܐ ܚܙܐ ܠܝ: ܘܐܚܪܡ ܘܝܡܐ: ܕܠܐ ܝܕܥ ܐܢܐ ܠܗ: ܘܟܕ ܬܘܒ ܬܝܒܘܬܐ ܩܪܒ ܠܒܗ ܘܐܣܓܝ ܕܡܥܘܗܝ ܒܒܟܝܗ: ܩܒܠܗ ܡܪܢ ܘܥܒܕܗ ܫܬܐܣܬܐ ܘܩܪܝܗ ܟܐܦܐ ܒܢܝܢܐ ܕܥܕܬܐ܀

16. Nolite stulti fieri ut Adam, qui

ܠܐ ܬܗܘܘܢ ܣܟܠܐ ܐܝܟ ܐܕܡ ܕܒܥܐ

AB] — 2 3 A ܐܦ. — 6 A ܚܛܗܘܗܝ. — 7 A add. *Deum suum* ܡܢ ܐܠܗܗ [ܘܡܬܟܫܦ. — 13 A ܟܕ. — 16 A om. ܕܐܝܣܪܝܠ. — 17 A ܐܦ. — 19 A *peccata sua lacrymis fletus sui delerit* ܚܛܗܘܗܝ ܐܥܒܪ ܒܕܡܥܐ ܒܟܝܗ.

[1] Ps. LI (L), 4. — [2] Prov. XX, 9. — [3] Ex. XXXIV, 7. Cf. Num. XIV, 18. — [4] Num. XIV, 19, 20. — [5] Marc. XIV, 71. Matth. XXVI, 74.

ܕܢܘܕܐ ܣܟܠܘܬܗ: ܘܐܦ ܠܐ ܠܩܐܝܢ ܬܬܕܡܘܢ ܕܟܕ ܐܬܒܥܝ ܕܩܛܠ ܠܐܚܘܗܝ ܐܡܪ: ܕܠܐ ܝܕܥܢܐ ܐܝܟܘ ܗܒܝܠ ܡܛܠ ܕܠܐ ܗܘܝܬ ܢܛܘܪܗ: ܘܠܐ ܬܬܪܝܡܘܢ ܒܪܥܝܢܐ ܪܡܐ ܒܕܡܘܬܐ ܕܕܪܐ ܡܣܟܠܢܐ: ܘܠܐ ܬܘܣܦܘܢ ܚܘܒܐ ܥܠ ܚܘܒܐ ܘܬܘܣܦܘܢ ܬܣܓܘܢ ܕܡܙܟܝܢ ܐܢܬܘܢ ܢܦܫܟܘܢ ܟܕ ܚܝܒܝܢ ܐܢܬܘܢ ܚܘܪܘ ܠܐܒܗ̈ܬܐ ܩܕܡܝ̈ܐ ܕܐܦ ܟܕ ܙܕܝܩ̈ܐ ܗܘܘ ܠܡܘܟܟܐ ܫܥܒܕܝܢ ܗܘܘ ܢܦܫܗܘܢ. ܐܡܪ ܓܝܪ ܐܒܪܗܡ: ܕܐܢܐ ܐܝܬܝ ܥܦܪܐ ܘܩܛܡܐ: ܘܫܦܠ ܢܦܫܗ ܐܝܟ ܠܬܚܬܝܬܐ. ܘܐܦ ܕܘܝܕ ܐܡܪ: ܕܒܪ ܐܢܫܐ ܐܝܟ ܠܗܓܐ ܐܝܟ ܝܘܡܘܗܝ. ܘܫܠܝܡܘܢ ܐܡܪ ܘܙܗܪ: ܕܐܢ ܙܕܝܩܐ ܠܡܚܣܢ ܚܝܐ ܚܛܝܐ ܘܪܫܝܥܐ ܐܝܟܐ ܢܫܬܟܚ܀

ܒܥܢܐ ܡܢܟ ܚܒܝܒܝ ܒܪ̈ܚܡܘܗܝ ܕܐܠܗܐ ܕܠܐ ܡܛܠ ܕܟܬܒܬ ܠܟ: ܕܐܠܗܐ ܠܐ ܡܣܠܐ ܠܬܝ̈ܒܐ: ܬܬܪܦܐ ܠܟ ܡܢ ܙܗܝܪܘܬܟ ܘܬܗܘܐ ܠܟ ܣܢܝܩܘܬܐ ܥܠ ܬܝܒܘܬܐ. ܠܣܢܝ̈ܩܐ ܗܘ ܠܒܠܚܘܕ ܡܬܝܗܒܐ ܬܝܒܘܬܐ: ܗܘܐ ܕܝܢ ܬܗܘܐ ܠܟ ܕܥܠ ܬܝܒܘܬܐ ܠܐ ܬܗܘܐ ܣܢܝܩ: ܐܝܕܐ ܗܘܐ ܠܚܛܝ̈ܐ ܦܫܝܛܐ ܘܙܕܝ̈ܩܐ ܠܐ ܣܢܝܩܝܢ ܠܗ. ܙܕܩܐ ܓܝܪ ܠܡܣܟ̈ܢܐ ܗܘ ܡܬܝܗܒܐ ܘܥܬܝܪ̈ܐ ܠܐ ܣܢܝܩܝܢ ܠܗ. ܠܓܒܪܐ ܕܡܢ ܠܓܝܣ̈ܐ ܡܫܬܠܚ: ܠܗ ܝܗܒܝܢ ܕܢܟܣܐ ܕܢܚܦܐ ܦܘܪܣܝܗ ܕܒܗܬܐ. ܡܕܡ ܕܐܝܬ ܠܟ ܠܐ

peccatum suum confiteri erubuit. Neque Caino similes efficiamini, qui cum ob fratris caedem reprehenderetur respondit : *Ubi sit Abel nescio, nam custos eius non sum*[1]. Nec tumida cogitatione extollamini, instar generationis perversae[2]; et nolite scelus sceleri addere, et peccata multiplicare, vosmetipsos mundos declarantes, cum sitis nocentes. Adtendite ad priores patres, qui etiam cum iusti essent, humilitati se dederunt. Abraham etenim dixit : *Ego sum pulvis et cinis*[3], seipsum ad infimum usque demittens. David autem ait : *Hominis dies vaporis similes sunt*[4]. Salomon quoque nos erudit his verbis : *Si iustus vix salvabitur, peccator et impius ubi invenietur*[5]?

17. Te ergo obtestor, carissime, per misericordiam Dei; noli ex hoc quod tibi scripserim Deum paenitentes non reprobare, aliquid de tua virtute remittere, ne et tu paenitentia egeas. Paenitentia enim iis solis datur qui ea indigent. Tu vero cura ne tibi paenitentia opus sit. Peccatoribus porrigitur manus, iustis haud necessaria. Pauperibus quidem eleemosyna tribuitur; eam autem divites non requirunt. Homini quem latrones exspoliaverunt vestimenta dantur, quibus turpem nuditatem cooperiat. Noli quod tenes amittere, ne in recu-

AB] — 2 A ܘܐܡܪ. — 20 A ܠܣܢܝܩܐ.

[1] Gen. IV, 9. — [2] *Ib.* VI, 5. — [3] *Ib.* XVIII, 27. — [4] Ps. CXLIII, 4. — [5] Prov. XI, 31.

perando labores, incertus utrum illud reperturus sis annon. Quod si bona denuo nactus fueris, rei propriae nil habent simile; non enim aequalis est qui peccavit et paenitentiam agit, ei qui a crimine procul abest. Tu vero sublimem partem amplectere, et a quacumque ignobilitate segregare; in armis tuis strenuum valde te exhibe, ne in praelio feriaris, ac remedium te oporteat inquirere, et medicum adeundo labores. Sed etiam si perfecte sanatus fueris, plagae istae non ignotae manebunt. Noli ergo prae nimia fiducia medicinae attendere, ut tibi ipsi infamiam afferas; sed paenitentiam virtute supera. Vestem laceratam expedit resarcire; at licet arte multa restituatur, ab omnibus noscitatur. Saepes effracta magno labore instauratur; quamvis autem optime sit reaedificata, rimosa dicetur. Homo cuius perfoderint domum latrones, intra parietes exspoliabitur, eiusque iactura omnibus vulgabitur, nec nisi multo labore amissa recuperabit. Qui arborem pomiferam resecavit, diu exspectabit donec recreverit et fructus iterum pepererit. Qui fontem suum sulcis erivavit, ut eum occludat laborabit sudabitque; licet autem illum bene obturaverit, anxius erit ne supercre-

ܛܥܢ ܕܠܐ ܝܕܥ ܐܢܬ ܠܡܫܟܚܘܬܗ ܐܘ ܐܡܫܟܚܬܝܗܝܢ ܐܘ ܠܐ: ܘܐܦ ܟܕ ܛܒ ܬܫܟܚܝܗܝܢ ܕܝܠܟ ܠܐ ܕܡܝܐ: ܠܐ ܓܝܪ ܦܚܡ ܗܘ ܕܚܛܐ ܘܬܐܒ ܠܗܘ ܡܢ ܕܣܟܠܘܬܐ ܪܚܝܩܐ ܗܝ ܡܢܗ. ܐܝܟ ܡܢܬܐ ܛܒܬܐ ܗܘܝܬ ܐܚܝܕ: ܘܡܢ ܟܠܗ ܒܨܝܪܘܬܐ ܐܬܦܪܫ. ܐܬܚܝܠ ܒܗ ܒܙܝܢܟ ܛܒ ܛܒ: ܕܠܐ ܬܬܡܚܐ ܒܩܪܒܐ: ܠܐ ܬܗܘܐ ܒܣܢܝܩܐ ܠܡܒܥܐ ܣܡܐ ܘܬܬܠܐܐ ܒܡܐܙܠ ܠܘܬ ܐܣܝܐ: ܘܟܕ ܓܝܪ ܬܬܐܣܐ ܗܢܝܢ ܡܚܘܬܐ ܗܘܝܢ ܝܕܝܥܢ. ܠܐ ܬܬܬܟܠ ܛܒ ܕܗܘܐ ܐܝܟ ܐܣܝܘܬܐ ܘܬܬܠ ܢܦܫܟ ܠܫܡܐ ܒܝܫܐ: ܐܠܐ ܗܘܝ ܙܟܝܐ ܡܢ ܬܝܒܘܬܐ. ܡܢ ܕܨܪܝܐ ܢܚܬܗ ܦܩܚ ܠܚܝܛܘܗܝ ܕܢܬܚܡܛ: ܘܐܦ ܟܕ ܓܝܪ ܢܬܚܡܛ ܬܚܡܝܛܐ ܦܠܝܓ ܦܪܝܦ ܠܗ. ܘܡܢ ܕܬܪܥ ܣܝܓܗ ܒܢܝܐ ܠܗ ܒܥܡܠܐ: ܘܐܦ ܟܕ ܓܝܪ ܬܒܢܝܘܗܝ ܛܒܬܐ ܡܬܩܪܝܐ. ܘܡܢ ܕܒܝܬܗ ܓܢܒܐ ܦܠܫܝܢ ܠܗ ܡܢ ܓܘ ܡܬܦܠܫ: ܘܦܘܠܫܗ ܝܕܝܥܐ ܗܝ: ܘܒܥܡܠܐ ܣܓܝܐܐ ܦܢܐ ܡܕܡ ܕܐܒܕ. ܘܡܢ ܕܦܣܩ ܐܝܠܢ ܦܐܪܘܗܝ: ܢܣܟܐ ܗܘܐ ܥܕ ܡܫܠܦ ܘܝܗܒ ܦܐܪܐ. ܘܡܢ ܕܬܪܥ ܡܒܘܥܗ ܒܟܐܦܐ ܠܡܟܠܗ ܥܡܠܐ ܘܐܦ ܫܚܢ ܠܗ: ܘܟܕ ܓܝܪ ܢܣܟܪܝܘܗܝ ܕܚܠ ܡܢܗ ܕܠܡܐ ܢܦܩܘܢ ܡܝܐ

AB] — 4 A ܘܬܬܒܐ. — 5 A om. ܗܝ. — 7 A *roborare* ܐܬܚܝܠ. — 9 A ܗܡܟ. — 10 A ܠܘܬ] ܠܗ. — 16 A ܐܦ. — 18 A ܠܗ ܒܥܡܠܐ] ܒܥܡܠܐ. — *Ib.* A om. ܠܗ. — 19 A add. ܗܘ ܡܬܩܪܝܐ]. — 26 A ܟܕ ܘܐܦ. — 27 A ܕܚܠ.

ܘܬܪܥܘܢܗ. ܘܡܢ ܕܦܣܩ ܦܪܥܘܗ ܟܪܟܝ ܣܡܕܪܘܗ: ܡܬܓܠܙ ܡܢ ܡܐܟܘܠܬܐ ܕܥܢܒܐ. ܘܡܢ ܕܓܢܒ ܒܗܬܬܐ ܐܚܕ ܐܦܘܗܝ: ܘܥܕ ܫܒܩܝܢ ܠܗ ܚܛܗ ܘܡܬܥܡܠ. ܘܡܢ ܕܦܫܠ ܦܠܚܗ ܒܪܦܝܘܬܐ: ܢܣܒ ܐܓܪܐ ܘܡܪܟܢ ܪܫܗ ܘܠܐ ܡܫܟܚ ܠܡܬܒܥ ܝܬܝܪܐ. ܘܡܢ ܕܕܫ ܚܘܙܐ ܕܛܠܝܘܬܗ: ܚܕܐ ܠܘܬܗ ܕܥܬܝܩ ܝܘܡܬܐ. ܘܡܢ ܕܠܐ ܫܬܐ ܡܝܐ ܓܢܝܒܐ: ܡܬܬܢܝܚ ܥܠ ܡܒܘܥ ܚܝܐ ܀

ܐܘ ܐܢܬܘܢ ܕܐܙܕܡܢܬܘܢ ܠܐܓܘܢܐ. ܫܡܥܘ ܠܩܠܐ ܕܩܪܢܐ ܘܐܬܥܫܢܘ. ܘܐܦ ܠܟܘܢ ܐܡܪܢܐ ܐܚܝܕܝ ܩܪܢܬܐ: ܟܗܢܐ ܘܣܦܪܐ ܘܚܟܝܡܐ: ܩܪܘ ܘܐܡܪܘ ܠܟܠܗ ܥܡܐ: ܡܢ ܕܕܚܠ ܢܦܢܐ ܠܗ ܡܢ ܐܓܘܢܐ: ܕܠܐ ܢܬܒܪ ܠܒܐ ܕܐܚܘܗܝ ܐܝܟ ܠܒܗ. ܘܡܢ ܕܢܨܒ ܟܪܡܐ ܢܗܦܘܟ ܠܦܘܠܚܢܗ: ܕܠܐ ܢܬܪܐ ܒܗ ܘܢܪܦܐ ܒܩܪܒܐ. ܘܡܢ ܕܡܟܪ ܐܢܬܬܐ ܘܨܒܐ ܕܢܣܒܝܗ ܢܗܦܘܟ ܠܗ ܘܥܡ ܐܢܬܬܗ ܢܚܕܐ. ܘܡܢ ܕܒܢܐ ܒܝܬܐ ܢܗܦܘܟ ܠܘܬܗ: ܕܠܡܐ ܢܬܕܟܪ ܒܝܬܗ ܘܠܐ ܢܬܟܬܫ ܡܟܬܫܢܐܝܬ. ܠܝܚܝܕܝܐ ܗܘ ܝܐܐ ܐܓܘܢܐ ܡܛܠ ܕܠܩܕܡܝܗܘܢ ܚܙܝܢ ܐܦܝܗܘܢ ܘܠܐ ܡܬܪܢܝܢ ܡܢ ܕܒܣܬܪܗܘܢ. ܡܛܠ ܕܣܝܡܬܗܘܢ ܩܕܡܝܗܘܢ ܐܝܟ ܘܡܢܝܡ

scentes aquae rimam aperiant. Si quis etiam gemmantem pampinum obtruncaverit, uvarum esu defraudabitur. Furis vultui rubor suffunditur, et donec ei paena remittatur, opera laboreque exercetur. Qui segniter in vinea laboraverit, accipiet demisso capite mercedem; ampliorem autem nequibit postulare. Qui iuventutis impetum calcaverit, apud Antiquum dierum laetabitur. Et qui furtivas aquas non biberit, ad fontem vitae recreabitur.

18. O vos qui ad pugnam convocati estis, audite sonitum tubae, et confortamini. Sed vos etiam adloquor, qui tubas gestatis, sacerdotes, doctores ac sapientes; conclamate, et universo populo dicite : Qui metuit, a praelio discedat, ne fratrum suorum animum frangat, quemadmodum et ipse deficit. Si quis vineam plantaverit, revertatur ut pastinet eam, ne de ipsa dum cogitat, cedat in pugna. Si quis sibi uxorem desponsaverit eamque ducere voluerit, abeat ille, et cum uxore laetetur. Qui domum aedificavit ad ipsam redeat, ne in mentem ei veniat, et non probe decertet. Solitarios pugna decet, qui quae ante sunt prospicientes, quae retro sunt non cogitant[1]. Nam thesauri eorum ante

AB] — 2 A add. ܠܗ [ܡܬܓܠܙ. — 4 A ܘܥܕ [ܘܥܡ. — 9 A ܡܝܐ [ܡܝܐ. — 13 A om. ܩܪܢܬܐ. — 16 A ܢܬܒܪ. — *Ib.* A ܐܚܘܗܝ. — 17 A add. ܠܗ [ܢܗܦܘܟ.

[1] Cf. Matth. xx, 9 et seqq.

illos praemissi sunt; spolia quae retulerint ipsis servabuntur integra, et lucrum maximum consequentur. Vos iterum qui tuba canitis moneo, ut cum adhortationem compleveritis, eos qui recesserint observetis, residuosque inspiciatis, et ad probationis aquas eos ducatis, qui animas suas ad praelium obtulerint. Strenuus quisque probabitur aqua; socordes autem inde separabuntur.

19. Audi autem, carissime, quale mysterium Gedeon in figura praenuntiaverit. Collectis ab eo viris ad pugnam, legisperiti ex verbis legis, sermonibusque superius a me recitatis monitionem fecerunt; tum recessit de exercitu populus multus, his solis remanentibus qui ad bellum electi erant. Ait autem ad Gedeon Dominus : *Duc eos ad aquas, et ibi proba illos. Qui lingua lambuerit aquas ille ad certamen promptus animosusque est; qui autem pronus in ventrem biberit aquam, segnis iste est ac timidus, neque ad pugnam poterit accedere*[1]. Magnum autem mysterium, carissime, Gedeon praefiguravit, significans baptismum mysteriumque certaminis, et solitariorum exemplum. Populum enim admonuit priusquam ad aquae probationem accederet; illisque per aquas exploratis,

ܕܟܪܡܝ ܟܠܗ ܠܢܦܫܗܘܢ ܗܘܐ ܡܫܬܟܚ ܫܠܡܘܬܗܘܢ ܡܢ ܝܬܝܪܘܬܐ. ܠܟܘܢ ܕܝܢ ܐܡܪ ܐܢܐ ܩܪܝ ܩܪܢܬܐ: ܡܐ ܕܫܠܡܬܘܢ ܠܡܟܪܙܘܬܐ ܚܙܘ ܠܕܗܦܟܝܢ ܘܒܚܪܘ ܠܐܝܠܝܢ ܕܡܫܬܚܪܝܢ ܘܐܚܬܘ ܐܢܘܢ ܠܡܝܐ ܕܒܘܚܪܢܐ ܠܐܝܠܝܢ ܕܢܦܫܗܘܢ ܡܫܠܡܝܢ ܠܩܪܒܐ. ܟܠ ܕܚܠܝܡ ܡܝܐ ܒܚܝܢ ܠܗ: ܘܐܝܠܝܢ ܕܡܪܫܠܝܢ ܡܢ ܬܡܢ ܡܬܦܪܫܝܢ܀

ܫܡܥ ܕܝܢ ܚܒܝܒܝ ܐܪܙܐ ܗܢܐ ܕܨܝܪ ܓܕܥܘܢ ܚܬܡ ܒܕܡܘܬܗ. ܟܕ ܟܢܫܗ ܠܓܒܪܐ ܠܩܪܒܐ ܙܗܪܘ ܣܦܪ̈ܐ ܡܠܐ ܢܡܘܣܐ ܘܦܬܓܡܐ ܕܡܢ ܠܥܠ ܩܪܝܬ ܠܗ: ܗܦܟܝܢ ܗܘܘ ܥܡܐ ܣܓܝܐܐ ܡܢ ܚܝܠܐ. ܘܟܕ ܐܫܬܪܝܘ ܐܝܠܝܢ ܕܐܬܓܒܝܘ ܠܩܪܒܐ ܐܡܪ ܠܗ ܡܪܝܐ ܠܓܕܥܘܢ: ܐܚܬ ܐܢܘܢ ܠܡܝܐ ܘܒܚܘܢ ܐܢܘܢ ܬܡܢ. ܡܢ ܕܠܚܟ ܡܝܐ ܒܠܫܢܗ ܡܫܬܪܗܒ ܘܠܒܝܒ ܠܡܩܪܒ ܠܩܪܒܐ: ܘܡܢ ܕܢܦܠ ܥܠ ܟܪܣܗ ܠܡܫܬܐ ܡܝܐ ܪܦܐ ܘܕܚܝܠ ܡܢ ܕܢܬܩܪܒ ܠܩܪܒܐ. ܪܒ ܗܘ ܕܝܢ ܗܢܐ ܐܪܙܐ ܚܒܝܒܝ ܕܨܝܪ ܓܕܥܘܢ ܚܬܡ ܠܡܥܡܘܕܝܬܐ ܘܡܬܟܬܫܢܘܬܐ ܘܐܪܙܗ ܕܐܓܘܢܐ ܘܕܡܘܬܐ ܕܝܚܝܕܝܐ. ܙܗܪ ܓܝܪ ܘܙܗܪ ܠܥܡܐ ܩܕܡ ܠܡܥܒܪ ܠܒܘܚܪܢܐ ܕܡܝܐ. ܐܦ ܟܕ ܒܡܝܐ

AB] — 2 A ܡܫܠܡܝܢ ܗܘܘ sic. — 6 A ܠܒܘܚܪܢܐ. — 12 B ܣܦܪ̈ܐ. — 13 A ܘܦܬܓܡܐ. — 14 A ܘܗܦܟܘ. — 15 A ܟܕ. — 19 A ܘܡܫܬܪܗܒ. — *Ib.* A ܠܩܪܒܐ ܠܡܩܪܒ. — 27 A ܘܐܦ.

[1] Iud. vii, 5.

ܒܠܚܘܕ ܐܢܘܢ ܡܢ ܥܣܪܐ ܐܠܦܝܢ ܠܩܪܒܐ ܓܒܝܢ ܐܬܓܒܝܘ ܟܠܗܘܢ ܠܡܥܒܕ ܐܣܛܘܢܐ: ܫܠܡܐ ܕܝܢ ܗܕܐ ܠܡܠܬܗ ܕܡܪܢ ܕܐܡܪ: ܕܣܓܝܐܐ ܐܢܘܢ ܩܪܝܐ ܘܙܥܘܪܝܢ ܓܒܝܐ ✤

ܡܛܠܗܢܐ ܗܢܘܢ ܬܩܥܝ ܒܩܪ̈ܢܬܐ ܟܪ̈ܘܙܐ ܕܥܕܬܐ: ܢܩܪܘܢ ܘܢܙܗܪܘܢ ܠܟܠܗ ܩܝܡܗ ܕܐܠܗܐ ܡܢ ܩܕܡ ܡܥܡܘܕܝܬܐ ܠܐܝܠܝܢ ܕܐܬܢܕܪܘ ܢܦܫܗܘܢ ܠܒܬܘܠܘܬܐ ܘܠܩܕܝܫܘܬܐ: ܥ̈ܠܝܡܐ ܘܒܬܘ̈ܠܬܐ ܘܩܕ̈ܝܫܐ ܘܢܙܗܪܘܢ ܐܢܘܢ ܟܪ̈ܘܙܐ ܘܢܐܡܪܘܢ: ܕܡܢ ܕܠܒܗ ܣܝܡ ܠܒܢܝܢܐ ܕܡܫܬܘܬܐ ܢܫܬܘܬܦ ܡܢ ܩܕܡ ܡܥܡܘܕܝܬܐ ܕܠܡܐ ܢܦܠ ܒܩܪܒܐ ܘܢܬܩܛܠ: ܘܡܢ ܕܕܚܠ ܡܢ ܗܕܐ ܡܢܬܐ ܕܐܬܟܬܫܐ ܢܗܦܘܟ ܠܗ ܕܠܡܐ ܢܬܒܪ ܠܒܐ ܕܐܚܘܗܝ ܐܝܟ ܠܒܗ: ܘܡܢ ܕܩܢܝܢܐ ܪܚܡ ܢܗܦܘܟ ܡܢ ܚܝܠܐ ܕܠܡܐ ܟܕ ܢܬܩܦ ܩܪܒܐ ܢܬܕܟܪ ܩܢܝܢܗ ܘܢܗܦܘܟ ܠܗ: ܘܡܢ ܕܡܢ ܐܬܟܬܫܐ ܗܦܟ ܗܘܐ ܠܗ ܚܣܕܐ. ܡܢ ܕܢܦܫܗ ܠܐ ܐܬܒܝܢ ܘܙܝܢܐ ܒܓܘܫܡܗ ܠܐ ܠܒܫ ܐܢ ܗܦܟ ܠܐ ܡܬܠܓܠܓ: ܐܠܐ ܓܒܪܐ ܕܡܫܠܡ ܢܦܫܗ ܘܠܒܫ ܙܝܢܐ ܐܢ ܗܦܟ ܡܢ ܩܪܒܐ ܗܘܐ ܠܗ ܓܘܚܟܐ. ܠܓܒܪ ܕܢܦܫܗ ܡܣܪܩܐ ܘܐܠ ܠܗ ܠܡܬܟܬܫܘ ܡܛܠ ܕܠܐ ܡܬܕܟܪ ܡܕܡ ܕܒܣܬܪܗ ܘܗܦܟ ܠܘܬܗ ✤

trecenti viri tantummodo ex decem millibus ad committendum praelium electi sunt. Id autem consentit sermoni Domini dicentis : *Multi sunt vocati, pauci vero electi*[1].

20. Propterea, qui tubas inflant, ecclesiae scilicet praedicatores, pariter debent universum Dei foedus convocare, et ante baptismum commonere; et iis qui seipsos virginitati ac sanctitati sponte devovent, iuvenibus et virginibus et profitentibus sanctitatem, talem monitionem dare : Qui ad connubii opus animum tradidit, ante baptismum coniungatur, ne in praelio occumbat et occidatur. Qui hanc praelii sortem formidat, revertatur, ne fratrum suorum animum frangat, sicut et ipse deficit. Qui facultates diligit, ab acie discedat, ne cum praelium invaluerit, possessionum suarum cogitatione abducatur; discedens autem a pugna, opprobrium incurret. Qui se nondum obtulit neque induit arma, si refugiat non vituperatur; vir autem qui animam suam devovit et arma circumdedit, si de praelio secedat, irrisioni traditur. Hominem omnibus expeditum pugnare oportet, cui nulla eorum quae post se reliquit cogitatio succurrat, neque ad ea revertatur.

AB] — 8 A add. ܘܢܙܗܪܘܢ [ܡܥܡܘܕܝܬܐ]. — 10 B *virginibusque sanctis monitionem dabunt* ܘܩܕ̈ܝܫܬܐ ܢܬܠܐ ܙܘܗܪܐ ܐܢܘܢ. — 22 A ܕܡܫܟܚܐ. — 23 A ܠܐ ܗܦܟ ܡܢܐ ܕܗܦܟ.

[1] Matth. xx, 16; xxii, 14.

21. Cum igitur universo foederi Dei praedicaverint, annuntiaverintque et monita dederint, ad aquas baptismi omnes ad praelium electos iubebunt accedere, eosque probabunt. Post baptismum autem, strenuos et imbelles dispicient; bonorum animos augebunt; molles vero et timidos a bello palam avertent, ne obruente eos praelio, arma sua abscondant, aufugiant et vincantur. Ait enim [Deus] Gedeoni : *Deduc ad aquas eos qui animas suas obtulerunt*[1]. Cumque descendisset populus ad aquas, iterum ait Dominus Gedeoni : *Quicumque lambuerint aquam sicut solet canis lingua lambere, hi tecum ad bellum procedent. Qui autem ad bibendam aquam accubuerint, non pergent tecum*[2]. Magnum est etiam, carissime, mysterium cuius signum [Deus] Gedeoni praemonstravit dicens : *Quicumque lambuerit aquam sicut canis, ad pugnam oportet procedere*[3]. Siquidem e cunctis animantibus quae simul cum homine creata sunt, nullum perinde atque canis adiungitur hero, die nocteque excubias habens, et, licet ab hero saepius verberetur, ipsum tamen nunquam deserens; et si herum venantem comitetur, illeque robusto occurrat leoni, ipse pro

ܘܡܐ ܕܐܟܪܙܘ ܘܩܥܘ ܘܙܗܪܘ ܠܟܠܗ ܩܝܡܗ ܕܐܠܗܐ: ܢܩܪܘܢ ܐܢܘܢ ܠܡܝܐ ܕܡܥܡܘܕܝܬܐ ܠܐܝܠܝܢ ܕܐܬܓܒܝܘ ܠܐܓܘܢܐ ܘܢܒܚܪܘܢ. ܘܡܢ ܒܬܪ ܡܥܡܘܕܝܬܐ ܢܚܙܘܢ ܐܝܠܝܢ ܕܚܠܝܨܝܢ ܘܐܝܠܝܢ ܕܪܦܝܢ: ܠܚܠܝܨܐ ܗܠܐ ܠܡܠܒܒܘ: ܘܠܪܦܝܢ ܘܕܚܝܠܝܢ ܠܒܪ ܢܦܩܘܢ ܡܢ ܐܓܘܢܐ ܕܩܪܒܐ ܕܠܡܐ ܟܕ ܢܬܬܩܦ ܐܢܘܢ ܩܪܒܐ ܢܛܫܘܢ ܙܝܢܝܗܘܢ ܘܢܥܪܩܘܢ ܘܢܬܙܟܘܢ. ܐܡܪ ܠܗ ܓܝܪ ܠܓܕܥܘܢ: ܐܚܬ ܐܢܘܢ ܠܡܝܐ ܠܐܝܠܝܢ ܕܐܝܬܝܘ ܢܦܫܗܘܢ. ܘܟܕ ܢܚܬ ܥܡܐ ܠܡܝܐ ܐܡܪ ܠܗ ܡܪܝܐ ܠܓܕܥܘܢ: ܟܠ ܐܝܠܝܢ ܕܠܩܝܢ ܡܝܐ ܐܝܟ ܕܠܩܐ ܟܠܒܐ ܒܠܫܢܗ ܗܢܘܢ ܢܐܙܠܘܢ ܥܡܟ ܠܩܪܒܐ: ܘܟܠ ܐܝܠܝܢ ܕܢܚܢܘܢ ܠܡܫܬܐ ܡܝܐ ܠܐ ܢܐܙܠܘܢ ܥܡܟ ܠܩܪܒܐ. ܪܒ ܗܘ ܐܪܙܐ ܗܢܐ ܚܒܝܒܝ ܕܦܪܫ ܘܚܘܝ ܐܠܗܐ ܠܓܕܥܘܢ. ܐܡܪ ܠܗ ܓܝܪ: ܕܟܠ ܕܠܩܐ ܡܝܐ ܐܝܟ ܟܠܒܐ ܠܗ ܘܠܐ ܠܡܐܙܠ ܠܩܪܒܐ. ܘܡܢ ܟܠ ܚܝܘܢ ܕܐܬܒܪܝ ܥܡ ܒܪܢܫܐ ܠܝܬ ܕܢܩܝܦ ܠܡܪܗ ܐܝܟ ܟܠܒܐ ܘܢܛܪ ܡܛܪܬܗ ܒܐܝܡܡܐ ܘܒܠܠܝܐ: ܘܐܦ ܟܕ ܡܡܚܐ ܡܚܝܐ ܠܗ ܡܪܗ ܗܘ ܡܢ ܠܘܬܗ ܠܐ ܡܫܒܩܐ: ܘܟܕ ܥܡ ܡܪܗ ܢܦܘܩ ܠܨܝܕܐ ܘܢܦܓܥ ܒܗ ܒܡܪܗ ܐܪܝܐ ܕܬܩܝܦ: ܢܦܫܗ ܠܡܘܬܐ ܡܫܠܡ ܚܠܦ

AB | — 2 A ܩܡܚܐ. — *Ib.* A om. ܘܕܐܠܗܐ. — 12 B ܢܚܬܘ. — 13 A ܘܠܐܚܪ. — 17 A om. ܗܘ. — 20 A + *totis viribus* ܡܢ ܟܠ ܚܝܠܗܘܢ.

[1] Iud. IV. 3. — [2] *Ib.* IV. 5. — [3] Iud. VII. 5.

ܡܪܗ. ܗܟܢܐ ܐܝܬܝܗܘܢ ܓܒܪ̈ܐ ܐܝܠܝܢ ܕܐܬܦܪܫܘ ܥܠ ܡܝܐ: ܕܒܬܪ ܡܪܗܘܢ ܐܙܠܝܢ ܐܝܟ ܟܠܒ̈ܐ: ܘܢܦܫܗܘܢ ܡܫܠܡܝܢ ܠܡܘܬܐ ܚܠܦ ܐܦܘܗܝ: ܘܩܪܒܗ ܡܩܪܒܝܢ ܒܚܦܝܛܘܬܐ: ܘܢܛܪܝܢ ܡܛܪܬܗ ܒܐܝܡܡܐ ܘܒܠܠܝܐ: ܘܢܒܚܝܢ ܐܝܟ ܟܠܒ̈ܐ ܟܕ ܡܬܗܓܝܢ ܒܢܡܘܣܐ ܐܝܡܡܐ ܘܠܠܝܐ: ܘܪܚܡܝܢ ܠܡܪܗܘܢ ܘܡܠܚܟܝܢ ܫܘ̈ܡܘܗܝ ܟܕ ܦܓܪܗ ܢܣܒܝܢ ܘܣܝܡܝܢ ܠܗ ܩܕܡ ܥܝܢܝ̈ܗܘܢ ܘܡܠܚܟܝܢ ܠܗ ܒܠܫܢܝ̈ܗܘܢ ܐܝܟ ܕܡܠܚܟ ܟܠܒܐ ܠܡܪܗ. ܘܐܝܠܝܢ ܕܒܢܡܘܣܐ ܠܐ ܡܬܗܓܝܢ ܡܬܩܪܝܢ ܟܠܒ̈ܐ ܓܘ̈ܓܐ ܕܠܐ ܡܫܟܚܝܢ ܠܡܢܒܚ. ܘܟܠ ܐܝܠܝܢ ܕܠܐ ܚܦܝܛܝܢ ܠܨܘܡܐ ܡܬܩܪܝܢ ܟܠܒ̈ܐ ܕܚܨܝܦܐ ܢܦܫܗܘܢ ܘܠܐ ܝܕܥܝܢ ܠܡܣܒܥ. ܘܐܝܠܝܢ ܕܚܦܝܛܝܢ ܠܡܒܥܝܘ ܪ̈ܚܡܐ ܢܣܒܝܢ ܠܚܡܐ ܕܒ̈ܢܝܐ ܘܪܡܝܢ ܠܗܘܢ. ܀

ܘܐܡܪ ܬܘܒ ܡܪܝܐ ܠܓܕܥܘܢ: ܐܝܠܝܢ ܕܪܒܥܝܢ ܠܡܫܬܐ ܡܝܐ ܠܐ ܢܐܙܠܘܢ ܥܡܟ ܠܩܪܒܐ ܕܠܐ ܢܦܠܘܢ ܘܢܬܙܟܘܢ ܒܩܪܒܐ. ܡܛܠ ܕܩܕܡܘܗܝ ܣܡܘ ܐܪܙܐ ܕܡܦܘܠܬܐ ܕܚܒܠܢܐܝܬ ܡܝܐ ܫܬܝܢ ܗܘܘ. ܡܛܠ ܗܢܐ ܚܒܝܒܝ ܘܠܐ ܠܗܘܢ ܠܐܝܠܝܢ ܕܒܐܓܘܢܐ ܠܐ ܢܬܕܡܘܢ ܠܗܘܢ ܠܕܚܠܢ̈ܐ ܕܠܐ ܢܗܦܟܘܢ ܠܗܘܢ ܡܢ ܐܓܘܢܐ ܘܢܗܘܘܢ ܓܘܚܟܐ ܠܟܠܗܘܢ ܚܒܪܝ̈ܗܘܢ. ܀

AB] — 9 A ܣܝܡܝܢ. — 14 B desinit ܢܦܫܗܘܢ.

hero mortem oppetit. Atqui tales se habent viri strenui qui ad aquas segregati sunt. Dominum suum velut canes sequuntur, seipsos pro eo morti offerunt, et pugnam eius alacriter pugnant; excubias eius diu noctuque custodiunt, velut canes allatrant, dum nempe in lege die ac nocte meditantur; et Dominum diligunt, eiusque vulnera delingunt, dum ipsius Corpus suscipientes, sibi ante oculos propositum lingua lambunt, sicut canis herum delingit. Qui vero legem non meditantur, *canes muti, latrare non valentes* dicuntur; et qui ad ieiunium non sunt intenti, vocantur *canes avidissimi nescientes saturari*[1]. Qui vero in imploranda misericordia solliciti sunt, accipiunt panem filiorum, eisque proiiciunt[2].

22. Dixit rursum ad Gedeonem Dominus : *Qui incubuerint ad hauriendam aquam, tecum ad praelium non procedent*[3], ne occumbentes in praelio superentur. Hi nempe qui segniter aquam hauriebant lapsum mystice praefigurabant. Quamobrem, carissime, eos oportet qui in pugna succumbunt timidis istis similes non effici, ne a certamine recedant, universisque sodalibus suis irrisioni habeantur.

[1] Is. LVI, 10, 11. — [2] Matth. XV, 26. — [3] Iud. VII, 5.

23. Sed audi etiam, amice, sermonem hunc : Noli, eo quod tibi e Scripturis demonstravi Deum paenitentes non respuere, tibi ipsi nimium confidere atque audacter peccare; nec pariter propter ea quae tibi dixi, ille qui percussus fuerit animo frangatur, et paenitentiam non expostulet. Talem decet toto vitae tempore in luctu permanere, non autem superbire, et reum inde fieri. Servus qui coram domino suo deliquit, in gratiam cum eo volens redire, mutat vestimentum, et mane vespereque illum convenit, quaerens ut excipiatur. Et cum Dominus constantiam hominis perspexerit, delictum dimittet et gratiam suam ei conciliabit. Si hero dixerit : Contra te peccavi; illum eius miserebit; si vero reus dixerit hero : Non deliqui; graviorem domini furorem sibi concitabit. Memento, carissime, filii qui cum facultates dissipasset, statim ut patri confessus est delictum, veniam ab illo accepit. Peccatrix similiter pluribus obligata sceleribus, ut ad Dominum accessit, dimisit ille ei peccata multa, et misericordiam exhibuit. Zachaeus quoque publicanus peccator erat; delicta vero confessus est, ignovitque ei Dominus. Et Salvator ait : *Non veni vocare iustos, sed peccatores ad paenitentiam*[1].

ܫܡܥ ܕܝܢ ܚܒܝܒܝ ܡܠܬܐ ܗܕܐ: ܠܐ ܬܬܚܠܨ ܕܐܚܘܝܬܟ ܡܢ ܟܬܒܐ ܕܐܠܗܐ ܠܐ ܡܣܠܐ ܠܬܝ̈ܒܐ ܐܬܟܠ ܠܟ ܘܬܡܪܚ ܠܡܚܛܐ: ܘܠܐ ܬܬܚܠܨ ܕܐܡܪܬ ܠܟ ܗܠܝܢ ܢܬܒܪ ܠܒܗ ܗܘ ܕܡܚܐ ܘܠܐ ܢܒܥܐ ܬܝܒܘܬܐ. ܗܟܢܐ ܓܝܪ ܝܐܐ ܠܗ ܕܒܟܠܗܘܢ ܝܘܡܬܗ ܒܐܒܠܐ ܢܗܘܐ ܕܠܐ ܢܬܪܘܡ ܘܢܬܚܝܒ ܠܗ. ܥܒܕܐ ܐܝܢܐ ܕܡܣܟܠ ܩܕܡ ܡܪܗ ܘܨܒܐ ܠܡܦܢܝܘ ܕܢܬܪܥܐ ܠܗ ܡܪܗ ܘܡܚܠܦ ܘܡܫܚܠܦ ܠܒܘܫܗ ܨܦܪܐ ܢܦܩ ܒܐܦܘܗܝ: ܘܟܕ ܚܙܐ ܡܪܗ ܕܐܡܝܢ ܗܘ ܠܒܗ ܫܒܩ ܠܗ ܣܟܠܘܬܗ ܘܡܬܪܥܐ ܠܗ. ܐܢ ܓܝܪ ܐܡܪ ܠܡܪܗ ܕܐܣܟܠܬ ܠܟ: ܚܐܣ ܠܗ ܡܪܗ. ܐܢ ܕܝܢ ܟܕ ܐܣܟܠ ܢܐܡܪ ܠܡܪܗ ܕܠܐ ܚܛܝܬ: ܡܘܣܦ ܠܗ ܥܠ ܪܘܓܙܗ ܕܡܪܗ. ܐܬܕܟܪ ܚܒܝܒܝ ܠܒܪܐ ܕܦܪܚ ܢܟܣܘܗܝ: ܘܟܕ ܐܘܕܝ ܠܐܒܘܗܝ ܫܒܩ ܠܗ ܣܟܠܘܬܗ. ܘܐܦ ܚܛܝܬܐ ܕܣܓܝܐܢ ܚܘܒܝܗ: ܘܟܕ ܩܪܒܬ ܠܘܬ ܡܪܢ ܫܒܩ ܠܗ ܚܛܗܝܗ ܣܓܝܐܐ ܘܚܢܗ. ܘܐܦ ܙܟܝ ܡܟܣܐ ܚܛܝܐ ܗܘܐ: ܘܐܘܕܝ ܒܚܛܗܘܗܝ ܘܫܒܩ ܠܗ ܡܪܢ. ܘܐܦ ܦܪܘܩܢ ܗܟܢܐ ܐܡܪ: ܕܠܐ ܐܬܝܬ ܕܐܩܪܐ ܠܙܕܝܩܐ ܐܠܐ ܠܚܛܝܐ ܠܬܝܒܘܬܐ. ܡܪܢ ܓܝܪ ܡܛܠ ܡܚܝܠܐ ܚܛܝܐ ܘܠܐ ܗܘܐ ܫܪܝܪܐ ܗܘܐ ܒܬܝܒܘܬܗ. ܘܐܦ ܫܠܝܚܐ ܐܡܪ ܥܠ ܢܦܫܗ: ܕܪܕܘܦܐ ܗܘܝܬ ܘܨܥܘܪ ܘܡܓܕܦܢܐ ܘܐܬܪܚܡ ܥܠܝ ܐܠܗܐ. ܬܘܒ ܗܟܢܐ

A — 19 A ܠܗ ܚܛܗܘܗܝ sic.

[1] Luc. v, 32.

ܐܡܪ: ܕܡܫܝܚܐ ܚܠܦܝܢ ܡܝܬ. ܟܒܪܐ ܥܢܐ ܕܐܒܕ ܡܢ ܟܠܗ ܓܙܪܐ ܒܥܝܗ ܡܪܗ ܘܐܫܟܚܗ ܘܚܕܝ ܒܗ: ܚܕܘܬܐ ܗܘܝܐ ܠܡܠܐܟܝ ܫܡܝܐ ܟܕ ܚܛܝܐ ܬܐܒ ܡܢ ܥܘܠܗ. ܠܐ ܓܝܪ ܨܒܝܢܐ ܐܒܐ ܕܒܫܡܝܐ ܕܢܐܒܕ ܚܕ ܡܢ ܗܠܝܢ ܙܥܘܪܐ ܕܚܛܘ ܘܡܬܒܥܝܢ ܠܗܘܢ ܬܝܒܘܬܐ. ܠܐ ܐܬܐ ܡܪܢ ܕܢܩܪܐ ܠܙܕܝܩܐ ܐܠܐ ܠܚܛܝܐ ܠܬܝܒܘܬܐ. ܟܠ ܡܢ ܕܡܬܟܪܗ ܡܢܢ ܢܣܡܘܟ ܡܢ ܚܫܗ: ܘܥܠ ܕܡܬܬܩܠ ܢܬܐܠܡ ܚܫܘܗܝ܀

Dominus enim pro peccatoribus mortuus est, neque inanis fuit adventus eius. Apostolus etiam de seipso dixit : *Blasphemus fui, et persecutor, et contumeliosus*[1], sed Deus misertus est mei. Rursumque ait : *Christus mortuus est pro nobis*[2]. Etenim ovem ex toto grege perditam Dominus eius quaesivit, invenitque, et gavisus est super ea. Gaudium est Angelis caeli cum peccator ab iniquitate sua revertitur[3]. *Non enim est voluntas Patris caelestis ut pereat unus ex pusillis istis*[4], qui peccaverunt et paenitentiam inquirunt. *Non venit Dominus vocare iustos, sed peccatores ad paenitentiam*[5]. Quicumque inter nos aegrotat, eum a morbo sublevemus; et pro omni homine qui scandalizatur doleamus.

ܟܕ ܠܚܕ ܡܢ ܗܕܡܝܢ ܢܡܚܐ ܟܐܒܐ ܣܓܝ ܢܬܥܡܠ ܒܥܘܩܢܗ ܥܕܡܐ ܕܢܬܐܣܐ: ܟܕ ܚܕ ܡܢ ܗܕܡܝܢ ܢܫܬܒܚ ܟܠܗ ܦܓܪܐ ܗܕܝܪ ܘܙܗܐ: ܘܟܕ ܠܚܕ ܡܢ ܗܕܡܝܢ ܢܡܚܐ ܟܐܒܐ ܒܟܠܗ ܦܓܪܐ ܠܚܡܬܗ ܐܫܬܐ. ܟܠ ܕܡܟܫܠ ܠܚܕ ܡܢ ܗܠܝܢ ܙܥܘܪܐ ܢܬܠܐ ܒܝܡܐ ܟܕ ܪܚܝܐ ܕܚܡܪܐ ܒܨܘܪܗ. ܘܡܢ ܕܚܕܐ ܒܒܝܫܬܐ ܕܐܚܘܗܝ ܩܪܝܒ ܕܬܒܪܗ ܗܘܐ ܠܗ. ܘܡܢ ܕܪܦܣ ܒܪܓܠܗ ܟܠ ܐܚܘܗܝ ܠܐ ܢܬܚܣܐ. ܠܡܚܘܬܗ ܕܡܡܝܩܢܐ ܠܝܬ ܠܗ ܐܣܝܘܬܐ: ܘܡܒܙܚܢܐ ܚܘܒܘܗܝ ܠܐ ܡܫܬܒܩܝܢ. ܡܢ ܕܚܦܪ ܓܘܡܨܐ ܢܦܠ ܒܗ: ܘܕܡܥܓܠ ܟܐܦܐ ܥܠܘܗܝ ܗܦܟܐ. ܡܢ ܕܡܫܬܪܐ

24. Cum enim aliquod membrum morbus invaserit, ex eius ulceratione laborabimus donec sanatus fuerit. Et si membrum unum laudabile est, totum corpus nitet atque splendet. Si vero uni membro subit aegritudo, totum corpus febri gravatur. *Omnis qui scandalizaverit unum de pusillis istis, mola asinaria collo eius appendetur, ut in mare mittatur*[6]. Qui de malo proximi sui gavisus fuerit, cito propriam contritionem inveniet. Qui fratrem pede percusserit, veniam non habebit. Plagis irrisoris remedium non datur, et sannionis debita non remittuntur. Qui foveam aperit, in ipsam cadet; et qui saxum volutat, contra ipsum illud

AB] — 14 B incipit ܗܘܪܢ· — 15 A ܒܟܠܗ. — 22 A ܘܡܒܙܚܢܐ· — 23 A ܘܕܡܥܓܠ· — 24 A ܡܢ·

[1] Tim. I, 13. — [2] I Thess. V, 10. — [3] Luc. XV, 7. — [4] Matth. XVIII, 14. — [5] Luc. V, 32. — [6] Matth. XVIII, 6.

revertetur. Qui labitur et cadit, ne dicat : Quilibet mihi similis erit; sicut nec dives qui in paupertatem incidit dicere potest : Divites omnes mihi similes fient; si enim huius votum exaudiretur, ipsius egestati quis subveniret?

4. Si vero sabbatum ad iustitiam datum fuisset, utique priusquam Israeli praeciperetur, Adae tradi debuisset, ut illius custodia iustificaretur; neque imposuisset ei Deus legem ex arbore scientiae boni et mali non comedendi, ne moreretur; verum quia non erat Adam addictus labori donec praeceptum transgressus esset, sabbatum ei non iniunxit; postquam autem praeceptum transgressus est, tunc operis laborisque sententiam accepit; ut terram tanquam nocens reusque opera-

ܐܬܝܗܒܬ ܠܟܠܗ ܒܪܝܬܐ ܕܥܡܠܐ ܠܢܝܚܐ. ܐܠܘ ܓܝܪ ܠܐ ܗܘܐ ܡܛܠ ܢܝܚܐ ܐܬܝܗܒܬ ܠܟܠܗ ܦܓܪ ܕܥܡܠ: ܡܟܝܠ ܘܠܐ ܗܘܐ ܕܒܙܒܢܐ ܩܕܡܝܐ ܒܪܝܬܐ ܕܠܐ ܥܡܠܢ ܘܠܐ ܗܘܐ ܠܗܘܢ ܕܐܦ ܗܢܘܢ ܢܛܪܘܢ ܫܒܬܐ ܐܝܟ ܕܢܙܕܕܩܘܢ. ܐܠܐ ܚܙܝܢ ܚܢܢ ܕܫܡܫܐ ܪܕܐ: ܘܣܗܪܐ ܡܗܠܟ: ܘܟܘܟܒܐ ܪܗܛܝܢ: ܘܪܘܚܐ ܢܫܒܢ: ܘܥܢܢܐ ܦܪܚܝܢ: ܘܦܪܚܬܐ ܪܕܝܐ: ܘܡܒܘܥܐ ܡܬܬܠܝܢ ܒܡܒܘܥܝܗܘܢ: ܘܓܠܠܐ ܪܡܫܝܢ: ܘܒܪܩܐ ܢܦܠܝܢ ܘܡܢܗܪܝܢ ܠܒܪܝܬܐ: ܘܪܥܡܐ ܒܙܒܢܝܗܘܢ ܡܬܚܣܢܝܢ ܢܥܡܝܢ: ܘܐܝܠܢܐ ܝܗܒܝܢ ܦܐܪܝܗܘܢ: ܘܡܬܪܒܝܢܘܬܐ ܕܟܠ ܪܒܘ ܡܬܚܝܠܐ: ܘܡܕܡ ܠܐ ܡܬܚܙܐ ܠܢ ܕܐܬܬܢܝܚ ܒܝܘܡܐ ܕܫܒܬܐ ܠܒܪ ܡܢ ܒܢܝ ܐܢܫܐ ܘܒܥܝܪܐ ܐܝܠܝܢ ܐܝܢܐ ܕܫܥܒܕܝܢ ܒܥܡܠܐ ܐܝܬܝܗܘܢ܀

ܐܢ ܓܝܪ ܠܙܕܝܩܘܬܐ ܐܬܝܗܒܬ ܫܒܬܐ: ܡܢ ܩܕܡ ܐܝܣܪܝܠ ܓܝܪ ܠܐܕܡ ܘܠܐ ܗܘܐ ܕܐܬܝܗܒܬ ܗܘܬ ܕܢܛܪܝܗ ܘܢܙܕܕܩ ܒܗ: ܘܠܐ ܕܝܢ ܣܡ ܠܗ ܐܠܗܐ ܢܡܘܣܐ ܕܡܢ ܐܝܠܢܐ ܕܝܕܥܬܐ ܕܛܒܬܐ ܘܒܝܫܬܐ ܠܐ ܢܐܟܘܠ ܕܠܐ ܢܡܘܬ. ܐܠܐ ܡܛܠ ܕܠܐ ܫܥܒܕ ܗܘܐ ܐܕܡ ܠܥܡܠܐ ܥܕܠܐ ܢܥܒܪ ܦܘܩܕܢܐ ܠܐ ܣܡ ܠܗ ܫܒܬܐ: ܐܠܐ ܒܬܪ ܕܥܒܪ ܦܘܩܕܢܐ ܗܝܕܝܢ ܗܘ ܩܒܠ ܦܣܩܐ ܕܥܡܠܐ ܘܠܐܘܬܐ ܕܢܦܠܘܚ

3 A ܕܙܒܢܐ — 10 A ܘܪܥܡܐ

ܠܐܪܥܐ ܐܝܟ ܚܝܘܬܐ ܘܡܫܬܥܒܕܢܐ: ܘܓܙܪ ܥܠܘܗܝ ܡܘܬܐ܀

ܘܐܠܘ ܗܘܐ ܒܫܒܬܐ ܗܘܐ ܙܕܝܩܘܬܐ ܚܢܘܟ ܒܗ ܫܦܪ ܗܘܐ ܘܟܠܗܘܢ ܕܪܐ ܕܒܬܪ ܒܬܪܗ. ܘܐܦ ܠܐ ܢܘܚ ܢܛܪ ܫܒܬܐ ܕܒܗ ܢܬܩܪܐ ܐܡܝܢܐ ܘܕܟܝܐ ܡܢ ܚܛܗܐ: ܐܠܐ ܗܠܝܢ ܐܡܪ ܠܗ ܐܠܗܐ ܠܢܘܚ: ܕܠܟ ܚܙܝܬ ܙܕܝܩܐ ܘܬܡܝܡܐ ܒܕܪܐ ܗܢܐ. ܘܠܐ ܗܘܐ ܒܢܛܪ ܫܒܬܐ ܐܙܕܕܩ: ܐܠܐ ܕܢܛܪ ܬܡܝܡܘܬܐ ܒܕܪܐ ܡܥܩܡܐ ܐܝܟ ܕܡܘܕܥ ܥܒܕܘܗܝ ܘܡܠܬܐ: ܡܛܠ ܕܐܦ ܠܐ ܟܬܝܒ ܕܐܬܚܠܛ ܒܗ ܒܥܠܡܐ. ܗܘܐ ܠܟܝܬ ܢܘܚ ܒܪ ܚܡܫܡܐܐ ܫܢܝܢ. ܟܕ ܡܠܠ ܥܡܗ ܐܠܗܐ ܘܐܡܪ ܠܗ: ܕܠܟ ܚܙܝܬ ܙܕܝܩܐ ܐܝܟ ܘܬܡܝܡ ܩܕܡܝ ܒܕܪܐ ܗܢܐ. ܘܬܡܝܡܘܬܗ ܐܝܟ ܡܐ ܕܡܬܚܘܝܐ ܠܢ ܕܟܘܬܐ ܗܕܐ ܗܘܬ: ܕܟܕ ܚܙܐ ܕܐܬܚܠܛ ܠܗ ܕܪܐ ܕܫܝܬ ܥܡ ܒܢܝܐ ܕܩܐܝܢ ܕܠܝܛܝܢ ܗܘܘ: ܩܡ ܒܪܥܝܢܗ ܕܐܢܬܬܐ ܠܐ ܢܣܒ ܘܒܢܝܐ ܠܐ ܢܘܠܕ ܕܠܐ ܢܬܚܠܛܘܢ ܘܢܬܠܛܛܘܢ ܥܡܗܘܢ ܥܡ ܫܪܒܬܐ ܕܩܐܝܢ ܙܪܥܐ ܠܝܛܐ. ܘܟܕ ܚܙܐ ܐܠܗܐ ܠܠܒܗ ܕܕܟܐ ܗܘܐ ܘܬܡܝܡ ܨܒܐ ܕܡܢܗ ܢܗܘܐ ܚܘܕܬܐ ܠܥܠܡܐ ܕܐܬܚܫܒ ܕܢܚܒܠ ܐܢܘܢ ܡܛܠ ܥܘܠܗܘܢ. ܘܗܝܕܝܢ ܡܠܠ ܥܡܗ ܟܕ ܐܝܬܘܗܝ ܒܪ ܚܡܫܡܐܐ ܫܢܝܢ ܘܐܡܪ: ܕܠܟ ܚܙܝܬ ܕܬܡܝܡ ܐܢܬ ܩܕܡܝ ܒܕܪܐ ܗܢܐ: ܟܕ ܒܪܐ ܕܒܛܝܠܐ ܠܟܝܬ ܗܘܐ ܠܗ:

A]

retur; et mortem super eum [Deus] sanxit.

5. Si per sabbatum facta fuisset iustificatio, Henoch per illud placuisset, et omnes generationes quae eum subsecutae sunt. Sed neque ob sabbati custodiam Noe vocatus est perfectus et purus a scelere, verum haec ei Deus locutus est : *Vidi te iustum et integrum in generatione hac*[1]. Non igitur sabbati observantia iustificatus est, sed quod innocentiam in generatione perversa servavit, sicut ipsa res ostendit; non enim scriptum est Noe saeculo se unquam immiscuisse. Noe filius erat quingentorum annorum quando locutus est ad eum Dominus et dixit ei : *Vidi te iustum et integrum coram me in generatione hac*; eiusque perfectio, qualis nobis significatur, huiuscemodi fuit : cum vidisset generationem Seth cum filiis domus Cain maledictis se commiscuisse, in animum induxit uxorem non accipere, filiosque non procreare, ne cum familia Cain, semine maledicto, commiscerentur et maledicerentur. Vidensque Deus cor eius purum et innocens, voluit ex eo fieri mundo renovationem[2], cum eos propter iniquitatem eorum delere cogitasset. Et tunc cum eo locutus est, filio iam quingentorum annorum, et dixit : *Vidi*

[1] Gen. VII, 1. — [2] Eccli. XLIV, 17.

te integrum coram me in generatione hac[1]; nondum enim ei proles nata erat, quia, ut e facto ipso docemur, quemadmodum etiam supra notavi, Noe uxorem non adsumpsit toto illo tempore, donec cum eo locutus est Deus et dixit ei : *Vidi te integrum coram me in generatione hac. Nunc igitur, fac tibi arcam ligneam in qua protegaris*[2]. Quae cum audisset Noe a Deo arcam sibi iubente fabricare, et dicente : ***Delendo delebo homines a facie terrae, eo quod corruperunt viam suam***[3]: tum, anno quingentesimo duxit Noe uxorem e filiabus Seth, e benedicto iustorum semine, genuitque Sem, Cham et Iaphet, et hosce tres filios suos Noe admonuit ne mulieres e filiabus Cain acciperent; deditque eis e semine iustorum uxores, ut semen ex eis super faciem terrae servaretur, atque ab eis mundus restitueretur. Ut autem noveris haec ita se habere, annorum computatione te edocebo.

6. Sem, primogenitus Noe, duobus post diluvium annis filium genuit Arphaxad. Sem autem centum annos natus erat cum genuit Arphaxad, duobus post diluvium annis. Exinde nobis apparet Noe quingentos et duos annos natum genuisse Sem. Disce igitur ex hac supputatione Noe uxorem non accepisse priusquam cum eo Deus colloqueretur;

ܡܛܠ ܕܐܝܟ ܕܡܫܬܡܥ ܠܢ ܗܘ ܣܘܥܪܢܐ
ܐܝܟ ܕܐܦ ܠܥܠ ܪܫܡܬ ܕܢܘܚ ܐܢܬܬܐ ܠܐ
ܢܣܒ ܒܗܘ ܟܠܗ ܙܒܢܐ ܥܕܡܐ ܕܡܠܠ
ܥܡܗ ܐܠܗܐ ܘܐܡܪ ܠܗ: ܕܚܙܝܬܟ ܙܕܝܩܐ
ܘܬܡܝܡ ܐܢܬ ܩܕܡܝ ܒܕܪܐ ܗܢܐ. ܗܫܐ ܥܒܕ
ܠܟ ܬܒܘܬܐ ܕܩܝܣܐ ܕܬܬܛܫܐ ܒܗ.
ܘܟܕ ܫܡܥ ܢܘܚ ܕܦܩܕܗ ܐܠܗܐ
ܠܡܥܒܕ ܬܒܘܬܐ ܘܐܡܪ ܠܗ: ܕܡܚܐ
ܡܚܐ ܐܢܐ ܠܒܢܝܢܫܐ ܡܢ ܐܦܝ ܐܪܥܐ ܡܛܠ
ܕܚܒܠܘ ܐܘܪܚܬܗܘܢ. ܗܝܕܝܢ ܒܫܢܬ
ܚܡܫܡܐܐ ܢܣܒ ܢܘܚ ܐܢܬܬܐ ܡܢ ܒܢܬܗ
ܕܫܝܬ ܙܪܥܐ ܡܒܪܟܐ ܕܙܕܝܩܐ: ܘܐܘܠܕ ܠܫܝܡ
ܘܠܚܡ ܘܠܝܦܬ. ܘܗܢܘܢ ܬܠܬܐ ܙܗܪ ܐܢܘܢ
ܢܘܚ ܠܒܢܘܗܝ ܕܢܫܐ ܡܢ ܒܢܬܗ ܕܩܐܝܢ ܠܐ
ܢܣܒܘܢ: ܐܠܐ ܝܗܒ ܠܗܘܢ ܡܢ ܙܪܥܐ ܕܙܕܝܩܐ
ܢܫܐ: ܐܝܟ ܕܢܬܢܛܪ ܡܢܗܘܢ ܙܪܥܐ ܥܠ
ܐܦܝ ܐܪܥܐ: ܘܢܬܩܝܡ ܡܢܗܘܢ ܥܠܡܐ.
ܘܕܬܕܥ ܕܗܠܝܢ ܗܟܢܐ ܐܝܬܝܗܝܢ ܐܢܐ ܐܚܘܝܟ
ܡܢ ܚܘܫܒܢ ܫܢܝܐ܀

ܫܝܡ ܒܘܟܪܗ ܕܢܘܚ ܐܘܠܕ
ܫܢܝܢ ܡܢ ܒܬܪ ܛܘܦܢܐ ܗܘܐ ܠܗ
ܒܪܐ ܐܪܦܟܫܕ. ܘܗܘ ܫܝܡ ܒܪ ܡܐܐ ܗܘܐ
ܫܢܝܢ ܟܕ ܐܘܠܕ ܠܐܪܦܟܫܕ ܬܪܬܝܢ ܫܢܝܢ
ܡܢ ܒܬܪ ܛܘܦܢܐ. ܡܢ ܗܠܝܢ ܡܬܝܕܥܐ
ܠܢ ܕܟܕ ܢܘܚ ܒܪ ܚܡܫܡܐܐ
ܘܬܪܬܝܢ ܫܢܝܢ ܐܘܠܕ ܠܫܝܡ. ܘܡܢ ܗܢܐ
ܚܘܫܒܢܐ ܐܣܬܟܠ ܕܢܘܚ ܐܢܬܬܐ ܠܐ

AB [illegible] 12 B [illegible] pl ܗܢܐ — 13 A ܘܗܢܘܢ ܗܠܝܢ

[1] Gen. VII, 1. — [2] Ib. VII, 1. VI, 14. — [3] Ib. VI, 7. 12. 13.

ܢܣܒ ܡܢ ܩܕܡ ܕܡܡܠܠ ܥܡܗ ܐܠܗܐ: ܘܐܦ ܠܐ ܠܒܢܘܗܝ ܢܣܒ ܢܫܐ ܥܕܡܐ ܠܝܘܡܐ ܕܗܘܐ ܥܐܠ ܠܩܒܘܬܐ. ܐܠܘ ܓܝܪ ܢܣܒ ܐܢܬܬܐ ܒܛܠܝܘܬܗ ܐܦ ܒܢܝܐ ܡܘܠܕ ܗܘܐ ܐܝܟ ܐܕܡ ܕܟܕ ܗܘܐ ܡܐܐ ܘܬܠܬܝܢ ܫܢܝܢ ܐܘܠܕ ܠܫܝܬ: ܘܫܝܬ ܟܕ ܗܘܐ ܡܐܐ ܘܚܡܫ ܫܢܝܢ ܐܘܠܕ ܠܐܢܘܫ: ܘܐܢܘܫ ܟܕ ܬܫܥܝܢ ܫܢܝܢ ܐܘܠܕ ܠܩܝܢܢ: ܘܩܝܢܢ ܟܕ ܫܒܥܝܢ ܫܢܝܢ ܐܘܠܕ ܠܡܗܠܠܐܝܠ: ܘܡܗܠܠܐܝܠ ܟܕ ܫܬܝܢ ܘܚܡܫ ܫܢܝܢ ܐܘܠܕ ܠܝܪܕ: ܘܝܪܕ ܟܕ ܗܘܐ ܡܐܐ ܘܫܬܝܢ ܘܬܪܬܝܢ ܫܢܝܢ ܐܘܠܕ ܠܚܢܘܟ: ܘܚܢܘܟ ܟܕ ܫܬܝܢ ܘܚܡܫ ܫܢܝܢ ܐܘܠܕ ܠܡܬܘܫܠܚ: ܘܡܬܘܫܠܚ ܟܕ ܗܘܐ ܡܐܐ ܘܬܡܢܝܢ ܘܫܒܥ ܫܢܝܢ ܐܘܠܕ ܠܠܡܟ: ܘܠܡܟ ܐܒܘܗܝ ܕܢܘܚ ܟܕ ܗܘܐ ܡܐܐ ܘܬܡܢܝܢ ܘܬܪܬܝܢ ܫܢܝܢ ܐܘܠܕܗ܀

ܐܦ ܗܘ ܗܟܘܬ ܢܣܒ ܐܢܬܬܐ ܡܢ ܩܕܡ ܕܢܡܠܠ ܥܡܗ ܐܠܗܐ: ܐܝܟ ܐܒܗܘܗܝ ܡܘܠܕ ܗܘܐ: ܡܛܠ ܕܠܐ ܗܘܬ ܥܩܪܘܬܐ ܡܬܚܪܡܐ ܗܘܬ ܥܠܘܗܝ: ܡܛܠ ܕܒܗܘ ܙܒܢܐ ܒܘܪܟܬܐ ܗܘܘ ܢܣܒܝܢ ܒܢܝ ܐܕܡ ܕܢܦܪܘܢ ܘܢܣܓܘܢ ܒܫܪܒܬܗܘܢ ܐܝܟ ܕܢܬܡܠܐ ܥܠܡܐ ܒܗܘܢ. ܢܘܚ ܓܝܪ ܕܢܛܪ ܐܬܟܣܝܘܬܐ ܠܐ ܗܘܐ ܡܢ ܢܦܫܗ ܕܚܠ ܗܘܐ ܕܙܪܥܐ ܢܬܚܠܛ ܠܗ ܥܡ ܙܪܥܐ ܠܝܛܐ ܕܒܝܬ ܩܐܝܢ: ܐܠܐ ܕܟܕ ܢܣܒ ܐܢܬܬܐ ܘܡܘܠܕ ܒܢܝܐ ܘܒܢܘܗܝ ܢܒܪܘܢ

neque etiam filiis suis uxores elegisse ante diem quo arcam ingressus est. Si enim uxorem in iuventute sua duxisset, filios etiam genuisset, sicut Adam, qui cum centum et triginta esset annos natus, genuit Seth; et Seth, qui natus annos centum et quinque genuit Enos; Enos autem nonaginta annos natus, genuit Cainan. Et Cainan filius septuaginta annorum genuit Malaleel. Malaleel autem filius annorum septuaginta quinque genuit Iared. Et Iared, natus centum sexaginta duos annos genuit Henoch. Henoch autem sexaginta quinque annos natus genuit Mathusalam. Et Mathusala natus annos centum octoginta septem genuit Lamech. Et Lamech, pater Noe, cum natus esset annos centum octoginta duo, genuit eum.

7. Sed iste pariter, si antequam cum eo collocutus esset Deus, uxorem duxisset, liberos, sicut et patres eius, genuisset; non enim fuerat super eum sterilitas indicta; quia tunc temporis benedictionem acceperant filii Adam, qua crescerent ac multiplicarentur in generationibus suis, ut mundus eis repleretur. Noe enim custodiens innocentiam non sibimetipsi verebatur ne maledicto semini domus Cain se unquam commisceret, sed ne cum uxorem duxisset liberosque pro-

AB] — 17 B ܗܘܘ. — 19 A ܗܘܘ. — 26 A ܕܒܝܬ ܩܐܝܢ. — 27 B ܘܡܘܠܕ.

creasset, isti legem temerarent, ac mulieres ex illo semine acciperent. Videns autem Deum secum collocutum esse, sibique dixisse : *Delebo homines a facie terrae, teque solum servabo*[1]; tum uxorem sumpsit, ut prolem acciperet, qua mundus repararetur, ipseque fieret pater rectorum et iustorum. Elegitque eum Spiritus sanctus, ut Christus, mundi Vivificator, maledictiones Adae sublaturus, ex eius semine nasceretur. Tum ergo, cito accepit de semine benedicto uxorem, et genuit Sem, patrem iustorum, anno quingentesimo secundo vitae suae, duobus annis postquam eum Deus allocutus fuerat. Cumque tres filios genuisset, arcam exstruere coepit, suosque filios monuit ne uxores ducerent priusquam arcam ingrederentur, ne sibi liberos procrearent, qui viam suam corrumperent, et propter sua peccata non servarentur ab ira ventura. Sic igitur filios suos nonaginta septem annos custodivit, deinde uxores eis elegit e benedicto patrum suorum semine; et anno sexcentesimo vitae Noe, locutus est ad eum Dominus et ait ei : *Ingredere in arcam, tu et uxor tua, et filii tui, et uxores filiorum tuorum tecum*[2]. Ingressus est ergo Noe in arcam cum esset sexcentos annos natus; Sem autem filius eius an-

ܢܡܘܣܐ ܘܢܣܒܘܢ ܢܫ̈ܐ ܡܢ ܗܘ ܙܪܥܐ. ܐܠܐ ܟܕ ܚܙܐ ܕܐܠܗܐ ܡܠܠ ܥܡܗ ܘܐܡܪ ܠܗ: ܕܡܚܐ ܐܢܫܐ ܟܠܗܘܢ ܐܢܐ ܡܢ ܐܦ̈ܝ ܐܪܥܐ ܘܠܟ ܒܠܚܘܕ ܡܦܨܐ ܐܢܐ: ܗܝܕܝܢ ܢܣܒ ܐܢܬܬܐ ܐܝܟ ܕܢܗܘܐ ܠܗ ܙܪܥܐ ܕܢܬܩܝܡ ܡܢܗ ܥܠܡܐ ܘܢܗܘܐ ܐܒܐ ܠܟܐܢ̈ܐ ܘܠܙܕܝ̈ܩܐ. ܘܓܒܝܗܝ ܠܗ ܪܘܚܐ ܕܩܘܕܫܐ ܕܐܦ ܡܫܝܚܐ ܡܚܝܢܗ ܕܥܠܡܐ ܡܫܩܠ ܠܘ̈ܛܘܗܝ ܕܐܕܡ ܡܢ ܙܪܥܗ ܢܬܝܠܕ. ܗܝܕܝܢ ܣܪܗܒܐܝܬ ܢܣܒ ܐܢܬܬܐ ܡܢ ܙܪܥܐ ܒܪܝܟܐ ܢܣܒ ܘܐܘܠܕ ܠܫܝܡ ܐܒܐ ܕܙܕܝ̈ܩܐ ܒܫܢܬ ܚܡܫܡܐܐ ܘܬܪܬܝܢ ܫܢ̈ܝܢ ܠܚܝ̈ܘܗܝ ܘܒܫܢܬ ܬܪܬܝܢ ܕܡܠܠ ܥܡܗ ܐܠܗܐ: ܟܕ ܐܘܠܕ ܬܠܬܐ ܒܢ̈ܝܢ ܫܪܝ ܠܡܥܒܕ ܩܒܘܬܐ: ܘܙܗܪ ܐܢܘܢ ܠܒܢ̈ܘܗܝ ܕܠܐ ܢܣܒܘܢ ܢܫ̈ܐ ܥܕܡܐ ܠܡܥܠܐ ܕܢܥܠܘܢ ܠܩܒܘܬܐ: ܕܕܠܡܐ ܢܗܘܘܢ ܠܗܘܢ ܒܢ̈ܝܐ ܘܢܚܒܠܘܢ ܐܘܪܚܗܘܢ ܘܡܛܠ ܚܛܗ̈ܝܗܘܢ ܠܐ ܢܬܢܛܪܘܢ ܡܢ ܪܘܓܙܐ ܕܥܬܝܕ ܠܡܗܘܐ. ܘܢܛܪ ܠܒܢ̈ܘܗܝ ܬܫܥܝܢ ܘܫܒܥ ܫܢ̈ܝܢ: ܘܢܣܒ ܠܗܘܢ ܢܫ̈ܐ ܡܢ ܙܪܥܐ ܒܪܝܟܐ ܕܐܒܗ̈ܝܗܘܢ. ܗܝܕܝܢ ܒܫܢܬ ܫܬܡܐܐ ܫܢ̈ܝܢ ܠܚܝ̈ܘܗܝ ܕܢܘܚ ܡܠܠ ܥܡܗ ܐܠܗܐ ܘܐܡܪ ܠܗ: ܥܘܠ ܠܩܒܘܬܐ ܐܢܬ ܘܐܢܬܬܟ ܘܒܢ̈ܝܟ ܘܢܫ̈ܐ ܕܒܢ̈ܝܟ ܥܡܟ. ܘܥܠ ܢܘܚ

AB — 9 B ܡܫܩܠ — 10 A ܠܘܛܬܗ

[1] Gen. VI, 7. — [2] Ib. VII, 1; VI, 18.

ܠܩܒܘܬܐ ܒܪ ܬܫܥܝܢ ܫܢܝܢ: ܘܫܒܥ ܒܪܗ ܒܪ ܬܡܢܝܢ ܘܫܒܥ ܫܢܝܢ ܗܘܐ ܟܕ ܥܠ ܠܩܒܘܬܐ: ܘܗܘܐ ܗܘܐ ܛܘܦܢܐ: ܘܐܒܕ ܕܪܐ ܡܚܒܠܢܐ. ܘܗܘܐ ܢܘܚ ܘܒܢܘܗܝ ܒܩܒܘܬܐ ܥܕ ܢܫܠܡܘܢ ܬܪܥܣܪ ܝܪܚܝܢ ܘܥܣܪܐ ܝܘܡܝܢ. ܘܡܢܗ ܢܘܚ ܗܘܐ ܥܠܡܐ ܐܚܪܢܐ ܡܛܠ ܕܢܛܪ ܐܡܝܢܘܬܐ ܒܕܪܐ ܡܚܒܠܢܐ ܘܠܐ ܗܘܐ ܫܒܬܐ ܢܛܪ ܘܐܦܠܐ ܒܓܙܘܪܬܐ ܐܙܕܕܩ: ܐܠܐ ܒܗܢܐ ܡܕܡ ܕܐܫܠܡܬܟ܀

ܘܐܬܝܠܕ ܡܢ ܢܘܚ ܓܒܪܐ ܡܗܝܡܢܐ ܪܫܐ ܕܙܕܝܩܐ ܐܒܪܗܡ ܕܢܛܪ ܢܡܘܣܐ ܟܕ ܠܐ ܐܬܣܝܡ ܠܗ ܢܡܘܣܐ. ܘܐܘܠܕ ܠܐܝܣܚܩ ܒܪ ܡܘܠܟܢܐ ܘܠܝܥܩܘܒ ܪܫܐ ܕܥܡܐ. ܘܗܠܝܢ ܐܒܗܬܐ ܙܕܝܩܐ ܠܐ ܢܛܪܘ ܫܒܬܐ: ܐܠܐ ܒܗܝܡܢܘܬܐ ܗܘ ܐܙܕܕܩܘ ܐܝܟ ܕܟܬܝܒ: ܕܗܝܡܢ ܐܒܪܗܡ ܒܐܠܗܐ ܘܐܬܚܫܒܬ ܠܗ ܙܕܝܩܘܬܐ. ܘܐܝܣܚܩ ܘܝܥܩܘܒ ܒܢܘܗܝ ܒܦܘܩܕܢܐ ܘܒܢܡܘܣܐ ܕܐܒܘܗܘܢ ܗܠܟܘ: ܘܐܙܕܕܩܘ ܒܗܝܡܢܘܬܐ ܘܠܐ ܒܫܒܬܐ. ܘܝܘܣܦ ܒܗ ܒܐܪܥܐ ܕܡܨܪܝܢ ܠܐ ܗܘܐ ܒܕܢܛܪ ܫܒܬܐ ܐܙܕܕܩ ܒܟܐܢܘܬܗ. ܡܢ ܐܝܟܐ ܡܪܬܗ ܐܪܡܝܬ ܥܝܢܝܗ ܒܗ ܐܝܟ ܕܬܣܟܠ ܥܡܗ ܛܢܦܘܬܐ ܗܘܐ ܡܠܠ ܘܐܡܪ ܠܡܪܬܗ: ܕܐܝܟܢܐ ܐܥܒܕ ܒܝܫܬܐ ܗܕܐ ܪܒܬܐ ܘܐܚܛܐ ܠܐܠܗܐ. ܒܗܕܐ ܐܙܕܕܩ ܝܘܣܦ ܘܠܐ ܒܫܒܬܐ܀

norum erat nonaginta septem quando arcam introivit. Tunc factum est diluvium, et generatio corrupta periit. Manseruntque Noe et filii eius in arca donec elapsi sunt menses duodecim diesque decem; et in ipso mundus secundus exstitit, eo quod integritatem in generatione perversa custodivit, non vero quia sabbatum servaverit, nec magis per circumcisionem iustificatus est, sed propter hoc quod tibi exposui.

8. Ex Noe deinde natus est vir fidelis, caput iustorum, Abraham, qui Legem observavit, etsi nondum posita fuerat; et genuit Isaac, filium promissionis, et Iacob, auctorem populi. Hi patriarchae, [viri] iusti, sabbatum non servavere, sed per fidem iustificati sunt, sicut scriptum est : *Credidit Abraham Deo, et reputatum est ei [ad] iustitiam*[1]. Isaac autem et Iacob, filii eius, in mandato et lege patris sui ambulaverunt, ac per fidem, non per sabbatum, iustificati sunt. Ioseph quoque in terra Aegypti, non ob sabbati custodiam in aequitate sua iustificatus est, sed cum uxor domini oculos in eum coniecisset, ut abominationem cum ea patraret ille, dominae suae locutus est dicens : *Quomodo malum istud grande faciam, et peccabo in Deum*[2]? In hoc Ioseph iustificatus est, non per sabbatum.

AB] — 2 *B* om. ܗܘܐ   22 A ܕܝܢ.

[1] Gen. XV, 6 — [2] *Ib.* XXXIX, 9.

9. Si autem inter mortem et vitam, inter iniquitatem et iustitiam sabbatum esset constitutum, iustis illis quorum nomina supra retuli datum fuisset, ut illud observarent et viverent. Sed ideo edicta est sabbati custodia ut conquiescerent servi, ancillae, mercenarii et advenae, et iumenta multa, ut qui lassantur, a labore recrearentur. Curam enim habet Deus universae suae creaturae, bestiarum etiam ac iumentorum, avium quoque et ferarum agri. Ait namque Moyses cum legem populo revocavit : *Sex annis seminabis terram tuam et congregabis fructus eius; anno autem septimo sulcabis et relinques eam, ut comedant pauperes populi tui; et quod reliquum fuerit edent bestiae agri*[1]. De volucribus etiam haec Sanctissimus per Moysen servum suum praecepit : *Si inveneris nidum avis ante conspectum tuum in quavis arbore, vel in terra, matrem ovaque aut pullos habentem, et matrem ovis pullisve incubantem, non capies matrem cum filiis, sed avolare facies matrem, et capies ova, ut propter ea benedicat tibi Dominus Deus tuus*[2]. David dixit quoque : *Pullos corvi invocantes eum ipse nutrit*[3]. Ait David iterum : ***Homines et iumenta salvas, Domine***[4]. Iob etiam dixit : *Quis dimisit onagrum liberum, et solvit eum iugo, qui statuit in solitudine domum suam.*

ܘܐܠܘ ܓܝܪ ܒܝܢ ܡܘܬܐ ܗܘܐ ܠܚܝ̈ܐ: ܘܒܝܢ ܥܘܠܐ ܠܙܕܝܩܘܬܐ: ܠܗܠܝܢ ܙܕܝܩ̈ܐ ܕܡܢ ܠܥܠ ܟܬܒܬ ܫܡܗܝܗܘܢ ܠܗܘܢ ܡܬܝܗܒܐ ܗܘܬ ܫܒܬܐ ܕܢܛܪܘܢ ܘܢܚܘܢ. ܐܠܐ ܡܛܠ ܗܕܐ ܐܬܝܗܒܬ ܫܒܬܐ ܠܡܛܪܗ̇: ܐܝܟ ܕܢܬܬܢܝܚܘܢ ܥܒ̈ܕܐ ܘܐܡ̈ܗܬܐ ܘܐܓܝܪ̈ܐ ܘܬܘܬܒ̈ܐ ܘܒܥܝܪܐ ܣܓܝܐܐ: ܕܗܠܝܢ ܕܠܐܝܢ ܡܢ ܥܡܠܐ ܢܬܬܢܝܚܘܢ. ܡܛܠ ܕܒܛܝܠ ܠܗ ܠܐܠܗܐ ܥܠ ܟܠܗ ܒܪܝܬܗ: ܐܦ ܥܠ ܚܝܘܬܐ ܘܒܥܝܪܐ: ܐܦ ܥܠ ܦܪ̈ܚܬܐ ܘܚܝܘܬܐ ܕܒܪܐ. ܐܡܪ ܓܝܪ ܡܘܫܐ ܟܕ ܡܥܠܝܐ ܢܡܘܣܐ ܠܥܡܐ: ܕܫܬ ܫܢܝܢ ܬܙܪܘܥ ܐܪܥܟ ܘܬܟܢܘܫ ܥܠܠܬܗ ܘܒܫܢܬܐ ܫܒܝܥܝܬܐ ܬܪܡܝܗ ܘܬܫܒܩܝܗ ܕܢܐܟܠܘܢ ܡܣܟ̈ܢܐ ܕܥܡܟ: ܘܡܫܪܟܐ ܬܐܟܘܠ ܚܝܘܬܐ ܕܒܪܐ. ܘܐܦ ܥܠ ܦܪ̈ܚܬܐ ܗܟܢܐ ܦܩܕ ܩܕܝܫܐ ܒܝܕ ܡܘܫܐ ܥܒܕܗ: ܕܐܢ ܬܫܟܚ ܩܢܐ ܕܨܦܪܐ ܩܕܡܝܟ ܒܟܠ ܐܝܠܢ ܐܘ ܥܠ ܐܪܥܐ: ܐܡܐ ܘܒܝ̈ܥܐ ܐܝܬ ܠܗ ܐܘ ܦܪ̈ܘܓܐ: ܘܐܡܐ ܝܬܒܐ ܥܠ ܒܝ̈ܥܐ ܐܘ ܥܠ ܦܪ̈ܘܓܐ: ܠܐ ܬܣܒ ܐܡܐ ܥܡ ܒܢ̈ܝܗ̇: ܐܠܐ ܡܦܪܚܘ ܐܦܪܚ ܠܐܡܐ ܘܒܝ̈ܥܐ ܣܒ ܠܟ: ܕܡܛܠ ܗܠܝܢ ܢܒܪܟܟ ܡܪܝܐ ܐܠܗܟ. ܘܕܘܝܕ ܐܡܪ: ܕܠܒܢ̈ܝ ܥܘܪܒܐ ܕܩܪܝܢ ܠܗ ܗܘ ܡܬܪܣܐ. ܘܬܘܒ ܐܡܪ ܕܘܝܕ: ܕܠܒܢ̈ܝ ܐܢܫܐ ܘܒܥܝܪܐ ܦܪܘܩ ܐܢܬ ܡܪܝܐ. ܘܐܦ ܐܝܘܒ ܐܡܪ: ܕܡܢܘ ܫܕܪ ܦܪܐ ܒܪ ܚܐܪܐ ܘܫܪܝ ܐܣܘܪܘܗܝ

AB 9 *B* om. ܘܐܦ ܥܠ ܦܪ̈ܚܬܐ. — 17 *B* ܕܨܦܪ̈ܐ.

[1] Exod. XXIII, 10, 11. — [2] Deut. XXII, 6, 7. — [3] Ps. CXLVI, 9. — [4] *Ib.* XXXVI (XXXV), 6 (7).

ܒܪܝܐ. ܕܣܡܬ ܒܡܠܚܬܐ ܒܝܬܗ ܘܐܬܪܐ ܡܫܟܢܐ ܡܫܪܝܗ. ܘܬܘܒ ܐܡܪ ܐܝܘܒ: ܕܠܒܢܝ ܢܫܪܐ ܡܛܝܒ ܡܐܟܘܠܬܐ. ܘܬܘܒ ܐܡܪ ܥܠ ܚܝܘܬ ܦܪܘܬܐ ܘܒܥܝܪܐ: ܕܟܠܗܘܢ ܠܟ ܗܘܘ ܡܣܟܝܢ ܕܬܬܠ ܠܗܘܢ ܡܐܟܘܠܬܐ ܒܙܒܢܗܘܢ: ܝܗܒ ܐܢܬ ܠܗܘܢ ܠܚܡ ܘܡܬܬܙܝܢܝܢ: ܦܬܚ ܐܢܬ ܐܝܕܟ ܘܣܒܥܝܢ: ܘܐܢ ܡܗܦܟ ܐܢܬ ܐܦܝܟ ܡܬܕܠܚܝܢ. ܘܐܦ ܐܫܥܝܐ ܐܡܪ: ܕܬܡܢ ܐܬܟܢܫܘ ܕܝܬܐ ܚܕܐ ܠܘܬ ܚܕܐ. ܘܗܘ ܠܗܘܢ ܦܩܕ ܒܦܘܡܗ: ܘܪܘܚܗ ܟܢܫܬ ܐܢܝܢ ܘܐܝܕܗ ܦܠܓܬ ܠܗܝܢ ܡܫܘܚܬܐ ܕܝܪܬܘܬܐ. ܚܙܝ ܕܝܢ ܡܢ ܗܠܝܢ ܕܒܛܝܠ ܠܗ ܠܐܠܗܐ ܥܠ ܟܠܗ ܒܪܝܬܗ ܘܡܕܡ ܠܐ ܛܥܐ ܠܗ. ܥܠ ܗܢܐ ܗܘ ܦܩܕ ܘܦܩܕ ܕܢܗܘܐ ܢܝܚܐ ܝܘܡܐ ܕܫܒܬܐ܀

ܫܡܥ ܬܘܒ ܡܢܐ ܐܡܪ: ܕܒܫܬܐ ܝܘܡܝܢ ܥܒܕ ܐܠܗܐ ܫܡܝܐ ܘܐܪܥܐ ܘܫܠܡ ܘܐܬܢܝܚ ܡܢ ܟܠܗܘܢ ܥܒܕܘܗܝ: ܡܛܠ ܗܢܐ ܒܪܟ ܐܠܗܐ ܠܝܘܡܐ ܫܒܝܥܝܐ ܘܩܕܫܗ. ܡܢܐ ܢܐܡܪ ܥܠ ܗܕܐ: ܕܐܬܢܝܚ ܐܠܗܐ ܒܝܘܡܐ ܫܒܝܥܝܐ. ܫܡܥ ܕܝܢ ܐܚܘܝܟ ܥܠ ܗܕܐ ܕܐܠܗܐ ܠܐ ܗܘܐ ܡܠܐܐ ܠܐܐ ܒܥܒܕܐ ܕܗܠܝܢ ܫܬܐ ܝܘܡܝܢ. ܘܡܛܠ ܕܠܐܐ ܐܬܢܝܚ ܒܝܘܡܐ ܫܒܝܥܝܐ. ܚܣ ܠܢ ܕܢܐܡܪ ܕܐܠܗܐ ܠܐܐ. ܐܠܐ ܫܘܠܡܗ ܕܡܠܬܐ ܗܢܐ ܗܘ: ܕܫܠܡ ܐܠܗܐ ܒܫܬܐ ܝܘܡܝܢ

et habitaculum suum in loco salsuginis[1]? Iterum ait Iob : *Pullis aquilae parat escam*[2]. Dictum est quoque de ovibus et iumentis : *Omnia a te exspectant, ut des illis escam in tempore suo. Das eis et cibantur; aperis tu manum tuam et saturantur; avertente autem te faciem turbantur*[3]. Sed et Isaias dixit : *Illuc congregati sunt milvi alter ad alterum; ipse autem mandavit ore suo, et spiritus eius congregavit eos, et manus eius divisit eis mensuras hereditatis*[4]. Ex his igitur vide universae creaturae suae Deum curam gerere, nec cuiusquam oblivisci. Propterea mandatum dedit et praeceptum ut die sabbati requiescerent.

10. Nunc audi quid dicat : *Sex diebus fecit Deus caelum et terram, et cessavit quievitque ab omnibus operibus suis; idcirco benedixit Deus diei septimo et sanctificavit illum*[5]. Quid dicemus ad hoc, quod requievit Deus die septimo? Audi, et tibi Deum ostendam horum sex dierum opere nequaquam fatigatum esse, nec tanquam lassum die septimo requievisse. Absit a nobis dicere Deum lassatum fuisse! Sensus autem est Deum sex diebus complevisse opera sua, dieque septimo ab omnibus operibus quae patraverat ces-

AB] — 1 A ܡܠܚܬܐ. — 5 A om. ܗܘܘ. — *Ib.* B ܕܬܬܠ, ܕܬܬܠܠ. 7 A ܘܦܬܚ. — 26 A ܗܘܐ.

[1] Iob. XXXIX, 5, 6. — [2] Cf. Iob. XXXIX, 30; vel etiam *ib.* XXXVIII, 41. — [3] Ps. CIV (CIII), 27-29. — [4] Is. XXXIV, 15, 17. — [5] Gen. II, 1-3.

sasse. Et argumentum accipe Deum non lassari. David ait : *Ecce non dormitat neque dormit custos Israel*[1]. Ille ergo qui non dormitat nec dormit, pariter nec fatigatur. Et filiis Israel ita locutus est Isaias : *Haec dicit Dominus*, eo quod ascenderunt in cor vestrum cogitationes istae : Non potest omnino Deus nos servare, dicit eis per Isaiam : *Numquid metendo messuit manus mea et decepta est? aut non est in me virtus ad liberandum? Ecce in increpatione mea exsicco mare, et flumina ut desertum reddo, et computrescent pisces aquae penuria, et morientur. Caelos tenebris induo, et saccum pono operimentum eorum,* quemadmodum siccavi mare rubrum in diebus patrum vestrorum, et aperui Iordanem et transire feci eos, ita et hodie manibus meis possem vos servare ; *sed propter iniquitates vestras venditi estis, et propter scelera vestra mater vestra repudiata est*[2], et quamvis nequeam fatigari, ipsi me lassaverunt, iuxta verbum Malachiae prophetae : *Fatigaverunt Dominum sermonibus suis*[3].

11. Sed ausculta et tibi persuasum habe Deum nec lassatum fuisse nec laborasse dum omnia opera sua creavit. Ait enim [Scriptura] : *Verbo Domini caeli firmati sunt, et spiritu oris eius omnes exer-*

ܟܠܗܘܢ ܒܪ̈ܝܬܗ ܘܫܠܡ ܒܫܬܐ ܝܘܡܝܢ ܡܢ ܟܠܗܘܢ ܒܪ̈ܝܬܗ ܕܥܒܕ. ܘܫܡܥ ܕܢܗܘܐ ܕܠܐ ܠܐܐ ܐܠܗܐ. ܐܡܪ ܕܘܝܕ ܕܗܐ: ܕܠܐ ܢܢܘܡ ܢܐܡ ܘܠܐ ܕܡܟ ܢܛܘܪܗ ܕܐܝܣܪܝܠ. ܘܗܘ ܕܠܐ ܢܐܡ ܘܠܐ ܕܡܟ ܐܦ ܠܐ ܠܐܐ. ܘܠܒܢ̈ܝ ܐܝܣܪܝܠ ܐܡܪ ܠܗܘܢ ܐܫܥܝܐ: ܕܗܟܢܐ ܐܡܪ ܡܪܝܐ. ܡܛܠ ܕܣܠܩ ܡܚܫ̈ܒܬܐ ܥܠ ܠܒܟܘܢ: ܕܡܫܟܚܘ ܠܐ ܡܫܟܚ ܐܠܗܐ ܕܢܦܪܩܢ: ܐܡܪ ܠܗܘܢ ܒܝܕ ܐܫܥܝܐ: ܕܠܡܐ ܡܚܙܪܘ ܚܙܪܬ ܐܝܕܝ ܘܦܫܬ ܐܘ ܠܝܬ ܒܝ ܚܝܠܐ ܠܡܦܪܩܘ. ܗܐ ܒܟܐܝܬܝ ܡܚܪܒ ܐܢܐ ܝܡܐ ܘܥܒܕ ܐܢܐ ܢܗܪ̈ܘܬܐ ܐܝܟ ܡܕܒܪܐ ܘܣܪܝܢ ܢܘܢ̈ܝܗܘܢ ܡܢ ܕܠܝܬ ܡܝ̈ܐ ܘܡܝܬܝܢ: ܘܡܠܒܫ ܐܢܐ ܠܫܡܝܐ ܚܫܘܟܐ ܘܣܩܐ ܥܒܕ ܐܢܐ ܠܟܣܝܬܗܘܢ: ܐܝܟ ܕܐܘܒܫܬ ܝܡܐ ܕܣܘܦ ܒܝܘܡ̈ܝ ܐܒܗ̈ܝܟܘܢ: ܘܦܬܚܬ ܝܘܪܕܢܢ ܘܐܥܒܪܬ ܐܢܘܢ: ܘܐܦ ܝܘܡܢܐ ܡܫܟܚ ܗܘܝܬ ܒܐܝܕ̈ܝ ܕܐܦܪܘܩܟܘܢ: ܐܠܐ ܒܚܛܗ̈ܝܟܘܢ ܐܙܕܒܢܬܘܢ ܘܒܥܘܠܟܘܢ ܐܫܬܒܩܬ ܐܡܟܘܢ. ܘܟܕ ܠܐ ܠܐܐ ܐܢܐ ܐܠܐܝܘܢܝ ܐܝܟ ܕܐܡܪ ܡܠܐܟܝ ܢܒܝܐ: ܕܐܠܐܝܘܗܝ ܠܡܪܝܐ ܒܡܠ̈ܝܗܘܢ܀

ܫܡܥ ܕܝܢ ܘܐܬܛܦܝܣ ܕܐܠܗܐ ܠܐ ܠܐܐ ܘܠܐ ܥܡܠ ܟܕ ܒܪܐ ܟܠܗܘܢ ܒܪ̈ܝܬܗ. ܐܡܪ ܓܝܪ: ܒܡܠܬܗ ܕܡܪܝܐ ܐܫܬܪܪܘ ܫܡܝܐ ܘܒܪܘܚܐ ܕܦܘܡܗ ܟܠܗ ܚܝܠܘܬܗܘܢ.

A 3 — 3 A om. ܗܘ — 5 B ܢܘ — Ib. A ܘܕܡܟ — 7 A ܘܡܫܟܚܘ ܡܫܟܚܘ — 16 B ܡܢܐ] ܝܡܐ — 20 A ܘܐܠܐܝܘܗܝ ܡܠܘ̈ܗܝ

[1] Ps. cxx, 4. — [2] Is. l, 1-3. [3] Mal. ii, 17.

ܠܐܕܡ ܒܠܚܘܕ ܒܪܐ ܒܐܝܕܘܗܝ: ܘܠܐ ܟܬܝܒ
ܕܠܐܝ ܟܕ ܒܪܝܗ: ܟܠܗܝܢ ܒܪܝܬܐ ܟܕ
ܥܒܕ ܐܢܝܢ ܒܡܠܬܐ ܦܘܡܗ ܐܡܪ ܘܗܘܝ:
ܕܠܐ ܒܥܡܠܐ ܘܕܠܐ ܠܐܘܬܐ. ܐܠܐ ܗܕܐ ܕܟܬܝܒܐ
ܡܫܬܠܡܢܐ: ܕܫܠܡ ܐܠܗܐ ܡܢ ܟܠܗܘܢ
ܥܒܕܘܗܝ ܘܐܬܬܢܝܚ ܐܠܗܐ ܒܝܘܡܐ
ܫܒܝܥܝܐ. ܐܢ ܓܝܪ ܐܠܗܐ ܕܠܐ ܠܐܐ ܫܠܡ
ܘܐܬܬܢܝܚ ܡܢ ܥܒܕܘܗܝ ܟܡܐ ܝܬܝܪܐܝܬ
ܠܡܢ ܕܐܫܝܢ ܒܥܡܠܐ ܘܦܘܠܚܢܐ ܐܝܬܘܗܝ
ܕܠܐ ܠܡܬܬܢܝܚܘ. ܐܦ ܐܫܥܝܐ ܢܒܝܐ
ܐܡܪ ܥܠ ܐܠܗܐ: ܕܠܐ ܠܐܐ ܘܠܐ ܝܓܥ:
ܘܠܝܬ ܒܨܝܕܐ ܠܚܟܡܬܗ. ܘܒܕܘܟܬܐ
ܐܚܪܬܐ ܡܛܠ ܚܛܗܝܗܘܢ ܕܥܡܐ
ܐܡܪ: ܫܥܒܕܬܢܝ ܒܥܘܠܟ ܘܒܚܛܗܝܟ
ܐܠܐܝܬܢܝ. ܚܙܝ ܐܝܟܢܐ ܠܘܩܕܡ ܟܬܝܒ
ܕܠܐ ܠܐܐ ܘܠܐ ܝܓܥ: ܘܡܛܠ ܥܘܠܗܘܢ
ܐܡܪ ܠܗ ܠܐܝܣܪܝܠ: ܕܫܥܒܕܬܢܝ
ܘܐܠܐܝܬܢܝ. ܟܠܗܝܢ ܡܠܐ ܫܦܝܪ ܟܬܝܒܢ
ܘܠܚܟܝܡܐ ܒܫܦܝܐ ܡܬܦܪܫܢ: ܐܝܟ
ܕܐܡܪ ܫܠܝܚܐ: ܕܢܡܘܣܐ ܫܦܝܪ ܗܘ
ܐܢ ܐܢܫ ܒܫܦܝܐ ܢܩܪܝܘܗܝ. ܘܢܒܝܐ ܬܘܒ
ܐܡܪ: ܕܐܘܪܚܬܗ ܕܡܪܝܐ ܬܪܝܨܢ ܐܢܝܢ
ܘܥܘܠܐ ܡܬܬܩܠܝܢ ܒܗܝܢ ܘܙܕܝܩܐ ܫܦܝܪܐܝܬ
ܒܗܝܢ ܪܕܝܢ ܘܡܗܠܟܝܢ. ܕܡܝܐ ܕܝܢ ܗܕܐ:
ܕܐܬܬܢܝܚ ܐܠܗܐ ܡܢ ܥܒܕܘܗܝ: ܘܠܣܟܠܐ
ܗܟܢܐ ܡܫܬܠܡܢܐ ܕܐܝܟ ܕܡܢ ܠܐܐ: ܠܗܘ

citus eorum[1]. Hominem solum manibus suis finxit, neque est scriptum illum laborasse cum eum creavit: cunctas vero creaturas cum fecit, verbo oris sui *dixit, et factae sunt*[2], absque labore aut lassitudine; eoque modo intelligendum est illud : *Cessavit Deus ab universis operibus suis, et requievit Deus die septimo*[3]. Si enim Deus qui non laborat, cessavit quievitque ab operibus suis, quanto magis labori et servitio subiectum oportet requiescere! Isaias etiam haec de Deo loquitur : *Non fatigatur neque laborat, neque est investigatio sapientiae eius*[4]. Et in alio loco de peccatis populi dicit : *Subegisti me iniquitatibus tuis, et peccatis tuis me fatigasti*[5]. Vide qualiter prius scriptum sit eum non fatigari neque laborare, et dein, propter peccata eorum, dicat ad Israel : *Subegisti me et fatigasti me.* Omnia verba haec scite scripta sunt, eaque sapientes probe intelligunt, sicut ait Apostolus : *Bona est lex, si quis eam legat cum animi confidentia*[6]. Propheta insuper dicit : *Viae Domini rectae, et praevaricatores corruent in eis; iusti autem recto itinere in eis ambulabunt atque procedent*[7]. Simile autem illud est : *Requievit Deus ab operibus suis* (quod ab insipientibus eodem sensu intelligitur ac si fatigatus

AB] — 3 *B* ܗܘܘ. — 5 A om. ܐܠܗܐ. — 17 *B* ܘܐܠܐܝܬܢܝ.

[1] Ps. XXXIII (XXXII), 6. — [2] Ps. CXLVIII, 5. — [3] Gen. II, 2. — [4] Is. XL, 28. — [5] *Ib.* XLIII, 24. — [6] I Tim., I, 8. — [7] Os. XIV, 10.

fuisset, huic quod dixit cum voluit homines propter plurima eorum peccata delere : *Paenitet me fecisse eos*[1]. Verum audi Apostolum dicentem : *Alioquin, quomodo iudicabit Deus mundum*[2]?

12. Audi igitur, carissime, ea quae tibi de sabbato tradere volo; quemadmodum enim tibi commonstravi populum Israel de circumcisione inaniter iactari, ita de sabbati observantia ostendam eos frustra gloriari. Iesus enim, filius Nun, requiem eis non dedit in sabbato quando pugnam adversus Ierichuntem instruxit, ut gloriosus Apostolus dicit : *Si eis Iosue, filius Nun, requiem eis praestitisset, nunquam loqueretur postea de die sabbati. Itaque relinquitur sabbatum Dei*[3]. Sed et Macchabaei, cum in eos irruerent hostes eorum, ut adversus eos die sabbati pugnarent, prius voluerunt secundum legem sabbatum custodire; cumque illud observarent, impetum fecerunt hostes in eos sabbato, et occiderunt ex eis plurimos; postquam autem animadverterunt illos adversus se dolose agere, et sabbatum observantibus bellum inferre, sabbatum solverunt, eoque die concitaverunt pugnam, et hostes suos debellaverunt; minimeque increpati sunt quasi sabbatum polluissent. Sabbatum autem non

ܕܟܕ ܨܒܐ ܕܢܚܠܗܝ ܠܒܢܝ̈ ܐܢܫܐ ܡܛܠ ܣܓܝܐܘܬܗܘܢ ܕܚܛܗ̈ܝܗܘܢ ܐܡܪ: ܕܐܬܬܘܝܬ ܕܥܒܕܬ ܐܢܘܢ. ܘܐܠܐ ܫܡܥ ܠܫܠܝܚܐ ܕܐܡܪ: ܕܐܠܐ ܐܝܟܢܐ ܕܐܢ ܐܠܗܐ ܠܥܠܡܐ܀

ܫܡܥ ܕܝܢ ܚܒܝܒܝ ܥܠ ܫܒܬܐ ܘܐܬܚܫܒ ܐܝܟ ܕܐܚܘܝܬܟ ܥܠ ܓܙܘܪܬܐ ܕܥܡܐ ܡܫܬܒܗܪܝܢ ܒܗ ܣܪܝܩܐ ܕܐܝܣܪܝܠ: ܐܘ ܥܠ ܫܒܬܐ ܐܬܚܫܒ ܕܐܝܟܢܐ ܡܫܬܒܗܪܝܢ ܒܗ ܣܪܝܩܐܝܬ ܠܗ. ܝܫܘܥ ܓܝܪ ܒܪ ܢܘܢ ܠܐ ܐܢܝܚ ܐܢܘܢ ܒܫܒܬܐ ܟܕ ܩܪܒ ܗܘܐ ܩܪܒܐ ܥܠ ܐܝܪܝܚܘ ܐܝܟ ܕܐܡܪ ܫܠܝܚܐ ܡܫܒܚܐ: ܕܐܠܘ ܝܫܘܥ ܒܪ ܢܘܢ ܐܢܝܚ ܗܘܐ ܐܢܘܢ ܠܐ ܡܡܠܠ ܗܘܐ ܥܠ ܝܘܡܐ ܕܫܒܬܐ: ܐܠܐ ܡܫܬܒܩ ܫܒܬܐ ܗܘ ܫܒܬܗ ܕܐܠܗܐ ܐܦ ܡܩܒܝܐ ܟܕ ܐܬܘ ܥܠܝܗܘܢ ܒܥܠܕܒܒܝܗܘܢ ܕܢܩܪܒܘܢ ܥܡܗܘܢ ܒܝܘܡܐ ܕܫܒܬܐ ܐܝܟ ܕܢܛܪܘܢ ܢܡܘܣܐ ܨܒܘ ܗܘܘ ܠܡܛܪ ܫܒܬܐ: ܘܟܕ ܢܛܪܘ ܐܬܘ ܥܠܝܗܘܢ ܒܥܠܕܒܒܝܗܘܢ ܒܫܒܬܐ ܩܛܠܘ ܡܢܗܘܢ ܣܓܝܐܐ. ܘܟܕ ܚܙܘ ܕܐܬܢܟܠܘ ܥܠܝܗܘܢ ܕܟܕ ܢܛܪܝܢ ܫܒܬܐ ܗܘܘ ܢܩܪܒܘܢ ܥܡܗܘܢ: ܘܫܪܘ ܠܫܒܬܐ ܘܩܪܒܘ ܒܗ ܝܘܡܐ ܘܙܟܘ ܠܒܥܠܕܒܒܝܗܘܢ ܘܠܐ ܐܬܟܣܝܘ ܕܫܪܘ ܫܒܬܐ. ܘܠܐ ܗܟܝܠ

A B ... 3 A ... — 8 A ... — Ib. A *Iudaeorum* ... — 9 A ... — 10 A ... — 23 B ... — 24 A ...

1 Gen. vi, 7. — 2 Rom. iii, 6. — 3 Hebr. iv, 8, 9.

ܠܒܠܚܘܕܝܗܘܢ ܗܢܘܢ ܫܒܬܐ: ܐܠܐ ܐܦ ܟܗܢܐ ܒܗܝܟܠܐ ܡܚܠܝܢ ܠܗ ܠܫܒܬܐ: ܘܕܠܐ ܚܛܗܝܢ ܗܘܘ ܡܢ ܚܛܗܐ ܕܒܫܒܬܐ ܡܩܪܒܝܢ ܗܘܘ ܟܗܢܐ ܩܘܪܒܢܐ: ܢܟܣܝܢ ܗܘܘ ܘܢܫܠܚܝܢ ܘܡܦܪܟܝܢ ܩܝܣܐ ܘܡܘܩܕܝܢ ܢܘܪܐ: ܘܠܐ ܡܬܟܣܝܢ ܗܘܘ ܕܥܒܪܝܢ ܫܒܬܐ ܡܛܠ ܕܦܩܝܕܝܢ ܗܘܘ ܠܗܠܝܢ ܠܡܥܒܕ. ܐܠܐ ܟܕ ܟܗܢܐ ܕܗܢܘܢ ܗܘܘ ܡܕܟܝܢ ܠܥܡܐ ܡܢ ܚܛܗܝܗܘܢ ܡܥܒܪܝܢ ܗܘܘ ܫܒܬܐ: ܐܠܘ ܥܒܕܘ ܐܝܟ ܕܒܛܘܫܝܐ ܒܪܡܙܐ: ܐܠܐ ܐܬܪ ܕܒܗ ܚܛܗܐ ܡܬܚܣܝܢ ܩܝܡܝܢ: ܘܠܐ ܡܕܡ ܣܟܠܘ ܘܚܛܝܬܐ ܗܘܬ ܠܗܘܢ. ܗܢܘܢ ܠܡܢܐ ܗܟܝܠ ܫܒܗܪܝܢ ܕܢܛܪܝܢ ܫܒܬܐ ܕܠܢܝܚܐ ܝܗܝܒܐ ܐܝܟ ܡܐ ܕܐܚܘܝܬܟ ܀

ܫܡܥ ܕܝܢ ܫܒܬܐ ܐܝܕܐ ܗܝ ܕܨܒܐ ܒܗ ܐܠܗܐ. ܐܡܪ ܠܗܘܢ ܐܫܥܝܐ: ܕܗܢܐ ܗܘ ܢܝܚܝ: ܐܢܝܚܘ ܠܡܠܐܝܐ. ܘܬܘܒ ܐܡܪ: ܕܡܢ ܕܢܛܪ ܫܒܬܐ ܘܠܐ ܢܚܠܝܗ ܗܠܝܢ ܐܢܘܢ ܕܡܬܚܡܣܢܝܢ ܒܩܝܡܝ ܘܓܒܝܢ ܡܕܡ ܕܨܒܝܬ. ܠܗܠܝܢ ܕܠܐ ܡܚܠܝܢ ܫܒܬܐ ܕܗܝ ܢܝܚܗ ܕܐܠܗܐ ܐܡܪ ܠܗܘܢ ܘܡܣܒܪ ܠܡܘܗܒܬܐ ܠܗܘܢ. ܐܡܪ ܓܝܪ: ܕܐܬܠ ܠܗܘܢ ܒܒܝܬܝ ܘܒܫܘܪܝ ܫܡܐ ܛܒܐ ܡܢ ܒܢܝܐ ܘܒܢܬܐ. ܠܐ ܓܝܪ ܡܕܡ ܡܘܬܪܐ ܫܒܬܐ ܠܥܘܠܐ ܘܠܩܛܘܠܐ ܘܠܓܢܒܐ

ii soli violaverunt, sed sacerdotes etiam illud in templo temerabant, et a peccato erant immunes; nam die sabbati admovebant sacerdotes sacrificium, victimas immolabant deglubebantque, caedebant ligna et ignem accendebant, neque obiurgabantur tanquam sabbati violatores, qui iussi erant talia exsequi. At sacerdotes quorum erat populum a peccatis mundare, sabbatum si transgrediebantur, utinam saltem in abdito fecissent! quin imo in ipso loco ubi peccata expiantur consistebant, et neutiquam delinquebant, peccatumve contrahebant. Quare igitur illi nimium iactantur in eo quod sabbatum observent, quod ad requiem datum est, ut tibi demonstravi?

13. Sed audi quale sit sabbatum in quo sibi complacet Deus. Ait illis Isaias : *Haec requies mea : reficite lassos*[1]. Iterum dicit : *Qui custodierunt sabbatum nec polluerunt illud, hi sunt qui foedus meum firmiter tenuerunt, et elegerunt quae ego volui*[2]. His qui non polluerunt sabbatum, quae est requies Dei, nuntiat promittitque munera. Ait siquidem : *Dabo eis in domo mea et intra muros meos nomen melius a filiis et a filiabus*[3]. Nihil enim proficit sabbatum impiis neque homicidis aut furibus; sed iis qui elegerint quae Deus voluerit,

AB] — 1 A ܐܦ. — 9 A ܗܘܘ ܡܕܟܝܢ. — 16 A ܫܒܬܐ ܗܝ ܕܨܒܐ ܒܗ. — 19 A ܐܡܪ. — 22 A ܕܝܠܗ. — 25 A ܡܢ ܒܢܬܐ.

[1] Is. XXVIII, 12. — [2] Ib. LVI, 4. — [3] Ib. LVI, 5.

et custodierint manus suas ab iniquitate. In his habitat Deus, in his commoratur, sicuti dixit : *Habitabo in eis et inambulabo inter illos*[1]. In diebus enim Isaiae, sabbatum quidem observabant, sed in operibus gentium contaminatarum ambulabant, et eadem quae Sodoma et Gomorrha agebant opera, gentibus autem dicebant : *Procul recede, quia sanctificatus sum*[2]. Propterea Isaias dixit : *Haec fumus fuerunt in ira mea, et ignis ardens tota die*[3]. Et eos abstulit et depulit de terra sua, et in omnes gentes dispersit, quod requietem Dei non custodierunt, sabbatum corporaliter observantes. Nos vero servemus sabbatum Dei, videlicet quidquid eius recreat voluntatem, ut sabbatum requietis ingrediamur[4], in quo caelum et terra sabbatizant, quiescunt et recreantur universae creaturae; neque erit ibi fuga, ut ait Salvator : *Non fiet fuga vestra in hieme neque in sabbato*[5]. Et Apostolus dicit : *Hucusque stat sabbatum Dei*[6]. Brevem illam de sabbato demonstrationem scripsi tibi adversus eos qui hoc gloriantur.

Explicit Demonstratio de Sabbato.

ܠܥܘܠܐ ܘܡܬܢܟܦܝܢ ܐܠܐ ܐܝܠܝܢ ܕܢܛܪܝܢ ܐܝܕܝܗܘܢ ܕܢܗܘܘܢ ܐܠܗܐ ܘܡܬܢܛܪܝܢ ܐܒܝܬܗܘܢ ܡܢ ܕܒܝܫ: ܒܗܘܢ ܫܪܐ ܐܠܗܐ ܘܒܗܘܢ ܡܥܡܪ ܐܝܟ ܕܐܡܪ: ܕܐܥܡܪ ܒܗܘܢ ܘܐܗܠܟ ܒܗܘܢ. ܒܝܘܡܝ ܐܫܥܝܐ ܓܝܪ ܢܛܪܝܢ ܗܘܘ ܫܒܬܐ: ܘܡܗܠܟܝܢ ܗܘܘ ܒܥܒܕܐ ܕܥܡܡܐ ܛܢܦܐ: ܘܐܝܟ ܥܒܕܐ ܕܣܕܘܡ ܘܕܥܡܘܪܐ ܥܒܕܝܢ ܗܘܘ ܘܐܡܪܝܢ ܗܘܘ ܠܥܡܡܐ: ܕܩܪܘܒ ܠܘܬܟ ܕܡܩܕܫ ܐܢܐ. ܡܛܠ ܗܠܝܢ ܗܘ ܐܡܪ ܐܫܥܝܐ: ܕܗܠܝܢ ܬܢܢܐ ܐܢܘܢ ܒܪܘܓܙܝ ܘܢܘܪܐ ܕܝܩܕܐ ܒܟܠܗ ܝܘܡ. ܘܫܩܠ ܘܛܪܕ ܐܢܘܢ ܡܢ ܐܪܥܗܘܢ ܘܒܕܪ ܐܢܘܢ ܒܟܠܗܘܢ ܥܡܡܐ ܥܠ ܕܠܐ ܢܛܪܘ ܢܝܚܗ ܕܐܠܗܐ ܘܢܛܪܘ ܫܒܬܐ ܦܓܪܢܐܝܬ. ܚܢܢ ܕܝܢ ܢܛܪ ܫܒܬܗ ܕܐܠܗܐ: ܡܕܡ ܕܡܢܝܚ ܨܒܝܢܗ: ܕܢܥܘܠ ܠܫܒܬܗ ܕܢܝܚܐ ܕܒܗ ܡܫܒܬܝܢ ܫܡܝܐ ܘܐܪܥܐ ܘܫܠܝܢ ܘܢܝܚܝܢ ܟܠܗܘܢ ܒܪܝܬܐ: ܘܠܐ ܢܗܘܐ ܬܡܢ ܥܪܘܩܝܐ ܐܝܟ ܕܐܡܪ ܦܪܘܩܢ: ܕܠܐ ܬܗܘܐ ܥܪܘܩܝܬܟܘܢ ܒܣܬܘܐ ܘܒܫܒܬܐ. ܘܫܠܝܚܐ ܐܡܪ: ܕܡܟܝܠ ܩܝܡܐ ܗܝ ܫܒܬܗ ܕܐܠܗܐ. ܗܕܐ ܬܚܘܝܬܐ ܦܫܝܛܬܐ ܟܬܒܬ ܠܟ ܥܠ ܫܒܬܐ ܠܩܘܒܠ ܐܝܠܝܢ ܕܡܫܬܒܗܪܝܢ ܒܗ܀

ܫܠܡܬ ܬܚܘܝܬܐ ܕܫܒܬܐ܀

AB; — 9 A ܗܘܐ ܗܘܐ ܠܗ. — 14 A om. ܕܝܢ. — 15 A *sabbatum Dei quietem praestans* ܫܒܬܐ ܕܐܠܗܐ ܕܡܢܝܚܐ — 16 A ܡܫܒܬܝܢ.

[1] II Cor. vi, 16. — [2] Is. lxv, 5. — [3] Ib. lxv, 5. — [4] Hebr. iv, 11. — [5] Matth. xxiv, 20. — [6] Hebr. iv, 9.

ܬܚܘܝܬܐ ܕܡܟܣܢܘܬܐ

DEMONSTRATIO XIV

EXHORTATORIA

ܐܬܪܥܝܢ ܐܢܚܢܐ ܟܠܢ ܟܕ ܟܢܝܫܝܢ ܗܘܝܢ ܕܢܟܬܘܒ ܐܓܪܬܐ ܗܕܐ ܠܐܚܝܢ ܟܠܗܘܢ ܒܢܝ ܥܕܬܐ ܕܒܟܠ ܐܬܪ ܐܬܪ: ܐܦܣܩܘܦܐ ܘܩܫܝܫܐ ܘܡܫܡܫܢܐ ܘܟܠܗ ܥܕܬܐ ܕܐܠܗܐ ܥܡ ܟܠܗܘܢ ܒܢܝܗ ܕܒܟܠ ܐܬܪ ܐܬܪ ܕܐܝܬ ܠܘܬܢ: ܠܐܚܝܢ ܚܒܝܒܐ ܘܪܚܝܡܐ ܐܦܣܩܘܦܐ ܘܩܫܝܫܐ ܘܡܫܡܫܢܐ ܥܡ ܟܠܗܘܢ ܒܢܝ ܥܕܬܐ ܕܐܝܬ ܠܘܬܟܘܢ ܘܥܡܐ ܟܠܗ ܕܐܠܗܐ ܕܐܝܬ ܒܣܠܝܩ ܘܒܩܛܝܣܦܘܢ ܘܒܟܠ ܐܬܪ ܐܬܪ ܒܡܪܢ ܘܐܠܗܢ ܘܡܚܝܢܢ ܕܒܝܕ ܡܫܝܚܐ ܐܚܝܢ ܘܩܪܒܢ ܠܘܬܗ ܫܠܡܐ ܣܓܝܐܐ܀

ܡܘܕܥܝܢܢ ܠܟܘܢ ܐܚܝܢ ܘܪܚܡܝܢ: ܘܟܕ ܠܟܘܢ ܡܘܕܥܝܢܢ ܐܦ ܠܢܦܫܢ ܡܥܗܕܝܢܢ ܥܠ ܗܠܝܢ ܕܗܘܝ ܒܝܘܡܬܢ ܡܛܠ ܚܛܗܝܢ ܕܣܓܝܘ ܘܥܫܢܘ ܘܐܬܓܢܒܪܘ. ܐܬܥܘܪܘ ܡܕܥܝܢ ܡܢ ܣܘܟܠܐ

1. Consilium cepimus omnes nos dum congregati sumus, scribendi epistolam hanc ad fratres nostros universos, ecclesiae filios, in variis regionibus degentes, [nos] episcopi, presbyteri, diaconi, totaque ecclesia Dei, cum omnibus liberis eius in diversis locis, qui apud nos sunt : fratribus nostris carissimis ac dilectissimis, episcopis, et presbyteris et diaconis, una cum universis liberis ecclesiae qui apud vos sunt, omnique populo Dei, Seleuciae et Ctesiphonte et per varia loca existenti, sit in Domino Deo et Vivificatore nostro, qui per Christum vitam nobis dedit, nosque ad se accedere fecit, pax multa.

2. Notum vobis facimus, fratres et amici, et dum vobis nuntiamus, apud nosmetipsos recordamur ea quae nostris diebus evenerunt propter peccata nostra, quae multiplicata sunt et acerbe praevaluerunt. Nobis acies mentis

AB) — A in titulo : *Demonstratio de exhortatione et contentione* ܬܚܘܝܬܐ ܕܡܟܣܢܘܬܐ ܘܕܚܪܝܢܐ. — *Ib.* B add. XIV ܝܕ ܬܚܘܝܬܐ. — 2 A ܐܓܪܬܐ. — 6 A *in omni loco* ܕܒܟܠ ܐܬܪ ܐܬܪ. — 9 A ܠܘܬܗܘܢ. — *Ib.* A ܘܥܡܗ ܟܠܗ. — 10 A ܒܣܠܝܩ. — 12 B ܘܡܚܝܢܢ. — 13 A om. secunda manu deletum ܡܫܝܚܐ ܕܒܝܕ. — 19 A add. secunda manu ܘܐܬܚܝܠܘ ܐܬܥܘܪܘ.

hebetata est, neque animas nostras excitamus, ut Deus ad nos respiciat, quemadmodum dixit per prophetam : *Convertimini ad me, et convertar ad vos*[1]. Osee quoque ait : *Tollite vobiscum verba, et convertimini ad* **Dominum**[2]. Et Isaias : *Quaerite* **Dominum** *; et cum inveneritis eum, invocate illum ; cumque prope factus fuerit, derelinquat impius viam suam, et vir iniquus cogitationem suam*[3]. Iterum scriptum est : *Si quaesieritis* **Dominum**, *reperietur a vobis ; si autem dereliqueritis eum, derelinquet vos*[4]. Apud Davidem etiam est scriptum : **Dominus** *prospexit de caelo, ut videat si est intelligens et requirens* **Deum** *; omnes aberraverunt simul, et reprobati sunt ; non est qui faciat bonum, non est usque ad unum*[5]. Ieremias autem ait : *Quaesivi in populo meo virum qui saepem obduceret et staret in ruina ad faciem terrae, ut non perderem eam ; et non inveni*[6]. Et rursus dixit ad Ieremiam Dominus : *Vade et dic viris* **Iuda** *et habitatoribus* **Ierusalem** *: Usquequo non recipietis disciplinam*[7] ? Dixit adhuc per prophetam : *Vocavi vos, et non respondistis*[8] ; *clamabitis ad aures meas voce magna, et non exaudiam vos*[9]. Iterumque scriptum est : *Nullus est qui agat paenitentiam super peccato suo, et dicat : Quid feci*[10] ?

ܘܠܐ ܡܥܝܪܝܢܢ ܢܦܫܢ ܕܢܬܦܢܐ ܠܘܬܢ ܐܠܗܐ ܐܝܟ ܕܐܡܪ ܒܝܕ ܢܒܝܐ: ܕܐܬܦܢܘ ܠܘܬܝ ܘܐܬܦܢܐ ܠܘܬܟܘܢ. ܐܦ ܗܘܫܥ ܐܡܪ: ܕܣܒܘ ܥܡܟܘܢ ܡܠܐ ܘܐܬܦܢܘ ܠܘܬ ܡܪܝܐ. ܘܐܫܥܝܐ ܐܡܪ: ܒܥܘ ܠܡܪܝܐ ܘܡܐ ܕܐܫܟܚܬܘܢܝܗܝ ܩܪܐܘܗܝ: ܘܡܐ ܕܩܪܒ ܢܫܒܘܩ ܪܫܝܥܐ ܐܘܪܚܗ ܘܓܒܪܐ ܥܘܠܐ ܡܚܫܒܬܗ. ܘܬܘܒ ܟܬܝܒ: ܕܐܢ ܬܒܥܘܢܝܗܝ ܠܡܪܝܐ ܢܫܬܟܚ ܠܟܘܢ: ܘܐܢ ܬܫܒܩܘܢܝܗܝ ܢܫܒܘܩܟܘܢ. ܘܥܡ ܕܘܝܕ ܟܬܝܒ: ܕܡܪܝܐ ܐܕܝܩ ܡܢ ܫܡܝܐ ܕܢܚܙܐ ܐܢ ܐܝܬ ܕܡܣܬܟܠ ܘܒܥܐ ܠܐܠܗܐ: ܘܟܠܗܘܢ ܣܛܘ ܐܟܚܕܐ ܘܐܣܬܠܝܘ: ܘܠܝܬ ܕܥܒܕ ܛܒܬܐ ܐܦܠܐ ܚܕ. ܘܐܪܡܝܐ ܐܡܪ: ܕܒܥܝܬ ܒܥܡܝ ܓܒܪܐ ܕܢܓܕܘܪ ܓܕܪܐ ܘܢܩܘܡ ܒܬܪܥܘܬܐ ܩܕܡ ܐܦܝ ܐܪܥܐ ܕܠܐ ܐܚܒܠܝܗ: ܘܠܐ ܐܫܟܚܬ. ܘܬܘܒ ܐܡܪ ܠܗ ܡܪܝܐ ܠܐܪܡܝܐ: ܕܙܠ ܘܐܡܪ ܠܓܒܪ̈ܐ ܕܝܗܘܕܐ ܘܠܥܡܘܪ̈ܝܗ ܕܐܘܪܫܠܡ: ܥܕܡܐ ܠܐܡܬܝ ܠܐ ܡܩܒܠܝܢ ܐܢܬܘܢ ܡܪܕܘܬܐ. ܘܬܘܒ ܐܡܪ ܒܝܕ ܢܒܝܐ: ܩܪܝܬܟܘܢ ܘܠܐ ܥܢܝܬܘܢܢܝ: ܬܩܪܘܢ ܒܐܕܢܝ ܒܩܠܐ ܪܒܐ ܘܠܐ ܐܫܡܥܟܘܢ. ܘܬܘܒ ܟܬܝܒ: ܕܠܝܬ ܐܢܫ ܕܬܐܒ ܥܠ ܚܛܗܝܗ ܘܐܡܪ ܕܡܢܐ ܥܒܕܬ܀

A [illegible] 3 A ܕܗܒܘ [illegible] 6 A ܩܪܐܘܗܝ 15 A ܘܐܦܠܐ. 19 A ܘܐܡܪ. — 20 A ܘܠܥܡܘܪ̈ܝܗ ܕܐܘܪܫܠܡ. — 26 A ܡܢܐ.

[1] Z[illegible] 3. — [2] Os[illegible] 3. — [3] Is. LV, 6, 7. — [4] II Chron. [illegible] 2. — [5] Ps. [illegible] — [6] Non Ieremias sed Ezechiel [illegible] 30. — [7] Ier. XXXV, 13. — [8] Ib. VII, 13. — [9] Ezech. VIII, 18. — [10] Ier. VIII, 6.

ܩܡܘ ܓܝܪ ܪ̈ܫܐ ܒܥܡܢ ܕܫܒܩܘ ܢܡܘܣܐ ܘܐܫܬܒܗܪܘ ܒܥܘܠܐ: ܩܢܘ ܩܢܝܢܐ ܘܙܟܬ ܐܢܘܢ ܥܠܘܒܘܬܐ: ܐܘܙܦܘ ܠܚ̈ܕܕܐ ܘܢܣܒܘ ܪܒܝܬܐ: ܘܠܝܬ ܕܡܬܕܟܪ ܕܟܬܝܒ: ܕܠܐ ܬܣܒ ܪܒܝܬܐ ܘܚܒܘܠܝܐ: ܘܡܢ ܕܨܒܐ ܕܢܥܡܪ ܒܡܫܟܢܗ ܕܡܪܝܐ ܟܣܦܐ ܒܪܒܝܬܐ ܠܐ ܢܬܠ. ܘܬܘܒ ܐܡܪ: ܕܡܢ ܕܪܒܝܬܐ ܠܐ ܢܣܒ ܘܚܒܘܠܝܐ ܠܐ ܡܘܙܦ ܘܚܕܐ ܡܢ ܗܠܝܢ ܡܘܡܐ ܠܐ ܥܒܕ ܗܠܝܢ ܕܡܢܐ ܚܙܩܝܐܝܠ: ܒܗ ܨܒܐ ܐܠܗܐ. ܐܝܬ ܒܗ ܒܗܢܐ ܙܒܢܐ ܐܢܫܐ ܕܥܒܕܝܢ ܒܛܠܘܡܝܐ ܘܡܥܩܡܝܢ ܕܝܢܐ: ܘܢܣܒܝܢ ܒܐܦ̈ܐ ܘܙܟܝܢ ܚܝ̈ܒܐ ܘܡܚܝܒܝܢ ܙܟܝ̈ܐ: ܪܚܡܝܢ ܥܬܝܪ̈ܐ ܘܣܢܝܢ ܡܣܟܢ̈ܐ: ܪܥܝܢ ܢܦܫܗܘܢ ܘܡܒܕܪܝܢ ܥܢܐ: ܥܠܡܐ ܥܘܪ ܐܢܘܢ. ܬܒܥܝܢ ܫܘܚܕܐ ܫܕܝܢ ܩܘܫܬܐ ܣܢܝܢ ܡܟܣܢܘܬܐ ܘܪܚܡܝܢ ܥܘܠܐ: ܣܢܝܢ ܡܟܝ̈ܟܐ ܘܪܚܡܝܢ ܪ̈ܡܐ ܘܫܒ̈ܗܪܐ ܘܡܬܪ̈ܘܪܒܢܐ. ܒܝܘܡܬܗܘܢ ܚܫܟ ܢܘܗܪܐ: ܦܟܗ ܡܠܚܐ: ܚܫܟܬ ܝܘܠܦܢܐ: ܦܝܓ ܢܡܘܣܐ: ܚܪܒ ܟܪܡܐ ܘܣܠܩܘ ܟܘ̈ܒܐ: ܕܡܟܘ ܐܢܫܐ ܘܙܪܥ ܒܝܫܐ ܙܝܙ̈ܢܘܗܝ: ܙܩܦܘ ܓܠ̈ܠܐ ܡܬܦܝܢ ܡܣܬܩܦܢ: ܢܦܠܘ ܘܬܒܪܘ ܐܠܦ̈ܐ ܕܪܕܝ̈ܢ ܡܪܟܒܬܐ: ܢܦܠܘ ܡܠܚ̈ܐ ܘܛܒܥܘ

3. Surrrexerunt enim in populo nostro duces qui legem dereliquerunt, et gloriati sunt in iniquitate. Possessiones sibi comparaverunt, et avaritia devicit eos. Mutuo dederunt sub usuris, foenusque acceperunt; et nemo est qui recordetur eorum quae scripta sunt : *Ne accipias usuras aut foenus*[1]. Et : *Qui vult habitare in tabernaculo Domini, pecuniam suam non dabit ad usuram*[2]. Rursumque ait : *Qui foenus non acceperit, atque ad usuram non commodaverit*[3], neque ullum ex his flagitiis exsecrandis admiserit quae Ezechiel recenset, in illo complacebit sibi Deus. Exstant hoc tempore homines qui rem violentia gerunt; pervertunt iudicium, et personas suscipiunt; noxios absolvunt, et innocentes condemnant; amant divites, et pauperes oderunt; pascunt semetipsos, et disperdunt gregem[4]. Mundus eos obcaecavit; munera requirunt, aequitatem proiiciunt; a correptione abhorrent, et amant iniquitatem. Humiles aversantur; superbos et arrogantes et iactatores diligunt. In diebus eorum lumen exstinctum est, infatuatum est sal, doctrina obscurata est, lexque defecit; vinea vastata est, et spinae creverunt. Dormierunt homines, et malignus zizania sua seminavit[5]. Fluctus intumuerunt,

AB] — 5 A ܘܚܒܘܠܝܐ. — 7 A ܒܪܒܝܬܐ. — 8 A ܕܪܒܝܬܐ. — 12 *B* om. ܒܛܠܘܡܝܐ. — 18 A ܡܟܣܢܘܬܐ.

[1] Lev. xxv, 36. — [2] Ps. xv (xiv) 1, 5. — [3] Ezech. xviii, 8, seqq. — [4] *Ib.* xxxiv, 2; Ier. xxiii, 1. — [5] Matth. xiii, 25.

invalueruntque procellae. Aurigae corruerunt, et currus perturbati sunt. Somno capti sunt navarchae, et naves eorum submersae fuerunt. Lex religata est, et testimonium obsignatum, factusque est sacerdos sicut populus[1]. Magistratus aurum postulat, iudex repetit munera; princeps quidquid bonum sibi videtur loquitur. Egenos contemnunt, pauperes terrae exterminant. *Mordent dentibus suis, et praedicant pacem; et si quis non iniecerit ori eorum quidpiam, praedicant super eum praelium*[2]. *Abominantur iudicium, et omnia recta pervertunt; aedificant Sion in sanguine, et Ierusalem in iniquitate. Principes eius in muneribus iudicant, et sacerdotes eius in mercede docent; prophetae in pecunia divinant; et super Dominum confidunt, dicentes : Ecce Dominus in medio nostrum est*[3]. *Propterea ecce erit eis nox et tenebrae pro divinatione*[4]. Ira pleni sunt, iracundiaque tument. Gaudent cavillari, in delinquendo delectantur, iucundum eis est inter se deridere, quasi mel comedere et favos avide lambere. Aequitas corruit, correptio fugata est. Viri honestissimi viluerunt, doctores in contemptum venerunt; *vocaverunt bonos malos et malos bonos; lucem pro tenebris reputant, et pro luce tenebras; amarumque dulce dicunt, et dulce amarum; sapientes sunt in*

ܐܠܦܘܗܝ. ܪܦܐ ܢܡܘܣܐ ܘܚܬܝܡܐ ܣܗܕܘܬܐ: ܘܗܘܐ ܠܗ ܟܘܡܪܐ ܐܝܟ ܥܡܐ. ܫܠܝܛܐ ܫܐܠ ܕܗܒܐ ܘܕܝܢܐ ܐܡܪ ܫܘܚܕ: ܘܪܒܐ ܡܡܠܠ ܪܓܬ ܢܦܫܗ. ܫܛܝܢ ܠܡܣܟܢܐ ܘܡܚܒܠܝܢ ܠܡܣܟܢܘ ܕܐܪܥܐ: ܢܟܬܝܢ ܒܫܢܝܗܘܢ ܘܡܟܪܙܝܢ ܫܠܡܐ: ܘܡܢ ܕܠܐ ܪܡܐ ܒܦܘܡܗܘܢ: ܡܟܪܙܝܢ ܥܠܘܗܝ ܩܪܒܐ. ܡܣܠܝܢ ܕܝܢܐ ܘܡܥܩܡܝܢ ܟܠܗܝܢ ܬܪܝܨܬܐ. ܒܢܝܢ ܠܨܗܝܘܢ ܒܕܡܐ ܘܠܐܘܪܫܠܡ ܒܥܘܠܐ: ܪܫܝܗ ܒܫܘܚܕܐ ܕܝܢܝܢ ܘܟܘܡܪܘܗ ܒܐܓܪܐ ܡܠܦܝܢ: ܢܒܝܐ ܒܟܣܦܐ ܩܣܡܝܢ ܘܥܠ ܡܪܝܐ ܡܬܬܟܠܝܢ ܘܐܡܪܝܢ: ܗܐ ܡܪܝܐ ܒܡܨܥܬܢ. ܡܛܠ ܗܢܐ ܠܠܝܐ ܠܗܘܢ ܘܚܫܘܟ ܠܗܘܢ ܡܢ ܩܣܡܐ. ܚܡܬܐ ܡܠܝܢ ܘܪܘܓܙܐ ܢܦܝܚܝܢ. ܚܕܝܢ ܒܒܨܚܐ ܘܪܘܝܢ ܒܥܘܠܬܐ: ܘܢܝܚܐ ܠܗܘܢ ܡܓܚܟܘܬܐ ܚܕ ܥܠ ܚܕ: ܐܝܟ ܐܢܫ ܕܢܐܟܘܠ ܕܒܫܐ ܘܟܘܪܬܐ ܡܡܨܛܨ. ܐܬܬܦܠ ܦܩܥܬܐ ܘܟܘܫܐ ܡܬܪܕܦܢܘܬܐ: ܙܠܘ ܢܟܦܐ. ܘܐܬܬܫܝܛܘ ܡܠܦܢܐ. ܩܪܘ ܠܛܒܐ ܒܝܫܐ ܘܠܒܝܫܐ ܛܒܐ. ܚܫܒܘ ܢܘܗܪܐ ܠܚܫܘܟܐ ܘܚܫܘܟܐ ܠܢܘܗܪܐ: ܘܡܪܝܪܐ ܚܠܝܐ ܘܚܠܝܐ ܡܪܝܪܐ. ܚܟܝܡܝܢ ܒܥܝܢܝ ܢܦܫܗܘܢ

AB | — 5 B om. ܠܡܣܟܢܐ — 12 A ܒܐܓܪ̈ܐ. — 17 A ܩܘܣܡܐ. — 22 A ܘܐܠܨ. — 23 A ܘܐܬܬܫܝܛܘ.

[1] Is. xxiv, 2. — [2] Mich. iii, 5. — [3] Ib. iii, 9-11. — [4] Ib. iii, 6.

ܘܠܩܘܒܠ ܐܦܝܗܘܢ ܣܘܟܠܬܢܐ. ܡܙܕܩܝܢ ܠܚܝܒܐ ܚܠܦ ܫܘܚܕܐ: ܘܙܕܝܩܘܬܗ ܕܙܕܝܩܐ ܡܥܒܪܝܢ ܡܢܗ. ܚܙܘܐ ܫܠܡܘ ܘܢܒܝܘܬܐ ܡܫܬܪܝܐ ܀

ܗܠܝܢ ܕܣܥܪܢ ܗܢܝܢ ܦܓܥ ܒܢ. ܒܙܝܢ ܘܐܬܕܘܝܢ ܘܐܬܒܕܪܢ. ܐܝܠܝܢ ܕܠܐ ܚܫܝܢ ܗܘܘ ܠܡܬܠ ܫܐܠܝܢ ܠܢ ܠܡܬܠ ܠܗܘܢ ܒܝܬܝܪܘܬܐ: ܥܠ ܕܣܢܝܢ ܚܕ ܠܚܕ ܣܓܝܘ ܣܢܐܝܢ ܕܡܓܢ: ܥܠ ܕܒܙܚܢ ܐܬܒܙܚܢ: ܥܠ ܕܫܛܝܢ ܐܫܬܛܝܢ: ܥܠ ܕܟܕܒܢ ܐܬܟܕܒܢ: ܥܠ ܕܐܬܪܥܡܢ ܐܬܡܟܟܢ: ܥܠ ܕܐܠܨܢ ܐܬܐܠܨܢ: ܥܠ ܕܚܒܠܢ ܐܬܚܒܠܢ. ܒܗܠܝܢ ܚܒܝܒܝ ܗܠܟܘ ܐܢܫܝܢ ܡܢܢ ܕܕܢܝܢ ܠܐ ܕܐܢܝܢ ܘܬܪܝܨܘܬܐ ܠܐ ܡܒܥܝܢ: ܘܠܝܬ ܕܡܥܗܕ ܠܢܒܝܐ ܕܐܡܪ: ܕܒܥܘ ܕܝܢܐ: ܘܐܛܐܒܘ ܠܡܬܥܠܒܢܐ ܀

ܐܦ ܓܝܪ ܒܣܘܓܐܐ ܕܪܚܡܘܗܝ ܦܝܣܐ ܐܝܟ ܠܒܢܝ ܐܢܫܐ ܙܒܢܝܢ ܙܒܢ ܟܕ ܡܥܘܠܝܢ ܗܘܘ: ܘܒܕܝܢܐ ܥܡܗܘܢ ܥܠ. ܘܟܕ ܡܫܟܚ ܗܘܐ ܠܐ ܥܒܕ ܒܩܛܝܪܐ. ܐܡܪ ܓܝܪ ܐܫܥܝܐ ܢܒܝܐ: ܕܩܐܡ ܠܡܕܢ ܡܪܝܐ ܘܩܐܡ ܠܡܕܢ ܠܥܡܗ: ܡܪܝܐ ܥܡ ܕܝܢܐ

oculis suis, et coram semetipsis prudentes: iustificant impium pro munere, et iustitiam iusti auferunt ab eo[1]. Visiones defecerunt, et prophetia destructa est.

4. Quae egimus, ipsa evenerunt nobis. Exspoliati sumus, vexati atque dispersi. Qui propensi non erant ad dandum, a nobis exposcunt ut ipsis praeter mensuram demus. Quoniam inter nos oderamus, *multiplicati sunt qui oderunt nos gratis*[2]. Quia cavillati sumus, ipsi deridemur; quoniam sprevimus, contemnimur; quoniam mentiti sumus, mendaciis decipimur; quoniam voluimus efferri, humiliati sumus; quia oppressimus, ipsi opprimimur; quoniam laesimus, male mulcamur. In his, dilectissimi, quidam ex nobis ambulaverunt, non iudicantes iuste, et aequitatem non perquirentes; et nemo est qui prophetam commeminerit dicentem : *Quaerite iudicium, oppressis benefacite*[3].

5. Etenim Deus noster in multitudine misericordiarum suarum exhortatione homines interdum compellavit, cum inique agerent; convenit etiam in iudicium cum ipsis, at quamvis id possit facere, vim non adhibuit. Ait namque Isaias propheta : *Stat ad iudicandum Dominus, et stat ad iudicandum populum suum. Do-*

AB]" — 15 *B* ܫܒܝܬܐ. — 17 A ܡܒܥܝܢ. — 22 A secunda manu additum ܕܒܥܡܗܘܢ. — *Ib.* A ܘܒܕܝܢܐ ܥܡ ܥܠ ܗܘ ܐܢܫܐ. — 23 A secunda manu add. ܗܘ [ܡܫܟܚ.

[1] Is. v, 20, 21, 23. — [2] Ps. LXIX (LXVIII), 5. — [3] Is. I, 17.

minus ad iudicium veniet cum senibus populi sui et cum principibus eius, quoniam incenderunt vineam, et rapinam pauperum collegerunt; superaverunt et rubore affecerunt imbecillos[1]. Ieremias vero dixit : *Intrabo vobiscum in iudicium, ait Dominus, sicut iudicio contendi cum patribus vestris*[2]. Michaeas etiam ait : *Iudicabit Dominus cum populo suo, et redarguet Israel*[3]. Rursus dixit Isaias : *Adducite iudicia vestra, dicit Dominus; afferte cogitationes vestras, dicit rex Iacob*[4]. Moyses quoque ad Israel dixit : *Iudices et scribas fac tibi per singulas tribus tuas, ut iudicent populum iudiciis iustitiae. Neque acceptabis munera, neque accipies personam; ita parvum audietis et magnum, ut benedicat tibi Dominus*[5]. Sed et in terribili iudicio Sodomae exhibuit Dominus noster benignitatem, et misericordiam suam ostendit Abrahae, cum illi iudicium promisit non cum iracundia ferendum. Seipsum rursus coram Ezechiele defendit propter iudicium durissimum exterminatoris, qui egressus fuerat ad vastandam Ierusalem. Cum coepisset propheta conqueri : *Quare consummationem efficis ex omnibus reliquiis Israel?* rationem ei aperuit, ostendens ei abominationem viginti virorum; et exploratum habuit propheta impios ius-

ܢܥܘܠ ܥܡ ܩܫܝܫܐ ܕܥܡܗ ܘܥܡ ܪܘܪܒܢܘܗܝ ܥܠ ܕܐܘܩܕܘ ܟܪܡܐ ܘܟܢܫܘ ܚܛܘܦܝܐ ܕܡܣܟܢܐ ܙܟܘ ܘܐܒܗܬܘ ܠܡܚܝܠܐ. ܘܐܪܡܝܐ ܐܡܪ: ܕܐܬܐ ܥܡܟܘܢ ܐܡܪ ܡܪܝܐ: ܐܝܟ ܕܕܢܬ ܥܡ ܐܒܗܬܟܘܢ. ܘܡܝܟܐ ܐܡܪ: ܕܕܐܢ ܡܪܝܐ ܥܡ ܥܡܗ: ܘܠܐܝܣܪܝܠ ܡܟܣ. ܘܐܫܥܝܐ ܐܡܪ: ܩܪܒܘ ܕܝܢܝܟܘܢ ܐܡܪ ܡܪܝܐ: ܘܩܪܒܘ ܬܪܥܝܬܟܘܢ ܐܡܪ ܡܠܟܗ ܕܝܥܩܘܒ. ܘܡܘܫܐ ܐܡܪ ܠܐܝܣܪܝܠ: ܕܝܢܐ ܘܣܦܪܐ ܥܒܕ ܠܟ ܒܟܠ ܫܒܛܝܟ: ܘܢܕܘܢܘܢ ܠܥܡܐ ܕܝܢܐ ܕܙܕܝܩܘܬܐ. ܘܠܐ ܬܣܒ ܫܘܚܕܐ ܘܠܐ ܬܣܒ ܒܐܦܐ: ܐܠܐ ܠܙܥܘܪܐ ܐܝܟ ܪܒܐ ܬܫܡܥܘܢ ܕܢܒܪܟܟ ܡܪܝܐ. ܘܐܦ ܥܠ ܕܝܢܐ ܕܕܚܝܠܐ ܕܣܕܘܡ ܐܚܘܝ ܛܝܒܘܬܗ ܡܪܢ ܘܐܦܢܝ ܠܐܒܪܗܡ ܪܚܡܘܗܝ ܟܕ ܐܡܪ ܠܗ: ܕܠܐ ܡܫܠܛ ܕܝܢܐ ܒܪܘܓܙܐ. ܘܢܦܫܗ ܬܘܒ ܒܪܘܫܐ ܠܚܙܩܝܐܝܠ ܥܠ ܕܝܢܐ ܥܙܝܙܐ ܕܡܚܒܠܢܐ ܕܢܦܩ ܠܐܘܪܫܠܡ. ܘܟܕ ܫܪܝ ܢܒܝܐ ܡܬܟܬܫ: ܕܠܡܢܐ ܥܒܕ ܐܢܬ ܫܘܠܡܐ ܠܟܠ ܕܐܫܬܪܘ ܡܢ ܐܝܣܪܝܠ. ܚܘܝܗ ܦܬܓܡܐ ܟܕ ܚܘܝܗ ܛܢܦܘܬܐ ܕܥܣܪܝܢ ܓܒܪܝܢ: ܘܐܬܒܩܝ ܢܒܝܐ ܗܘ ܕܪܫܝܥܐ ܡܬܚܫܒܝܢ ܒܢܝܐ ܦܘܪܥܢܐ. ܘܐܦܝܣ

AB¹ — 3 A ܠܡܚܝܠܐ ܘܐܒܗܬܘ ܘܐܙܠܘ. — 12 A ܕܝܢܐ. — 15 A om. ܕܕܚܝܠܐ. — 21 A ܠܐܘܪܫܠܡ.

[1] Is. III, 13-15. — [2] Non Ieremias, sed Ezechiel XX, 36. — [3] Mich. VI, 2; Is. XLI, 21. — [4] Deut. XVI, 18, 19. *Ib.* I, 17. — [5] Ezech. IX, 8; XI, 13.

ܠܡܣܒ ܒܡܫܘܡܠܝܘܬܐ ܕܐܓܪܐ ܐܦ ܦܝܣ ܥܠ ܕܚܣ ܘܐܡܪ ܠܗ: ܕܐܝܟ ܚܣܬ ܥܠ ܦܪܘܥܐ ܕܩܪܐ. ܕܒܪ ܠܠܝܐ ܗܘܐ ܘܒܪ ܠܠܝܐ ܐܒܕ. ܐܢܐ ܕܝܢ ܠܐ ܐܚܘܣ ܥܠ ܢܝܢܘܐ ܡܕܝܢܬܐ ܪܒܬܐ ܕܐܝܬ ܒܗ ܝܬܝܪ ܡܢ ܬܪܬܥܣܪܐ ܪܒܘܢ ܐܠܦܝܢ ܒܢܝ ܐܢܫܐ ܣܛܪ ܡܢ ܛܠܝܐ ܘܝܠܘܕܐ ܕܠܐ ܝܕܥܝܢ ܒܝܬ ܝܡܝܢܗܘܢ ܠܣܡܠܗܘܢ: ܘܒܥܝܪܐ ܣܓܝܐܐ. ܘܬܘܒ ܐܦ ܟܕ ܨܒܐ ܠܡܥܩܪ ܠܟܪܡܗ ܥܠ ܕܥܒܕ ܒܘܫܐ ܚܠܦ ܥܢܒܐ: ܐܩܝܡ ܒܕܝܢܐ ܠܓܒܪܐ ܕܝܗܘܕܐ ܘܠܥܡܘܪܐ ܕܐܘܪܫܠܡ ܘܐܡܪ. ܕܘܢܘ ܒܝܢܝ ܠܟܪܡܝ܀

ܚܙܘ ܚܒܝܒܝ ܡܪܚܡܢܘܬܗ ܕܛܒܐ ܒܪܘܝܢ. ܕܟܕ ܠܒܝܫܐ ܒܪܘܓܙܐ ܡܘܒܕ ܠܙܟܝܐ ܡܦܨܐ ܘܡܚܝܐ. ܐܘܒܕ ܓܝܪ ܠܕܪܐ ܕܒܝܘܡܝ ܢܘܚ ܥܠ ܕܐܪܫܥܘ: ܘܦܨܝ ܠܢܘܚ ܘܠܒܢܝ ܒܝܬܗ ܐܝܟ ܚܢܢܗ. ܘܗܦܟ ܠܣܕܘܡ ܘܠܫܒܒܬܗ: ܘܦܠܛܗ ܠܠܘܛ ܡܢ ܓܘ ܗܘܦܟܬܐ. ܐܦ ܒܡܨܪܝܢ ܟܕ ܩܛܠ ܒܘܟܪܝܗܘܢ ܕܡܨܪܝܐ ܐܚܝ ܠܒܘܟܪܐ ܕܒܢܝ ܐܝܣܪܝܠ. ܘܒܝܘܡܝ ܚܙܩܝܐܝܠ ܟܕ ܚܪܒܗ ܠܡܕܝܢܬܐ ܪܫܡ ܪܘܫܡܐ ܒܒܝܬ ܥܝܢܝܗܘܢ

tam recipere mercedem. Ionam pariter suasit cucurbitae germinatione; iste enim misericordia motus fuerat quod exaruisset; et dixit ei : *Tu misericordia moveris propter cucurbitae plantam, quae una nocte nata est, et una nocte aruit; et ego non parcam Ninive civitati magnae, in qua sunt plus quam centum viginti millia hominum, praeter infantes et parvulos, qui nesciunt [discernere] inter dexteram et sinistram suam, et iumenta multa*[1]! Iterum quando vineam suam voluit eradicare, quod fecisset loco uvarum labruscas, considere fecit in iudicium viros Iuda et habitatores Ierusalem, et ait : *Iudicate inter me et vineam meam*[2].

6. Considerate, dilectissimi, benigni Creatoris nostri misericordiam, qui cum in ira malos vult perdere, innocentes tamen eripit et servat. Nam generationem in diebus Noe consumpsit, quoniam inique se gesserat; Noe vero et filios domus eius, propter misericordiam suam tuitus est. Sodomam et urbes vicinas subvertit. Lot vero ab excidio liberavit. In Aegypto rursus quando primogenitos Aegyptiorum interfecit, primogenitos filiorum Israel vivos servavit. Tandem in diebus Ezechiel, cum civitatem vastaret, signum frontibus hominum ius-

AB] — 2 B ܚܣܐ ܥܠ [ܕܚܣ ܥܠ. — 7 A om. ܣܛܪ ܡܢ. — 11 A ܒܘܫܐ. — 12 B ܘܐܩܝܡ. ܠܓܒܪܐ. — 13 AB ܘܐܡܪ. — 16 B ܘܐܦ. — 17 B ܥܠ ܕܪܐ ܘܐܦܨܝ.

[1] Ion. IV, 10, 11. — [2] Is. V, 3.

torum imposuit, eosque liberavit. Non ergo Deus absque iudicio damnat.

7. Hodie vero in populo nostro reperti sunt iudices sapientes, singulari scientia praediti, qui homines in iudicium non vocatos iudicant atque condemnant. Id autem durius videtur: eos scilicet, quamvis singulari scientia ornatos, non solummodo tales in suo iudicio mulctare, qui inter dexteram et sinistram suam sciant distinguere, verum etiam pueros et infantes plurimos in materno adhuc utero [latentes] ac nondum natos, pauperumque, et egenorum, et [virorum] foederis sancti[1] multas myriades.

8. Repertus est apud vos quidam frater noster[2], corona insignitus, quem regio sua nulla observantia colebat. Cum ergo a sua provincia non exciperetur, reges alios procul distantes adiit, catenas vinculaque ab eis expostulans, quae in regionem et civitatem suam distribuit. Nos vero existimamus pro catenis quas ille rex diademate cinctus reges amicos suos rogavit, magis expediisse poscere munera, quae principibus, popularibus civibusque suis catenarum et vinculorum loco dispensaret. Audiat sapiens et intelligat; propterea enim haec scripsimus, dilec-

ܕܢܝܪܐ ܙܕܝܩܐ ܘܦܪܩ ܐܢܘܢ. ܘܠܐ ܡܚܝܒ ܐܠܗܐ ܕܠܐ ܕܝܢܐ܀

ܫܟܝܚܐ ܕܝܢ ܐܫܬܟܚܘ ܒܥܡܢ ܕ̈ܝܢܐ ܚ̈ܟܝܡܐ ܡܬܚܡܬܢܐ ܕܐܝܬ ܒܗܘܢ ܝܬܝܪܘܬܐ ܡܣܬܟܠܢܘܬܐ: ܕܟܕ ܠܐ ܢܬܒܥܘܢ ܠܒ̈ܢܝ ܐܢܫܐ ܒܕܝܢܐ ܕܝܢܝܢ ܘܡܚܝܒܝܢ. ܐܠܐ ܚܙܐ ܩܫܝܐ: ܕܐܦ ܝܬܝܪܘܬܐ ܡܣܬܟܠܢܘܬܐ ܐܝܬ ܒܗܘܢ ܐܠܐ ܒܕܝܢܗܘܢ ܠܐ ܒܠܚܘܕ ܠܐܢܫܐ ܕܝܕܥܝܢ ܒܝܢ ܝܡܝܢܐ ܠܣܡܠܐ ܡܚܝܒܝܢ: ܐܠܐ ܐܦ ܠܛܠܝ̈ܐ ܘܠܥܘܠܐ ܣܓܝܐܐ ܕܒܟܪ̈ܣܬܐ ܐܢܘܢ ܕܐܡܗܬܗܘܢ ܘܥܕܟܝܠ ܠܐ ܐܬܝܠܕܘ: ܘܡܣܟܢ̈ܐ ܘܒܨܝܪ̈ܐ ܘܩܝܡܐ ܩܕܝܫܐ ܪ̈ܒܘܬܐ ܣܓܝܐܬܐ܀

ܘܐܫܬܟܚ ܠܘܬܟܘܢ ܐܚܘܢ ܚܕ ܕܡܥܛܪ ܟܠܝܠܐ ܘܐܬܪܗ ܠܐ ܢܛܪ ܠܗ. ܘܟܕ ܐܬܪܗ ܠܐ ܪܥܐ ܡܩܒܠ ܠܗ. ܐܙܠ ܠܗ ܠܘܬ ܡ̈ܠܟܐ ܐܚܪ̈ܢܐ ܐܝܠܝܢ ܕܪܚܝܩܝܢ ܒܥܐ ܗܘܐ ܡܢܗܘܢ ܫ̈ܫܠܬܐ ܘܐܣܘܪ̈ܐ: ܘܦܠܓ ܡܦܠܓ ܠܐܬܪܗ ܘܠܡܕܝܢܬܗ. ܚܢܢ ܕܝܢ ܣܒܪܝܢܢ ܕܚܠܦ ܫ̈ܫܠܬܐ ܕܒܥܐ ܗܘ ܡܠܟܐ ܕܡܥܛܪ ܟܠܝܠܐ ܡܢ ܡ̈ܠܟܐ ܪ̈ܚܡܘܗܝ ܕܫܦܝܪ ܗܘܐ ܠܗ ܕܢܒܥܐ ܡܢܗܘܢ ܡܘܗ̈ܒܬܐ ܠܪ̈ܘܪܒܢܘܗܝ ܘܠܒ̈ܢܝ ܐܬܪܗ ܘܡܕܝܢܬܗ ܚܠܦ ܫ̈ܫܠܬܐ ܘܐܣܘܪ̈ܐ. ܚܟܝܡܐ ܢܫܡܥ ܘܢܣܬܟܠ. ܘܡܛܠ ܗܢܐ ܟܬܒܬ ܚܒܝܒܝ

AB! — 3 A ܫܟܝܚܝܢ. — Ib. B ܒܥܡܢ. — 9 A ܐܝܠܝܢ ܕܝܕܥܝܢ. — 15 B ܢܛܪ. — 16 A om. ܠܗ secundo.

[1] Vid. Praef. § 20. — [2] Vid. Praef. §§ 9 et 20.

ܚܒܝܒܝ. ܕܡܠܟܐ ܟܕ ܩܛܪ ܬܓܐ ܒܓܘ ܡܕܝܢܬܗ ܘܡܨܥܬ ܪ̈ܘܪܒܢܘܗܝ ܡܩܒܠ ܡܠܟܘܬܐ: ܘܟܕ ܟܠܗܘܢ ܡܬܛܝܒܝܢ ܠܗ. ܗܝܕܝܢ ܥܐܠ ܠܒܝܬ ܓܙܐ ܘܢܣܒ ܡܘܗܒܬܐ ܘܕܫܢܐ ܣܓܝܐܐ ܘܡܦܠܓ ܠܟܠܗܘܢ ܪ̈ܘܪܒܢܘܗܝ: ܘܟܬܒ ܕܬܛܥܝܬܐ ܒܟܠܗ ܡܠܟܘܬܗ. ܘܢܦܩ ܦܩܕܬܐ ܕܟܠܗܘܢ ܒܝܬ ܐܣܝܪ̈ܐ ܕܒܟܠܗ ܫܘܠܛܢܗ: ܘܫܪܐ ܐܣܝܪ̈ܐ ܘܡܦܩ ܚܒܝܫܐ: ܘܡܪܘܚ ܠܡܫܟ̈ܢܐ ܡܛܠ ܕܚܕܬܐܝܬ ܩܒܠ ܡܠܟܘܬܐ. ܘܗܝܕܝܢ ܡܬܬܟܠܝܢ ܕܡܬܩܢ ܒܡܠܟܘܬܗ: ܘܗܘܐ ܡܠܟܐ ܥܠ ܟܠܗ ܥܡܐ. ܒܪܡ ܕܝܢ ܒܝܫܐ ܗܝ ܥܘܠܬܐ ܗܕܐ ܡܢ ܕܪܚܒܥܡ: ܘܛܠܝܢ ܡܢ ܚܟܡܬܐ ܗܘܝܢ ܕܝ̈ܢܐ ܡܢ ܛܠܝ̈ܐ ܒܢܝ̈ ܡܠܟܗ ܕܪܚܒܥܡ܀

ܫܡܥܘ ܬܘܒ ܚܒܝܒܝ. ܐܢ ܢܓܕܫ ܢܗܘܐ ܡܠܟܐ ܪܒܐ ܘܢܩܝܡ ܪܒ ܒܝܬܐ ܥܠ ܟܠܗ ܩܢܝܢܗ ܘܥܠ ܟܠܗ ܒܝܬܗ: ܘܗܘ ܪܒ ܒܝܬܐ ܒܥܘܠܐ ܢܬܕܒܪ ܘܥܠ ܒܢ̈ܝ ܟܢܘܬܗ ܢܬܪܘܪܒ ܘܥܠ ܡܫܡܫܢܘܗܝ ܕܡܠܟܐ ܢܬܥܫܢ ܘܕܠܐ ܕܝܢܐ ܘܕܠܐ ܡܦܩ ܢܐܣܘܪ ܘܢܚܒܘܫ ܐܢܘܢ ܘܢܡܚܐ ܐܢܘܢ ܘܢܨܥܪ ܐܢܘܢ: ܘܕܝܢܐ ܗܘ ܠܐ ܒܥܐ ܘܠܐ ܝܕܥ ܐܢ ܚܝܒܝܢ ܘܐܢ ܙܟܝܢ: ܘܡܢ ܒܝܬ ܚܒܘܫܝܐ ܘܡܢ ܒܝܬ

tissimi. Nam cum rex coronam cingit in civitate sua, et in medio principum suorum regnum suscipit, cumque omnes bono erga eum animo facti sunt; tum arcam ingreditur, donaria muneraque plurima sumit, et cunctis principibus suis dispertitur; oblivionis legem per totum regnum decernit, vincula carcerum omnium in universa ditione sua confringit, captivos solvit, educit inclusos, miseros relaxat, quod regnum suum nuper recepit. Et sic confidunt ipsum in regno suo corroboratum iri, et in populum universum dominationem obtinet. Verumtamen peior est iniquitas illa peccato Roboam, et iudices illi tenuioris scientiae sunt quam iuvenes quos adhibuit Roboam in consilium[1].

9. Audite iterum, carissimi. Si contingat ut aliquis rex magnus super possessiones suas universas et omnem regiam, constituat procuratorem; ille vero inique se gerat, adversus conservos suos se extollat, ac contra regis ministros effeatur, eosque sine iudicio aut excusatione apprehendat, in vincula coniiciat, verberibus probrisque oneret, et sic iudex constitutus non inquirat nec cognoscat utrum nocentes an innoxii sint, servi autem illi de carcere et de custodia con-

AB] — 4 A ܗܝܠܟ. — 6 A ܕܬܛܝܒܘܬܐ. — 13 A ܗܘ ܥܠ. — 15 A ܘܕܝܢܐ. — 17 A *audi iterum, carissime* ܫܡܥ ܬܘܒ ܚܒܝܒܝ. — 18 A ܪܒ ܒܝܬܐ || ܪܒܝܬܐ. — 23 A ܢܐܣܘܪ. — 24 A ܒܝܫܐ ܗܘܘ. — 25 A ܐܢ.

[1] I (III) Reg. XII, 8.

querantur, et domino suo denuntient : Praefectus ille tuus, conservus noster, vinculis nos alligavit scelere insontes, non autem iudicavit, neque interrogavit nec reos citavit; quid vobis esset dicendum, fratres? Numquid praepositus ille domini sui laude probabitur? Scimus talem procuratorem, qui conservos suos indemnatos vinxit, iniuriaque affecit, e potestate sua a rege eiectum iri, ut quemadmodum sodalibus suis fecit, ita et ei fiat. Sic enim Rex nobis scripsit : *In quo iudicio iudicaveritis, iudicabimini*[1]. Illosque accusans et admonens dixit : *Videte quid audieritis : In quo iudicio iudicaveritis, iudicabimini*[2].

10. Elatio vero aut arrogantia multos deiecit. Adam superbia sua e paradiso detrusus est, et pulvis cessit in escam serpentis. Fratrem Cain occidit insolentia sua, *tremensque et vagus fuit super terram*[3]. Cham, quod animum extulit patremque derisit, maledictus fuit, et servus servorum fratribus suis effectus est[4]. Propter superbiam suam Esau primogeniti iura perdidit. Quia se obduravit nimiumque extulit Pharao, in mare rubrum demersus est ipse cum exercitu suo. Et filii Heli, quia contra populum superbierunt, a sacerdotio Sancti reproba-

ܐܦܛܪܦܐ ܕܥܒܕܘܗܝ ܥܒܕܐ ܘܢܘܕܥܘܢ
ܠܡܪܗܘܢ: ܕܗܢܐ ܗܘ ܫܠܝܛܟ ܟܢܬܢ
ܐܣܪܢ ܕܠܐ ܚܘܒܐ: ܘܠܐ ܕܢ ܘܠܐ ܫܐܠܢ
ܘܠܐ ܩܪܢ: ܡܢܐ ܐܡܪܝܢ ܗܘܝܬܘܢ ܐܚܝ.
ܕܠܡܐ ܡܫܬܒܚ ܠܗ ܡܢ ܡܪܗ
ܠܗܘ ܪܒܝܬܐ. ܗܢܐ ܝܕܥܝܢܢ ܕܪܒܝܬܐ
ܕܟܢܘܬܗ ܕܠܐ ܕܝܢܐ ܐܣܪ ܘܨܥܪ ܡܢ
ܫܘܠܛܢܗ ܡܦܩ ܠܗ ܡܠܟܐ
ܘܐܝܟ ܡܐ ܕܥܒܕ ܠܟܢܘܬܗ ܡܬܥܒܕ
ܠܗ: ܡܛܠ ܕܡܠܟܐ ܗܟܢܐ ܟܬܒ
ܠܢ: ܕܒܗܘ ܕܝܢܐ ܕܕܐܢܝܢ ܐܢܬܘܢ
ܡܬܕܝܢܝܢ. ܘܡܟܣ ܘܙܗܪ ܐܢܘܢ ܘܐܡܪ:
ܚܙܘ ܡܢܐ ܫܡܥܝܢ ܐܢܬܘܢ: ܕܒܕܝܢܐ
ܕܕܐܢܝܢ ܐܢܬܘܢ ܡܬܕܝܢܝܢ܀

ܪܡܘܬܐ ܕܝܢ ܘܫܘܒܗܪܐ ܠܣܓܝܐܐ
ܣܚܦܬ. ܒܪܡܘܬܗ ܐܕܡ ܢܦܩ ܡܢ
ܦܪܕܝܣܐ: ܘܗܘܐ ܥܦܪܐ ܡܐܟܘܠܬܐ
ܠܚܘܝܐ. ܘܩܐܝܢ ܒܪܡܘܬܗ ܩܛܠ
ܠܐܚܘܗܝ: ܘܗܘܐ ܙܐܥ ܘܢܐܕ ܒܐܪܥܐ ܘܚܡ
ܥܠ ܕܐܬܪܝܡ ܘܓܚܟ ܒܐܒܘܗܝ
ܐܬܠܛܡ ܘܗܘܐ ܥܒܕ ܥܒܕܝܢ ܠܐܚܘܗܝ
ܘܥܫܘ ܡܛܠ ܪܡܘܬܗ ܐܘܒܕ ܒܘܟܪܘܬܐ
ܡܫܝܫܘܬܗ. ܘܦܪܥܘܢ ܥܠ ܕܐܬܩܫܝ
ܘܐܬܪܝܡ ܛܒܥ ܒܝܡܐ ܕܣܘܦ ܗܘ
ܘܚܝܠܗ. ܘܒܢܝ ܥܠܝ ܟܗܢܐ ܡܛܠ
ܕܐܬܪܝܡܘ ܥܠ ܥܡܐ: ܐܫܬܠܝܘ

AB| — 2 A ܗܘ ܟܢܬܢ] ܟܢܬܢ ܘܟܢܬܟܘܢ. — 12 A om. ܐܢܘܢ. — 14 B ܕܐܬܕܝܢܝܢ. — 21 B ܠܐܚܘܗܝ. — 25 A ܡܛܠ] ܥܠ.

[1] Matth. VII, 2. — [2] Marc. IV, 24; Matth. VII, 2. — [3] Gen. IV, 14. — [4] Ib. IX, 25.

ܡܢ ܩܘܕܫܗ ܕܡܪܝܡܐ. ܘܓܘܠܝܕ ܦܠܫܬܝܐ ܒܡܫܘܒܗܪܘܬܗ ܕܥܠ ܕܘܝܕ ܐܬܡܟܟ ܘܒܗܬ ܘܢܦܠ ܒܪܡܘܬܗ. ܘܐܒܝܡܠܟ ܒܪ ܓܕܥܘܢ ܕܐܫܬܒܗܪ ܥܠ ܐܚܘܗܝ ܘܩܛܠ ܐܢܘܢ ܐܬܐ ܥܠܘܗܝ ܠܘܛܬܗ ܕܝܘܬܡ ܐܚܘܗܝ. ܘܐܒܫܠܘܡ ܕܐܬܪܝܡ ܘܚܛܦ ܡܠܟܘܬܐ ܢܦܠ ܘܐܬܡܟܟ ܩܕܡ ܥܒܕܘܗܝ ܕܕܘܝܕ. ܘܐܕܘܢܝܐ ܒܪ ܚܓܝܬ ܕܢܣܒ ܡܠܟܘܬܐ ܠܐ ܩܡܬ ܘܠܐ ܐܫܟܚ ܒܪܒܘܬܗ. ܘܐܚܝܬܘܦܠ ܡܠܟܐ ܕܚܛܗܐ ܕܐܬܪܝܡ ܢܦܫܗ ܐܬܡܟܟܬ ܪܡܘܬܗ. ܘܝܘܪܒܥܡ ܒܪ ܢܒܛ ܥܒܕܗ ܕܫܠܝܡܘܢ ܕܐܪܡܝ ܦܠܓܘܬܐ ܒܥܡܐ ܗܘܐ ܠܗ ܕܘܟܪܢܐ ܒܝܫܐ ܒܐܝܣܪܝܠ. ܘܐܚܒ ܒܪ ܥܡܪܝ ܪܟܢܗ ܥܠܘܒܘܬܐ ܒܝܪܬܘܬܐ ܕܐܝܙܪܥܝܠ: ܦܪܥܗ ܦܘܪܥܢܐ. ܘܠܡܠܟܐ ܕܐܕܘܡ ܕܐܫܬܒܗܪ ܥܠ ܐܚܒ ܠܐ ܐܫܟܚܬ ܠܗ ܡܢ ܕܐܣܪ ܐܝܟ ܡܢ ܕܫܪܐ. ܘܗܡܢ ܕܐܫܬܒܗܪ ܥܠ ܡܪܕܟܝ ܩܒܠ ܦܘܪܥܢܐ ܒܙܩܝܦܐ ܗܘ ܘܒܢܘܗܝ. ܘܒܒܠܝܐ ܕܐܟܠܘ ܩܪܨܘܗܝ ܕܕܢܝܐܝܠ ܐܪܝܘܬܐ ܕܩܩܘ ܓܪܡܝܗܘܢ. ܘܝܗܘܕܐ ܕܐܫܠܡ ܠܦܪܘܩܢ ܢܦܠ ܒܝܡܐ ܟܕ ܪܚܝܐ ܒܨܘܪܗ. ܘܟܠܗܘܢ ܗܠܝܢ ܐܬܡܟܟܘ ܒܪܡܘܬܗܘܢ ܐܝܟ ܕܟܬܝܒ: ܪܡܘܬܗ ܕܒܪܢܫܐ ܬܡܟܟܝܘܗܝ: ܘܡܟܝܟ ܪܘܚܐ ܢܣܒ ܠܗ ܐܝܩܪܐ܀

ܕܛܫܝܐ ܩܠܝܕܐ ܐܫܬܠܡܬܘܢ: ܘܐܚܕܬܘܢ ܬܪܥܟܘܢ ܕܝܢ ܐܚܝܕܬܘܢ. ܐܢܬ ܠܐ ܥܠܬ: ܘܠܕܥܐܠܝܢ ܠܡܥܠ ܠܐ ܫܒܩ ܐܢܬ. ܥܝܢܗ ܐܢܬ ܕܦܓܪܐ: ܘܗܘܝܬ ܠܟ ܣܡܝܐ: ܘܦܓܪܐ ܚܫܘܟ ܠܗ ܡܢ ܕܠܝܬ ܥܝܢܐ. ܐܢܬ ܗܘܝܬ ܠܟ ܣܡܝܐ: ܘܦܓܪܐ ܒܥܡܛܐ. ܗܘܐ ܠܗ ܕܒܪܐ ܕܣܡܝܐ ܕܠܣܡܝܐ ܡܕܒܪ: ܘܟܠܗ ܐܢܬ ܕܟܠܗ ܦܓܪܟ ܐܪܡܝܬܘܗܝ ܒܓܘܡܨܐ. ܡܠܚܐ ܕܝܢ ܐܢ ܦܟܗ ܠܒܪ ܡܫܬܕܝܐ. ܘܥܒܕܐ ܕܛܐܪ ܒܛܫܝܐ ܙܘܙܐ ܠܚܫܘܟܐ: ܘܥܒܕܐ ܕܡܚܐ ܠܟܢܬܘܗܝ ܡܪܗ ܐܟܠ ܒܠܘܬܗ. ܘܪܥܝܐ ܣܟܠܐ ܥܝܢܗ ܡܬܥܘܪܐ ܘܕܪܥܗ ܝܒܫ. ܟܗܢܐ ܠܐ ܐܡܪܘ: ܐܝܟܘ ܡܪܝܐ܀ ܘܐܚܝܕܝ ܢܡܘܣܐ ܠܐ ܝܕܥܘܗܝ: ܘܪܥܘܬܐ ܕܓܠܘ ܒܗ: ܘܡܢ ܢܒܝܐ ܕܐܘܪܫܠܡ ܢܦܩܬ ܛܢܦܘܬܐ ܒܟܠܗ ܐܪܥܐ. ܡܥܠܠܢܝܗܘܢ ܕܥܡܗ ܡܥܠܠܝܢ ܠܗ: ܘܢܫܐ ܐܫܬܠܛܝ ܒܗ. ܡܛܠ ܕܡܢ ܡܪܝܐ ܠܐ ܕܚܠܢ: ܡܠܟܐ ܡܢܐ ܢܥܒܕ ܠܢ܀ ܘܝ ܠܢ܀ ܡܢܐ ܗܘܐ ܕܫܒܝܩ ܢܡܘܣܐ ܘܡܫܬܒܗܪܝܢ ܐܢܫܝܢ ܡܢܢ ܒܥܘܠܐ. ܘܠܐ ܠܢ ܕܢܬܒ ܘܢܫܬܘܩ ܘܢܬܡܗ. ܐܡܪ ܐܢܬ ܠܝ: ܕܬܐ ܗܘܝ ܠܢ ܫܘܬܦܐ ܒܟܠ ܕܥܒܕ ܐܢܐ. ܡܛܠ ܡܠܦܢܐ: ܥܠܝܟ ܫܠܡܬ ܡܠܬܐ ܕܐܡܪ ܡܪܢ: ܕܡܚܕܪܝܢ ܐܝܬܘܢ ܝܡܐ ܘܝܒܫܐ ܕܬܥܒܕܘܢ ܚܕ

AB! — 1 A ܘܩܠܝܕܐ. — 3 A ܠܐ ܥܠܬ. — 4 *B* om. ܐܢܬ secundo. — 5 B *sine oculis* ܡܢ ܕܠܝܬ ܥܝܢܐ. — 7 AB ܕܠܣܡܝܐ — *Ib.* *B* ܒܥܡܛܐ, ܕܠܣܡܝܐ. — 8 A ܦܓܪܟ. — 9 *B* ܐܪܡܝܬܗ. — 22 *B* ܘܢܬܡܗ.

1 Luc. XI, 34. — 2 Matth. XV, 14. — 3 *Ib.* V, 13. — 4 *Ib.* XXV, 30. — 5 *Ib.* XXIV, 51. — 6 Zach. XI, 17. — 7 Ier. II, 8. — 8 *Ib.* XXIII, 15. — 9 Is. III, 12.

ܕܓܗܢܐ܂ ܢܒܝܐ ܕܓܠ ܠܚܒܪܗ ܐܛܥܝܗ ܠܗ ܘܗܘ ܕܐܬܛܦܝܣ܂ ܢܒܝܐ ܐܠܗܐ ܡܢ ܕܗܝܡܢ ܒܡܠܘܗܝ܆ ܡܛܠ ܕܫܡܥ ܠܡܠܘܗܝ ܐܫܬܠܡ ܠܐܪܝܐ ܐܪܝܐ ܘܐܕܩܗ܂ ܘܟܕ ܛܥܘ ܟܗܢܐ ܘܢܒܝܐ ܣܓܝܐܐ ܒܝܘܡܝ ܐܚܐܒ܆ ܐܫܬܒܩܘ ܠܐܠܗܐ ܫܒܥܐ ܐܠܦܝܢ ܐܢܫܝܢ ܕܠܐ ܒܪܟܘ ܒܘܪܟܝܗܘܢ ܘܠܐ ܣܓܕܘ ܠܒܥܠܐ܆ ܘܐܦ ܠܐ ܐܠܝܐ ܡܬܡܢܐ ܗܘܐ ܒܗܘܢ܆ ܘܒܬܪ ܟܗܢܐ ܥܘܝܪܐ ܘܣܟܠܐ ܡܘܒܕܢܐ ܠܐ ܐܙܠܘ܂ ܐܢ ܪܚܒܥܡ ܦܠܓ ܡܠܟܘܬܐ ܐܢܐ ܐܙܠ ܒܬܪܗ܀ ܚܣ ܠܝ܂ ܐܢ ܝܘܪܒܥܡ ܫܒܩ ܠܐܠܗܗ ܐܢܐ ܐܪܕܐ ܒܫܒܝܠܘܗܝ܀ ܐܠܗܝ ܦܨܝܢܝ ܡܢ ܗܠܝܢ܀

ܐܡܪ ܐܢܬ ܠܝ܆ ܕܐܢܐ ܫܦܝܪ ܐܢܐ ܘܫܦܝܪ܆ ܘܓܒܝܢܝ ܐܠܗܐ ܘܡܫܚܢܝ ܕܐܚܘܕ ܘܐܫܠܛ ܥܠ ܒܢܝ ܥܡܝ܂ ܐܬܚܟܡ ܐܘ ܒܪܢܫܐ ܕܒܡܘܡܬܐ ܐܠܗܐ ܐܫܬܘܕܝ ܠܦܝܢܚܣ ܒܪ ܐܠܝܥܙܪ ܕܢܗܘܐ ܠܗ ܩܝܡܐ ܕܟܘܡܪܘܬܐ ܠܗ ܘܠܒܢܘܗܝ ܠܥܠܡ܆ ܘܫܡܫ ܦܝܢܚܣ ܟܘܡܪܘܬܐ ܟܠܗܘܢ ܝܘܡܝ ܕܝܢܐ ܐܝܟ ܬܠܬܡܐܐ ܘܫܬܝܢ ܘܚܡܫ ܫܢܝܢ܂ ܘܩܡ ܥܠܝ ܡܢ ܒܬܪܗ ܒܬܪܘܗܝ܂ ܘܟܕ ܥܒܪ ܗܘ ܘܒܢܘܗܝ ܢܡܘܣܐ ܐܡܪ ܠܗ ܒܝܕ ܢܒܝܐ ܡܫܠܡܢܘܬܗ܆ ܘܐܡܪ ܠܗ ܠܥܠܝ ܡܡܠܠ ܡܠܠܬ܆ ܕܐܢܬ ܘܒܝܬ ܐܒܘܟ ܬܫܡܫܘܢ ܩܕܡܝ ܠܥܠܡ܂

eum filium gehennae[1]. Propheta socium suum fefellit, et mentitus est; ille autem, quia verbis eius adquieverat, traditus est leoni, qui eum comminuit. Quando etiam sacerdotes et prophetae plurimi in diebus Achab erraverunt, derelicta sunt Deo *septem millia, qui genua non curvaverunt, et Baal non adoraverunt*[2] (iis autem non adnumerandus est Elias), et impios caecosque sacerdotes, qui in perniciem inducunt, non sunt secuti. Si Roboam regnum divisit, numquid ego sequar eum? Absit! Si Ieroboam Deum suum reliquit, num eius vestigia tenebo? Ab iis serva me, Deus meus!

27. Dices autem mihi : Decorus sum ac speciosus, meque Deus elegit et unxit ut filiis populi mei imperarem. Ast erudire, o homo! [et scito] Deum iureiurando promisisse Phinees filio Eleazari pactum sacerdotii ab ipso et filiis eius servatum iri in sempiternum; ministravitque Phinees[3] in sacerdotio cunctis Iudicum diebus, videlicet trecentis sexaginta et quinque annis; tunc surrexit post eum Heli; cumque ipse et filii legem transgressi essent, dixit illi per prophetam [Deus] : *Loquens locutus sum, ut tu et domus patris tui ministraret in conspectu meo in aeternum. Nunc autem, absit hoc a me,*

AB] — 11 A ܠܘ. — 12 A om. ܠܐ. — 15 B ܘܫܦܝܪ.

[1] Matth. XXIII, 15. — [2] I (III) Reg. XIX, 18. — [3] Num. XXV, 13. De hac Aphraatis sententia vid. Praef. § 12.

dicit Dominus; sed glorificantes me glorificabo; qui autem contemnunt me fient ignobiles[1]. Isaac quoque pater noster voluerat Esau, primogenito suo, benedicere; sed Iacob, de ventre matris suae electus, benedictionem suscepit, prout ad Rebeccam locutus est Deus : *Maior serviet minori*[2]. Saul etiam a Sancto electus est ut rex fieret; cum autem Dei voluntatem non exsequeretur, Davidem elegit [Deus], et Saulem reprobavit. Attamen, fratres, fucatum, stultum ineptumque responsum nobis adducunt [dicentes] : Ita nos temporibus adversis praefecit Deus populo suo, sicut et Iehu, qui unctionem in cubiculo recepit. Si quis autem abs te inquirat, o scriba sapiens! quando unctio Iehu fuerit promissa, et quando unctione donatus fuerit, quid huic dices? Eliae precepit [Deus] in monte Horeb dicens : *Vade et unge Iehu, ut regnet super Israel, ut perdat domum Achab*[3]. Hoc igitur mandatum accepit Elias, et ministravit annis multis, donec adsumptus est. Post eum autem [surrexit] Elisaeus. Cumque tempus advenisset [quo regnaret] Iehu, et mensura iniquitatum domus Achab supereffluerct, misit Elisaeus unum de filiis prophetarum, qui vadens unxit Iehu, quemadmodum ipsi

ܡܛܠ ܗܢܐ ܗܟܢ ܐܡܪ ܡܪܝܐ: ܕܡܝܩܪܝܢܢܝ ܐܝܩܪ ܘܡܫܝܛܝܢ ܢܬܒܙܘܢ. ܘܐܦ ܐܝܣܚܩ ܐܒܘܢ ܨܒܐ ܗܘܐ ܕܢܒܪܟ ܠܥܫܘ ܒܘܟܪܗ: ܘܝܥܩܘܒ ܓܒܝܐ ܡܢ ܟܪܣ ܐܡܗ ܩܒܠ ܒܘܪܟܬܐ ܐܝܟ ܕܐܡܪ ܠܗ ܠܪܦܩܐ: ܕܪܒܐ ܢܫܬܥܒܕ ܠܙܥܘܪܐ. ܘܫܐܘܠ ܓܒܝܐ ܠܩܘܕܫܐ ܕܢܗܘܐ ܡܠܟܐ: ܘܟܕ ܠܐ ܥܒܕ ܨܒܝܢܗ ܕܐܠܗܐ ܠܕܘܝܕ ܘܐܣܠܝܗ ܠܫܐܘܠ: ܘܡܪܒܠܝܢ ܘܡܝܬܝܢ ܠܢ ܐܚܝ ܡܦܩ ܒܪܘܚܐ ܦܬܓܡܐ ܕܠܐ ܕܟܐ: ܕܐܝܟܘܬܗ ܠܗܘܢ ܕܙܒܢܐ ܒܝܫܐ ܐܩܝܡܢ ܐܠܗܐ ܠܥܡܗ ܕܐܝܟܢܐ ܕܐܦ ܝܗܘ ܕܐܬܡܫܚ ܒܬܘܢܐ. ܐܢ ܕܝܢ ܡܫܐܠ ܠܟ: ܐܘ ܣܦܪܐ ܚܟܝܡܐ: ܕܐܡܬܝ ܐܬܡܠܟ ܡܫܝܚܘܬܐ ܕܢܬܡܫܚ ܝܗܘ ܘܐܡܬܝ ܡܛܬ ܠܗ ܡܫܝܚܘܬܐ: ܡܢܐ ܬܐܡܪ ܠܗ. ܐܬܦܩܕ ܐܠܝܐ ܒܛܘܪܐ ܕܚܘܪܒ ܘܐܡܪ ܠܗ: ܕܐܙܠ ܡܫܘܚ ܠܝܗܘ ܕܢܡܠܟ ܥܠ ܐܝܣܪܝܠ ܘܢܘܒܕ ܠܒܝܬܗ ܕܐܚܒ. ܐܬܦܩܕ ܐܠܝܐ ܘܫܡܫ ܫܢܝܐ ܣܓܝܐܬܐ ܥܕ ܕܐܣܬܠܩ. ܘܡܢ ܒܬܪܗ ܐܠܝܫܥ. ܘܟܕ ܡܛܐ ܙܒܢܗ ܕܝܗܘ ܘܡܫܠܡ ܟܝܠܬܐ ܕܚܛܗܐ ܕܒܝܬܗ ܕܐܚܒ: ܘܫܕܪ ܗܘ ܐܠܝܫܥ ܠܚܕ ܡܢ ܒܢܝ ܢܒܝܐ: ܘܐܙܠ ܘܡܫܚܗ

AB] — 2 A ܐܦ. — 3 A ܨܒܐ. — *Ib.* A om. ܗܘܐ. — 5 A ܒܘܪܟܬܐ. — 10 *B* ܦܬܓܡܐ ܒܪܘܚܐ. — 14 A ܐܘ — 23 A ܙܒܢܐ.

[1] I Sam. II, 30. — [2] Gen. XXV, 23. — [3] I (III) Reg. XIX, 16; II (IV) Reg. IX, 7.

ܐܝܟ ܕܐܬܦܩܕ. ܘܐܢ ܕܝܢ ܠܝܗܘ ܡܦܚܡܝܢ ܠܗ ܠܟܗܢܘܬܐ: ܡܛܠ ܗܟܢܐ ܐܬܦܩܕ ܟܠ ܟܗܢܐ ܕܢܕܒܪ ܒܥܡܐ: ܕܟܕ ܩܡ ܢܐܚܘܕ ܠܟܠܗܘܢ ܐܚܘܗܝ ܘܢܐܒܕ ܘܢܟܒܘܫ ܐܢܘܢ ܐܝܟ ܕܥܒܕ ܝܗܘ ܘܐܘܒܕ ܠܒܝܬܗ ܕܐܚܐܒ. ܗܢܐ ܡܦܩ ܦܬܓܡܐ ܠܐܝܙܒܠ ܕܡܐ: ܕܟܕ ܚܙܬ ܠܝܗܘ ܕܐܡܠܟ ܘܐܬܐ ܐܨܛܒܬ ܘܐܕܝܩܬ ܒܟܘܘܝ ܡܢ ܟܘܬܐ ܘܐܡܪܐ ܠܗ: ܕܐܬܐ ܒܫܠܡ ܙܡܪܝ ܩܛܘܠܐ ܡܪܗ. ܘܡܦܩ ܦܬܓܡܐ ܚܝܒܗ: ܘܐܦ ܠܗ ܩܛܠܗ ܝܗܘ ܘܦܫܚܗ ܘܫܕܝܗ ܠܟܠܒܐ܀

ܘܐܢ ܡܢ ܟܪܣ ܐܡܗ ܐܬܓܒܝ ܐܝܟ ܝܥܩܘܒ ܢܐܡܪܘܢ ܠܢ: ܘܐܢ ܡܢ ܡܪܒܥܐ ܗܘ ܐܬܩܕܫ ܐܝܟ ܐܪܡܝܐ܆ ܘܐܢ ܐܬܪܫܡ ܠܡܠܟܘܬܐ ܘܐܬܩܪܝ ܒܪܐ ܠܐܠܗܐ ܐܝܟ ܫܠܝܡܘܢ܆ ܘܐܢ ܡܢ ܩܕܡ ܕܢܬܒܛܢ ܐܬܓܒܝ ܐܝܟ ܝܘܫܝܐ܆ ܘܐܢ ܒܢܐ ܗܝܟܠܐ ܐܝܟ ܟܘܪܫ܆ ܘܐܬܝܕܥ ܐܘ ܒܪ ܐܢܫܐ܆ ܕܐܗܪܘܢ ܠܐ ܫܒܚ ܢܦܫܗ ܕܢܗܘܐ ܪܒ ܟܘܡܪܐ. ܘܐܦ ܡܘܫܐ ܟܕ ܨܒܐ ܡܪܗ ܕܢܥܒܕܝܘܗܝ ܐܠܗܐ ܠܦܪܥܘܢ ܘܪܫܐ ܠܒܢܝ ܥܡܗ: ܙܒܢܬܐ ܣܓܝܐܬܐ ܐܫܬܐܠ ܥܕܡܐ ܕܡܢ ܐܘܠܨܢܐ ܪܒܐ ܫܕܪܗ ܠܡܨܪܝܢ ܘܥܒܕ ܒܐܝܕܗ ܢܣܐ ܘܐܬܘܬܐ܀

praeceptum fuerat. Si vero res [nostras] cum [rebus] Iehu ita aequipararemus, sacerdoti igitur eodem modo praescriptum esset populo praeesse, ut praefecturam adeptus, fratres suos universos perderet et vinciret et seduceret, sicut Iehu domum Achab vastavit delevitque? Responsio huiusmodi similis est huic quam attulit Iezabel, quae cum vidisset Iehu, regno potitum, accedentem, ornavit se, et respiciens eum per fenestram, ait ei : *Veni cum pace, Zamri, interfector domini sui*[1]. Sua autem eam responsio damnavit; interfecit enim et eam Iehu, et discerpsit, canibusque proiecit.

28. Et si de ventre matris suae, sicut Iacob, [aliquis] electus fuit? dicent nobis; aut si ab utero sanctificatus est, ut Ieremias? aut etiam velut Salomon ad regnum praedestinatus est, filiusque Dei appellatus? aut tandem priusquam conciperetur, velut Iosias, electus est? aut templum, sicut Cyrus, est exaedificaturus? Scito autem, o homo! Aaron non semetipsum clarificavisse ut pontifex fieret[2], Moyses etiam, quando voluit eum Dominus suus deum Pharaoni, principemque filiis populi sui constituere, semel et saepius recusavit, donec de angustia magna [Dominus] eum in Aegyptum misit, ac per eum signa et prodigia effecit.

AB] — 3 B ܟܘܡܪܐ. — 7 A ܠܐܝܙܒܠ. — 10 A ܒܫܠܡܐ. — 11 A ܚܝܒܗ. — 21 B ܫܒܚ. — 25 A ܐܫܬܐܠ.

[1] II (IV) Reg. IX, 30 seqq. — [2] Hebr. V, 5.

29. Vel staturae eminentiam, ut Saulis, respiciemus: aut praeclaram speciem, sicut Eliab; vel pulchritudinem eximiam, ut Absalonis. Sed nec specie Dominus delectatur, nec superbos aut iactantes diligit. Samuel namque ait : *Dominus intuetur cor, homo autem oculis videt*[1]. Et Apostolus dicit : *Stultos mundi elegit Deus, ut per eos confundat sapientes; infirmos elegit, ut per eos confundat fortes; ignobiles, et minimos, et contemptos, et eos qui nihil sunt elegit, ut eos qui aliquid sunt perdat, ut non glorietur omnis caro in conspectu Dei, ex quo vos estis*[2]. Ieremias quoque : *Non glorietur fortis in fortitudine sua, nec dives in divitiis suis, nec vir robustus in robore suo; sed qui gloriatur in Domino glorietur*[3]. Omnes enim homines creaturae Dei sunt, neque est coram eo servus neque liber[4], nec dives aut egenus, sed omnes qui ei serviunt aequales sunt coram eo. Et si ubertate sermonis aut sublimitate scientiae glorientur homines, in hoc etiam non vincunt. Sic enim est scriptum: *Copiam verborum non exaudiet, nec vir verbosus sermonibus suis iustificabitur*[5]. Rursus scriptum est : *Sermonem aufert a veracibus, et sensum seniorum tollit*[6].

ܐܘ ܒܪܘܡܐ ܕܩܘܡܬܗ ܢܚܘܪ ܐܝܟ ܕܫܐܘܠ: ܐܘ ܒܚܙܘܗ ܕܦܐܝܐ ܐܝܟ ܕܐܠܝܒ: ܐܘ ܒܫܘܦܪܐ ܡܫܒܚܐ ܐܝܟ ܕܐܒܫܠܘܡ: ܠܐ ܓܝܪ ܡܪܝܐ ܒܚܙܘܐ ܨܒܐ ܐܘ ܠܐ ܒܪ̈ܡܐ ܘܫܒ̈ܗܪܐ: ܫܡܘܐܝܠ ܐܡܪ: ܡܪܝܐ ܚܙܐ ܠܠܒܐ: ܘܒܪ ܐܢܫܐ ܚܙܐ ܒܥܝ̈ܢܘܗܝ. ܘܫܠܝܚܐ ܐܡܪ: ܓܒܐ ܐܠܗܐ ܠܣܟ̈ܠܘܗܝ ܕܥܠܡܐ ܕܢܒܗܬ ܒܗܘܢ ܠܚܟܝ̈ܡܐ: ܘܓܒܐ ܟܪ̈ܝܗܐ ܕܢܒܗܬ ܒܗܘܢ ܠܚܝܠܬܢ̈ܐ: ܘܓܒܐ ܚܣܝ̈ܪܝ ܫܘܒܚܐ ܘܒܨܝܪ̈ܐ ܘܡܣܠܝ̈ܐ ܘܐܝܠܝܢ ܕܠܝܬ ܐܢܘܢ ܕܢܒܛܠ ܠܐܝܠܝܢ ܕܐܝܬܝܗܘܢ: ܕܠܐ ܢܫܬܒܗܪ ܟܠ ܒܣܪ ܩܕܡ ܐܠܗܐ. ܕܡܢܗ ܐܝܬܝܟܘܢ ܘܐܦ ܐܪܡܝܐ ܐܡܪ: ܕܠܐ ܢܫܬܒܗܪ ܚܝܠܬܢܐ ܒܚܝܠܗ ܘܥܬܝܪܐ ܒܥܘܬܪܗ ܘܓܢܒܪܐ ܒܓܢܒܪܘܬܗ: ܐܠܐ ܡܢ ܕܡܫܬܒܗܪ ܒܡܪܝܐ ܢܫܬܒܗܪ. ܟܠܗܘܢ ܓܝܪ ܒܢܝ̈ܢܫܐ ܒܪ̈ܝܬܗ ܐܢܘܢ ܕܐܠܗܐ: ܘܠܝܬ ܩܕܡܘܗܝ ܥܒܕܐ ܘܒܪ ܚܐܪܐ ܘܥܬܝܪܐ ܘܡܣܟܢܐ: ܐܠܐ ܟܠ ܕܠܗ ܦܠܚܝܢ ܩܕܡܘܗܝ ܫܘܝܢ ܐܢܘܢ. ܘܐܢ ܒܡܘܬܪܐ ܕܡܡܠܠܐ ܘܒܪܡܘܬܐ ܕܝܕܥܬܐ ܢܫܬܒܗܪܘܢ ܒܢܝ̈ ܐܢܫܐ: ܠܐ ܡܙܟܝܢ ܐܦ ܒܗܕܐ. ܡܛܠ ܕܗܟܢܐ ܟܬܝܒ: ܕܣܘܓܐܐ ܕܡ̈ܠܐ ܠܐ ܫܡܥ: ܐܦ ܠܐ ܓܒܪܐ ܡܡܠܠܐ ܒܣܘܓܐ ܡ̈ܠܘܗܝ ܡܙܕܕܩ. ܘܬܘܒ ܟܬܝܒ: ܕܡܥܒܪ ܡܡܠܠܐ ܡܢ ܡܗܝ̈ܡܢܐ ܘܛܥܡܐ

AB¹ — 1 B ܘܐܒܫܠܘܡ. — Ib. A ܘܐܒܫܠܘܡ. — 3 A ܘܣܟ̈ܠܐ. — 24 B ܐܠܐ [ܠܐ ܐܦ.

[1] I Sam. XVI, 7. — [2] I Cor. I, 27-30. — [3] Ier. IX, 23. I Cor. I, 31. — [4] Gal. III, 28. — [5] Iob. XI, 2. — [6] Ib. XII, 20.

ܘܣܓܝܐܢ ܐܚܪܢܝܢ: ܐܝܟ ܗܠܝܢ ܕܟܬܝܒܢ܀

ܒܪܡ ܕܝܢ ܐܚܝ ܐܝܠܝܢ ܪܕܘܦܘ ܫܝܢܐ ܘܥܡܠܘ ܒܫܠܝܐ ܘܕܥܟܘ ܒܝܫܬܐ ܘܐܥܒܪܘ ܒܥܠܕܒܒܘܬܐ ܘܢܝܚܘ ܡܪܝܪܐ: ܡܛܠ ܕܠܐ ܡܬܕܪܟܐ ܟܐܢܘܬܐ ܡܢ ܥܘܠܐ ܘܠܐ ܡܬܢܨܚܐ ܙܕܝܩܘܬܐ ܡܢ ܒܝܫܘܬܐ ܘܠܐ ܡܬܟܠܝܐ ܫܝܢܐ ܡܢ ܚܪܝܢܐ ܘܠܐ ܡܬܟܣܐ ܫܪܪܐ ܡܢ ܕܓܠܘܬܐ ܘܠܐ ܡܫܟܚ ܟܐܢܐ ܠܥܘܠܐ ܘܠܐ ܙܕܝܩܐ ܠܥܩܝܡܐ ܘܠܐ ܛܒܐ ܠܒܝܫܐ ܘܠܐ ܚܠܝܐ ܠܡܪܝܪܐ ܘܠܐ ܚܫܘܟܐ ܠܢܘܗܪܐ ܘܠܐ ܙܗܪܐ ܠܥܡܛܢܐ ܘܠܐ ܡܠܝܚܘܬܐ ܠܦܟܝܗܘܬܐ. ܘܠܐ ܚܡܝܪܐ ܥܬܝܩܐ ܠܠܫܝܫܬܐ ܚܕܬܐ: ܘܠܐ ܢܘܪܐ ܥܡ ܡܝܐ ܘܠܐ ܒܢܝ ܫܝܢܐ ܠܡܨܘܬܐ ܘܠܐ ܡܗܝܡܢܐ ܠܡܒܙܚܢܐ ܘܠܐ ܡܟܠܠܝ ܟܠܝܠܐ ܠܐܣܝܪܐ ܘܠܐ ܒܢܝ ܝܡܝܢܐ ܠܒܢܝ ܣܡܠܐ ܘܠܐ ܒܢܝ ܡܠܟܘܬܐ ܠܒܢܝ ܓܗܢܐ ܘܐܦܠܐ ܕܚܠܘܗܝ ܕܐܠܗܐ ܠܐܝܠܝܢ ܕܡܫܓܫܝܢ ܡܪܥܝܬܗ: ܘܐܦ ܠܐ ܥܕܬܗ ܕܩܘܕܫܐ ܠܡܠܦܢܘܬܗܘܢ ܕܒܝܫܐ. ܠܐ ܡܬܛܫܝܐ ܥܘܠܐ ܘܠܐ ܡܬܟܣܝܐ ܕܓܠܘܬܐ: ܡܢ ܕܨܒܐ ܕܪܗܛ ܘܢܪܕܐ ܘܢܬܥܡܠ ܒܫܝܢܐ ܘܒܫܠܝܐ ܡܩܒܠ ܛܘܒܐ ܕܝܗܒ ܦܪܘܩܢ: ܕܛܘܒܝܗܘܢ ܠܥܒܕܝ ܫܝܢܐ: ܕܗܢܘܢ ܒܢܘܗܝ ܕܐܠܗܐ ܢܬܩܪܘܢ. ܡܢܘ ܕܠܐ ܨܒܐ ܕܢܗܘܐ ܒܪܐ ܠܐܒܐ ܕܒܫܡܝܐ ܘܐܚܐ ܠܡܠܟܐ ܡܫܝܚܐ܀

Sed et multa [huiusmodi] scripta sunt.

30. Verumtamen, fratres, insequimini pacem, quieti laborem impendite; exstinguite malitiam, simultates removete, exacerbatos mitigate; non enim aequitatem iniquitas superabit, aut iustitiam malitia vincet, nec pax a seditione cohibebitur, nec mendacium veritatem arguet falsi; nec potest iustus cum perverso consentire, nec vir probus cum maligno, nec bonus cum iniquo, nec dulce cum amaro, tenebrae cum lumine, cum caligine claritas, nec salsum cum insipido, nec cum nova conspersione fermentum vetus, neque ignis cum aqua, nec filii pacis cum seditiosis, aut cum irrisoribus fideles, nec qui diademate cincti sunt cum iis qui vinculis tenentur, nec filii dexterae cum iis qui a sinistris sunt, nec filii regni cum filiis gehennae, nec timentes Deum cum iis qui pascuum eius seditione perturbant, neque ecclesia Sancti cum doctrinis maligni. Iniquitas non abscondetur, nec mendacium occultabitur; et qui voluerit currere, ac paci et quieti incumbere, beatitudinem accipiet quam Salvator noster praestitit: *Beati pacifici quoniam filii Dei vocabuntur*[1]. Quis Patris qui in caelis est filius nolit fieri et frater regis Christi?

AB] — 2 A ܪܕܘܦܘ. — 3 A ܒܫܠܝܐ. — 16 *B* ܘܠܐܣܝܪܐ. — 19 A ܕܡܫܓܫܝܢ.

[1] Matth. v, 9.

31. Videte autem, fratres, quomodo iucunda digni sint memoria, qui pro populi quiete et pace laborant. Quid debebat Salvator morti? aut quid erat quod ab inferno mutuatus erat? qui cum viveret, pro rebellibus mortuus est, eosque cum Patre suo reconciliavit. In infernum penetravit, captivosque eius eduxit; cum maligno luctatus est, et eum devicit atque proculcavit, eius vestigia disturbavit, possessiones diripuit, portas revellit, vectesque confregit; et spinas eius tollens suo imposuit capiti; animas nostras proprio sanguine signavit; vinctos e fovea occlusa liberavit; saepem [perrupit], mucronem gladii praefregit, maledictionem sustulit et suae adfixit cruci. Dispersos collegit, et inobedientes pacavit. Satiavit esurientes, sitientesque potavit; caecorum oculos aperuit, languentes sanavit, incurvos erexit, claudosque ambulare fecit; morbos nostros sustulit, curavit plagas nostras, et aegritudinem nostram sanavit; discessum nostrum reduxit, et dispersionem nostram congregavit, nosque mansionis suae filios effecit. Egestate sua nos locupletavit, proprioque languore refocillavit, crucifixione sua sanavit, ac suis tormentis recreavit. Et quia haec omnia pro nobis perpessus est, accepit a Patre

ܚܙܘ ܕܝܢ ܐܚܝ ܟܡܐ ܦܐܝܢ ܠܕܘܟܪܢܐ ܛܒܐ ܐܝܠܝܢ ܕܡܥܡܠܝܢ ܒܫܝܢܐ ܘܒܫܠܡܐ ܕܥܡܐ. ܡܢܐ ܓܝܪ ܚܝܒ ܗܘܐ ܦܪܘܩܢ ܠܡܘܬܐ. ܘܡܢܐ ܝܙܝܦ ܗܘܐ ܠܗ ܡܢ ܫܝܘܠ. ܕܟܕ ܚܝܐ ܗܘܐ ܡܝܬ ܚܠܦ ܡܪ̈ܘܕܐ ܘܫܝܢ ܐܢܘܢ ܥܡ ܐܒܘܗܝ: ܘܥܠ ܠܫܝܘܠ ܘܐܦܩ ܫܒܝܬܗ: ܘܥܡ ܒܝܫܐ ܐܬܟܬܫ ܘܙܟܝܗܝ ܘܕܫܗ ܫܓܫ ܕܘܟܝܬܗ ܒܙ ܩܢܝܢܗ: ܐܥܩܪ ܬܪ̈ܥܘܗܝ ܘܬܒܪ ܡܘܟ̈ܠܘܗܝ: ܘܟܘܒ̈ܘܗܝ ܫܩܠ ܘܣܡ ܐܢܘܢ ܒܪܫܗ: ܚܬܡ ܢܦܫܬܢ ܒܕܡܐ ܕܢܦܫܗ: ܫܪܐ ܐܣܝܪ̈ܐ ܡܢ ܓܘܒܐ ܚܒܝܫܐ: ܬܪܥ ܣܝܓܐ ܘܫܢܢܐ ܕܣܝܦܐ ܘܫܩܠ ܠܘܛܬܐ ܘܩܒܥܗ ܒܙܩܝܦܗ: ܟܢܫ ܡܒܕܪ̈ܐ ܘܫܝܢ ܡܪ̈ܘܕܐ: ܣܒܥ ܟܦܢ̈ܐ ܘܐܫܩܝ ܠܨܗܝ̈ܐ: ܦܬܚ ܥܝܢ̈ܐ ܘܐܣܝ ܟܪ̈ܝܗܐ: ܦܫܛ ܟܦܝܦ̈ܐ ܘܗܠܟ ܚܓܝܪ̈ܐ: ܫܩܠ ܟܘܪ̈ܗܢܝܢ ܘܐܣܝ ܡܚ̈ܘܬܢ ܘܐܣܝ ܟܘܪܗܢܢ: ܘܦܢܝ ܙܘܥܬܢ ܘܟܢܫ ܡܒܕܪܘܬܢ ܘܥܒܕܢ ܒܢ̈ܝ ܒܝܬܗ: ܐܥܬܪܢ ܒܡܣܟܢܘܬܗ ܘܒܟܪܝܘܬܗ ܐܢܝܚܢ: ܐܣܝܢ ܒܙܩܝܦܘܬܗ ܘܒܐܘܠܨ̈ܢܘܗܝ ܪܘܚܢ: ܘܡܛܠ ܕܗܠܝܢ ܟܠܗܝܢ ܣܝܒܪ ܚܠܦܝܢ ܝܗܒ ܠܗ ܐܒܘܗܝ ܫܘܠܛܢܐ ܘܡܠܟܘܬܐ: ܪܝܫ ܟܠ ܫܘܠܛܢ̈ܝܢ: ܕܗܘ ܫܘܠܛܢܐ ܕܫܩܠ ܐܒܘܗ ܟܠ ܒܪܢܫ ܠܐ ܢܬܚܫܒ ܕܒܐܪܥܐ ܐܠܐ ܐܦ ܕܒܫܡܝܐ: ܘܟܕ ܟܦܢ ܘܨܗܐ

AB] 1 B ܐܚܝ. — 6 B ܡܪ̈ܘܕܐ. — 8 A om. ܘܕܫܗ. — 9 A ܘܬܪ̈ܥܘܗܝ] ܬܪ̈ܥܘܗܝ. — 16 A ܘܐܣܝܗ] ܘܐܣܝ.
18 A ܐܣܝ

ܢܐܡܪܘܢ ܕܡܪܝܐ ܗܘ ܝܫܘܥ ܡܫܝܚܐ ܠܫܘܒܚܗ ܕܐܠܗܐ ܐܒܘܗܝ ܘܗܘܐ ܕܝܢܐ ܘܡܪܝܐ ܠܡܝܬܐ ܘܠܚܝܐ ܐܝܟ ܕܐܡܪ ܒܐܘܢܓܠܝܘܢ: ܕܐܒܐ ܠܐܢܫ ܠܐ ܕܐܢ ܐܠܐ ܟܠܗ ܕܝܢܐ ܝܗܒ ܠܒܪܗ: ܐܓܪܐ ܗܘ ܕܥܡܠܗ ܕܦܪܩܢ ܗܘ: ܫܡܐ ܪܒܐ ܘܡܥܠܝܐ ܢܣܒ ܕܫܠܝ ܐܪܥܐ ܡܪܝܕܬܐ ܘܐܫܠܝ ܘܕܡܫܬܘܬܦܝܢ ܠܥܡܠܗ ܘܡܫܡܫܝܢ ܫܝܢܐ ܘܫܠܡܐ ܐܚܐ ܗܘܝܢ ܠܗ ܘܒܢܝܐ ܕܐܠܗܐ: ܘܝܪܬܝܢ ܡܠܟܘܬܐ: ܘܡܫܡܫܝܢ ܘܡܫܬܡܫܝܢ ܡܢ ܥܝܪ̈ܐ ܕܫܡܝܐ ܗܢܘܢ ܕܠܐ ܛܥܢܝܢ ܘܠܐ ܚܣܡܝܢ ܘܠܐ ܠܐܝܢ ܘܠܐ ܕܡܟܝܢ: ܘܚܕܝܢ ܒܚܛܝܐ ܐܡܬܝ ܕܬܝܒܝܢ ܡܢ ܚܛܗܝܗܘܢ ܀

nomen quod est super omne nomen, ut in nomine Iesu omne genu flectatur, non *terrestrium* tantummodo sed *et caelestium,* et procumbentes atque adorantes dicant *quod Dominus sit Iesus Christus ad gloriam Dei Patris eius*[1]. Et constitutus est iudex et Dominus mortuorum et viventium, quemadmodum in Evangelio suo dicit : *Non iudicabit Pater quemquam, sed omne iudicium dabit Filio suo*[2]. Hoc enim est praemium quod pro labore suo Salvator sumpsit; nomen magnum et excellentius, quia regionem rebellione agitatam sedavit. Et ii qui ad societatem laboris eius venerint, et quieti pacique operam dederint, fratres eius fient et filii Dei; regnum hereditabunt, et ministrabunt, et ministrabitur eis ab Angelis caeli, qui non aemulantur, neque invident, nec lassantur, nec dormiunt, et de peccatoribus laetantur cum a peccatis resipiscunt.

ܚܒܝܒܝ ܟܬܒܘܗܝ ܕܐܠܗܐ ܠܐ ܗܘܐ ܡܣܦܩ ܕܢܐܠܦ ܘܢܩܪܐ ܐܢܫ: ܐܠܐ ܐܦ ܕܢܥܒܕ. ܘܗܟܢܐ ܡܬܚܙܝܐ ܠܢ ܕܐܢ ܗܘܐ: ܕܐܢܫ ܕܒܨܘܚܝܬܐ ܘܒܚܪܝܢܐ ܢܗܘܐ ܫܪܝܐ ܨܠܘܬܗ ܠܐ ܡܬܩܒܠܐ ܘܒܥܘܬܗ ܠܐ ܡܫܬܡܥܐ ܘܩܘܪܒܢܗ ܡܢ ܐܪܥܐ ܠܐ ܡܬܢܛܠ ܘܙܕܩܬܗ ܠܫܘܒܩܢ ܚܛܗܐ ܠܐ ܗܢܝܐ: ܡܛܠ ܕܟܠ ܐܝܟܐ ܕܫܝܢܐ ܘܫܠܡܐ ܠܝܬ: ܦܬܝܚ ܬܪܥܐ ܠܒܝܫܐ: ܟܘܢܝܐ ܘܡܪܕܘܬܐ: ܘܟܠ ܕܝܢܐ ܘܒܘܚܢܐ: ܡܬܪܚܩܝܢ ܡܢܗ: ܚܛܝܢ ܙܝܙܢܐ: ܚܠܝܛ ܒܚܛܐ: ܩܢܝܢ ܩܘܢܝܐ:

32. Carissimi, scripturas Dei discere ac legere non sufficit, sed ipsas oportet efficere. Et ita nobis videtur, si quis in conviciis et in contentione versetur, neque eius orationem accipi, nec supplicationem exaudiri, nec munus de terra tolli[3], et eleemosynas peccatorum remissioni nil prodesse; nam quotiescunque tranquillitas et pax non inveniuntur, porta maligno pervia est; [ubi desunt] correptio et disciplina, nullum est iudicium nec disquisitio. Triticum confusum est

AB] — 2 A ܠܫܘܒܚܐ. — 3 B om. ܘܡܪܝܐ. — 5 A ܠܒܪܐ. — 17 A ܕܒܚܪܝܢܐ. — 22 B ܠܒܝܫܐ. — 24 B ܩܢܝܢ ܩܘܢܝܐ.

[1] Philip. II, 9-11. — [2] Ioh. V, 22. — [3] Vid. Demonstr. III, § 14.

zizaniis admixtis; spinae increscunt, conturbatores multiplicantur, subsannatores praevalent, deficit reprehensio, et emendatio, et prudentia. Infatuatum est sal, oculus obscuratus, corpus tenebris obductum. Negotiatio ablata est; intranti et exeunti nulla est pax. Tales parit contentio fructus. Nunc vero innotescunt incliti, solertes discernuntur, et probantur omnes strenui; [his] qui pacem insequuntur et tranquillitati operam impendunt, merces est firma amplaque remuneratio. Hi sunt qui stant in ruina, et saepem obducunt[1]; qui seipsos pro populo tradunt labori, et memoria bona cum praeclaris ac sedulis servis signantur.

33. In cunctis generationibus, carissimi, et in singulis temporibus, creator noster bonus, prout ei placuit, pusillos magnificavit elatosque despexit; exaltavit humiles et superbos humiliavit, divites ad inopiam redegit, pauperes autem extulit, potentes depressit et roboravit infirmos, fortes deiecit et tenuiores confirmavit. Seth aetate minorem loco Caini maioris exaltavit, similiter Noe loco Adam, auctorem mundi secundi[2], et Isaac loco Ismael, et Iacob pro Esau, Ioseph pro Ruben, Ephraim loco Manasse,

ܟܘܒܐ ܡܣܬܓܝܢ. ܘܡܬܝܬܪܝܢ ܡܚܒܠܢܐ: ܒܛܠ ܡܟܣܢܘܬܐ ܒܛܠ ܬܘܪܨܐ ܒܛܠ ܣܘܟܠܐ: ܦܟܗ ܡܠܚܐ: ܚܫܟܬ ܥܝܢܐ: ܟܡܝܪ ܦܓܪܐ: ܥܡܝܠܐ ܬܐܓܘܪܬܐ: ܘܠܝܬ ܫܠܡܐ ܠܥܐܠ ܘܢܦܩ. ܘܗܠܝܢ ܦܐܪܐ ܡܘܠܕ ܚܪܝܢܐ. ܗܫܐ ܕܝܢ ܡܬܝܕܥܝܢ ܢܨܝܚܐ ܘܡܬܦܪܫܝܢ ܚܟܝܡܐ ܘܟܠ ܚܝܠܬܢܐ ܡܬܒܚܪܝܢ: ܐܝܠܝܢ ܕܪܕܦܝܢ ܒܫܠܡܐ ܘܡܫܬܠܝܢ ܒܫܠܝܐ ܐܓܪܐ ܫܪܝܪ ܘܦܘܪܥܢܐ ܦܫܝܛ. ܗܠܝܢ ܐܢܘܢ ܕܩܝܡܝܢ ܒܬܘܪܥܬܐ ܘܣܝܓܝܢ ܣܝܓܐ: ܘܡܫܠܡܝܢ ܢܦܫܗܘܢ ܠܥܡܠܐ ܥܠ ܐܦܝ ܥܡܗܘܢ: ܘܡܬܪܫܡܝܢ ܒܕܘܟܪܢܐ ܛܒܐ ܥܡ ܢܨܝܚܐ ܘܚܦܝܛܐ ܥܒܕܐ܀

ܒܕܪ ܕܪ ܚܒܝܒܝ ܘܒܙܒܢ ܙܒܢ ܐܝܟ ܕܨܒܐ ܠܛܒܐ ܒܪܘܝܢ ܐܘܪܒ ܙܥܘܪܐ ܘܫܛ ܪܡܐ: ܘܐܪܝܡ ܡܟܝܟܐ ܘܡܟܟ ܓܐܝܐ: ܘܡܣܟܢ ܠܥܬܝܪܐ ܘܥܬܪ ܠܡܣܟܢܐ: ܘܡܟܟ ܚܝܠܬܢܐ ܘܚܝܠ ܡܚܝܠܐ: ܘܣܚܦ ܓܢܒܪܐ ܘܩܘܝ ܒܪܫܝܐ. ܐܪܝܡ ܠܫܝܬ ܙܥܘܪܐ ܚܠܦ ܩܐܝܢ ܪܒܐ: ܘܠܢܘܚ ܚܠܦ ܐܕܡ ܐܒܐ ܕܥܠܡܐ ܐܚܪܢܐ: ܘܠܐܝܣܚܩ ܚܠܦ ܐܝܫܡܥܝܠ: ܘܠܝܥܩܘܒ ܚܠܦ ܥܣܘ: ܘܠܝܘܣܦ ܚܠܦ ܪܘܒܝܠ: ܘܠܐܦܪܝܡ

AB] — 1 A ܟܘܒܝܢ. — 5 A ܘܥܠܝܠ ܘܢܦܩ. — 10 B *hi sunt qui stant, et tradunt se ipsos labori, et stant in ruina et saepem obducunt populo suo* ܗܠܝܢ ܐܢܘܢ ܕܩܝܡܝܢ ܘܡܫܠܡܝܢ ܢܦܫܗܘܢ ܠܥܡܠܐ. ܘܩܝܡܝܢ ܒܬܘܪܥܬܐ. ܘܣܝܓܝܢ ܣܝܓܐ ܚܠܦ ܥܡܗܘܢ. — 16 A ܕܨܒܐ. — *Ib.* A ܐܘܪܒ.

[1] Ezech. XXII, 30. — [2] Cf. Demonstr. XIII, § 7.

ܚܠܦ ܡܢܫܐ: ܘܠܐܠܥܙܪ ܘܠܐܝܬܡܪ ܚܠܦ ܢܕܒ ܘܐܒܝܗܘ: ܘܠܝܫܘܥ ܘܠܟܠܒ ܚܠܦ ܥܣܪܐ ܓܫܘܫܝܢ ܚܒܪܝܗܘܢ: ܘܠܫܡܘܐܝܠ ܚܠܦ ܥܠܝ: ܘܠܕܘܝܕ ܚܠܦ ܫܐܘܠ: ܘܠܫܠܝܡܘܢ ܚܠܦ ܐܕܘܢܝܐ: ܘܠܝܘܪܒܥܡ ܚܠܦ ܪܚܒܥܡ: ܘܠܝܗܘ ܚܠܦ ܐܚܒ: ܘܠܡܪܕܟܝ ܚܠܦ ܗܡܢ: ܘܠܕܢܝܐܝܠ ܘܠܐܚܘܗܝ ܚܠܦ ܚܟܝܡܐ ܕܒܒܠ: ܘܠܥܡܡܐ ܚܠܦ ܥܡܐ. ܘܗܟܢܐ ܐܦ ܠܢܫܐ: ܐܪܝܡ ܠܣܪܐ ܚܠܦ ܗܓܪ ܐܡܐ ܕܒܘܟܪܐ: ܘܠܪܚܝܠ ܚܠܦ ܠܝܐ: ܘܠܚܢܐ ܚܠܦ ܦܢܢܐ: ܘܠܐܣܬܝܪ ܚܠܦ ܘܫܬܝ. ܘܐܦ ܢܒܝܘܬܐ ܘܕܝܢܐ ܐܫܠܡ ܠܢܫܐ ܙܒܢܝܢ ܙܒܢܝܢ ܐܝܟ ܕܨܒܐ ܡܪܝܡ ܡܟܝܟܐ: ܡܪܝܡ ܢܒܝܬܐ ܘܚܢܐ ܢܒܝܬܐ ܘܚܘܠܕܐ ܢܒܝܬܐ ܘܐܠܝܫܒܥ ܢܒܝܬܐ ܘܡܪܝܡ ܢܒܝܬܐ ܝܠܕܬ ܢܒܝܐ ܪܒܐ: ܘܕܒܘܪܐ ܢܒܝܬܐ ܕܢܬ ܠܐܝܣܪܝܠ ܒܝܘܡܝ ܒܪܩ ܒܪ ܐܒܝܢܘܥܡ ܡܠܟܐ. ܘܠܐ ܐܢܫ ܢܐܣ ܒܨܒܝܢܗ ܕܛܒܐ ܐܠܗܢ: ܡܛܠ ܕܠܐ ܐܢܫ ܡܥܩܒ ܕܝܢܘܗܝ: ܘܐܘܪܚܬܗ ܠܐ ܡܬܒܩܝܢ: ܘܠܐ ܡܬܡܫܚܝܢ ܕܝܢܘܗܝ: ܘܠܐ ܡܬܡܫܚܐ ܐܪܥܝܬܗ܀

ܪܘܪܒܝܢ ܐܢܘܢ ܓܝܪ ܥܒܕܘܗܝ ܕܐܠܗܐ: ܥܡܝܩܢ ܘܟܣܝܢ ܡܚܫܒܬܗ: ܬܠܐ ܫܡܝܐ ܕܠܐ ܥܡܘܕܐ: ܘܡܬܚ ܐܪܥܐ ܕܠܐ ܣܡܘܟܐ. ܟܢܫ ܡܝܐ ܒܟܢܫܘܬܐ:

Eleazar et Ithamar pro Nadab et Abiu, Iosue et Caleb pro decem aliis exploratoribus sociis eorum, Samuel loco Heli, David pro Saule, Salomonem pro Adonia, Ieroboam pro Roboam, Iehu loco Achab, Mardochaeum loco Aman, Danielem et fratres eius loco sapientium Babylonis, ac tandem gentes loco populi. Similiter autem et mulieres exaltavit: Saram prae Hagar, matre primogeniti, Rachel pro Lia, Annam pro Phenenna, Esther loco Vasthi. Mulieribus etiam prophetia et iudicium interdum tradita sunt, ut ei libuit qui levat humiles. Exstiterunt enim Maria prophetissa, et Anna prophetissa, et Holda prophetissa, et Elizabeth prophetissa, et Maria prophetissa, Genitrix Prophetae magni. Debbora etiam prophetissa iudicavit Israel, in diebus Barac filii Abinoam, regis. Nec quisquam Dei nostri boni voluntatem increpabit, nullus enim iudicia eius unquam scrutabitur, viae eius non possunt inquiri, iudicia eius infinita sunt, et cogitatio eius immensa.

34. Magna enim sunt opera Dei, profundae et absconditae cogitationes eius. Caelum suspendit sine columnis, et terram sine fulcris extendit. Collegit aquas in receptaculis; ventos et procellas in

AB] — 1 A ܘܠܐܠܥܙܪ. — 14 B ܡܪܝܡ ܢܒܝܬܐ . ܝܠܕܬ. — Ib. A ܢܒܝܬܐ. — 15 A ܚܢܐ. — 16 A ܢܒܝܐ secunda manu in ܢܒܝܬܐ mutatum. — 17 A ܪܒܐ ܢܒܝܐ secunda manu in ܡܪܝܡ ܒܬܘܠܬܐ mutatum. — 19 A *creatoris nostri* ܕܒܪܘܝܢ] ܐܠܗܢ. — 21 A ܡܬܡܫܚܝܢ. — 25 A ܐܪܥܐ.

suis thesauris nutu suo conclusit. Firmamentum expandit medium, ut aquas ab aquis divideret; aridam a mari separavit, luminaria firmamento adfixit, montes super terram erexit, diem a nocte distinxit, lucem a tenebris, aestatem ab hieme. Arenam densavit ut fieret mari terminus, et maria oceano circumclusit; et fluctus terminum non transgrediuntur. Sol absque pedibus procedit, luna mutabili cursu cietur, nubes sine pennis supervolant, ventus absque alis spirat, et undae carentes anima decurrunt. Terra aquis suspenditur, et aquae in fundamenta congregantur. Spiritus non conspicitur, nec palpatur aer; caeli formam non praebent, nec nubes cognoscuntur. Validae sunt belluae maris, et mirabilia cete quae continet. Et mens pennas suas explicat, cogitatio alas expandit, sensus animi scrutantur, oculi conscientiae intendunt, et aures advertunt, ut investigando dispiciant et edoceantur; extremos autem fines adsequi nequeunt.

35. Quis scientiae sedem deprehendit? quis radices attigit sapientiae, aut locum prudentiae adeptus est[1]? Haec a cunctis viventibus est abdita et a cogitationibus universae carnis. Neque homines hebetis

ܣܟܪ ܓܙ̈ܝܐ ܘܡܛܠܠܐ ܒܐܘܪܙ ܪܡܙܗ. ܡܬܚ ܪܩܝܥܐ ܒܡܨܥܬܐ ܦܪܫ ܒܝܢ ܡܝ̈ܐ ܠܡܝ̈ܐ: ܦܪܫ ܝܒܝܫܬܐ ܡܢ ܝܡܐ: ܩܒܥ ܢܗܝܪ̈ܐ ܒܪܩܝܥܐ: ܙܩܦ ܛܘ̈ܪܐ ܥܠ ܐܪܥܐ: ܦܪܫ ܐܝܡܡܐ ܡܢ ܠܠܝܐ: ܘܢܘܗܪܐ ܡܢ ܚܫܘܟܐ: ܘܩܝܛܐ ܡܢ ܣܬܘܐ: ܐܥܒܝ ܚܠܐ ܬܚܘܡܐ ܠܝܡܐ: ܘܣܟܪ ܝܡ̈ܡܐ ܒܐܘܩܝܢܘܣ: ܘܓܠ̈ܠܐ ܕܝܡ̈ܐ ܠܐ ܥܒܪܝܢ ܬܚܘܡܐ: ܡܗܠܟ ܫܡܫܐ ܕܠܐ ܪ̈ܓܠܐ: ܘܣܗܪܐ ܒܫܘܚܠܦܐ: ܪܗܛܝܢ ܥܢ̈ܢܐ ܕܠܐ ܓܦ̈ܐ: ܘܢܫܒܐ ܪܘܚܐ ܕܠܐ ܟܢ̈ܦܐ: ܘܪܕܝܢ ܡܝ̈ܐ ܕܠܐ ܢܦܫܐ. ܬܠܝܐ ܐܪܥܐ ܥܠ ܡܝ̈ܐ: ܘܡܝ̈ܐ ܟܢܝܫܝܢ ܒܫܬܐܣ̈ܐ. ܠܐ ܚܙܝܐ ܪܘܚܐ: ܠܐ ܡܬܓܫܫ ܐܐܪ: ܠܐ ܕܡܘܬܐ ܠܫܡܝܐ: ܘܠܐ ܥܢ̈ܢܐ ܡܬܝܕܥܝܢ. ܥܫܝܢܝܢ ܚܝܘ̈ܬܐ ܕܝܡܐ ܘܬܡܝܗܝܢ ܬܢܝ̈ܢܐ ܕܒܓܘܗ. ܦܪܣܝܢ ܓܦ̈ܝܗ ܬܪܥܝܬܐ ܘܡܪܢܝܬܐ ܓܦ̈ܝܗ ܡܬܦܫܛܐ ܘܡܒܨܝܢ ܪ̈ܓܫܐ ܥܝ̈ܢܐ ܘܡܕܪܟܝܢ ܒܝܬ ܐܕܢ̈ܐ ܘܫܡ̈ܥܝܢ ܟܠܗܘܢ ܕܡܬܒܩܝܢ ܠܡܚܙܐ ܘܠܡܐܠܦ ܣܘܦܐ: ܘܠܐ ܡܛܝܢ ܠܟܠܗܝܢ ܣܘܟ̈ܝܐ܀

ܡܢܘ ܐܫܟܚ ܐܬܪ ܚܟܡܬܐ. ܘܡܢܘ ܐܕܪܟ ܥܩ̈ܪܐ ܕܚܟܡܬܐ. ܘܡܢܘ ܡܛܝ ܐܬܪ ܣܘܟܠܐ. ܟܣܝܐ ܗܝ ܡܢ ܟܠ ܚܝܝܢ ܘܡܢ ܡܚܫܒ̈ܬܐ ܕܟܠ ܒܣܪ: ܘܠܐ ܡܬܕܪܟܐ

AB! — 4 A [illegible]. — 8 A [illegible]. — 15 A [illegible]. — 19 A [illegible]. — 22 A [illegible]. — *Ib. B* [illegible]. — 25 A [illegible].

[1] Cf. Eccli. I, 3-7.

ܕܪܥܝܢܐ ܠܕܗܒܐ ܢܦܚܡܘܢܗ̇: ܦܬܝܚ ܘܡܫܬܒܩ ܓܙܗ̇ ܠܒܥܘܬܐ. ܡܝܬܪ ܢܘܗܪܗ̇ ܡܢ ܫܡܫܐ: ܘܙܝܘܗ̇ ܦܐܐ ܘܢܗܝܪ ܡܢ ܣܗܪܐ. ܡܡܫܫܝܢ ܠܗ̇ ܓܘܐ ܪܥܝܢܬܐ: ܘܩܢܝܢ ܠܗ̇ ܪܓܫܐ ܡܚܫܒܬܐ: ܘܩܢܐ ܠܗ̇ ܝܘܬܪ ܕܢܦܫܐ. ܘܕܦܬܚ ܬܪܥ ܠܒܗ ܡܫܟܚ ܠܗ̇: ܘܕܦܪܣ ܟܢܦܐ ܪܥܝܢܗ ܗܢܐ ܠܗ̇. ܥܡܝܪܐ ܒܓܒܪ ܦܪܘܫܐ: ܘܡܬܢܨܒܐ ܒܠܒܗ ܕܚܟܝܡܐ. ܥܩܪܘܗܝ ܡܫܬܪܪܝܢ ܒܡܒܘܥܝܗ̇: ܘܩܢܐ ܒܗ̇ ܣܝܡܬܐ ܛܡܝܪܬܐ. ܡܬܦܪܚܐ ܡܚܫܒܬܗ ܠܥܠ ܪܘܡܐ: ܘܡܬܚܬܝܐ ܪܥܝܢܗ ܠܥܠ ܠܥܘܡܩܐ. ܨܝܪ ܒܓܘ ܠܒܗ ܬܕܡܪܬܐ: ܘܚܙܝܢ ܥܝܢܝ ܬܪܥܝܬܗ ܣܘܦ ܝܡܐ. ܟܢܝܫܝܢ ܒܡܚܫܒܬܗ ܟܠ ܒܪܝܢ: ܘܪܘܝܚ ܗܘ ܪܥܝܢܗ ܕܢܩܒܠ. ܘܗܝܟܠܐ ܗܘ ܪܒܐ ܕܒܪܘܝܗ: ܡܠܟܐ ܕܪܘܡܐ ܥܐܠ ܒܗ ܘܥܡܪ ܘܫܪܐ: ܡܥܠܐ ܠܗ ܠܪܥܝܢܗ ܠܪܘܡܐ ܘܡܣܩ ܡܚܫܒܬܗ ܠܒܝܬ ܩܘܕܫܗ ܘܡܚܘܐ ܠܗ ܓܙܐ ܕܟܠ ܓܘܢܝܢ. ܡܬܕܒܪ ܪܥܝܢܗ ܒܚܙܬܐ: ܡܫܬܒܐ ܠܒܗ ܒܟܠ ܕܪܓܫ: ܘܡܬܚܘܝܐ ܠܗ ܡܕܡ ܕܠܐ ܝܕܥ. ܚܙܐ ܒܗܘ ܐܬܪܐ

ingenii auro comparabunt eam, sed thesaurus eius petentibus aperitur permittiturque totus. Lux eius solem superat, et splendor eius luna iucundius clariusque relucet. Intima[1] mentis eam attrectant, obtinentque eam sensus cogitationis, et thesaurus[2] animi ipsa potitur. Qui cordis ianuam aperit eam inveniet, qui mentis pennas extendit ea fruetur. In viro prudenti habitat, et cordi sapientis inseritur. Radices huius [viri] fontibus illius firmantur, et thesaurum absconditum in illa possidet. Cogitatio eius ad sublimiora fertur, eiusque animus in altissima descendit. Intimo corde effingit mirabilia, et acie mentis videt fines maris. Cuncta creata cogitatione comprehendit, et ingenium eius ad accipiendum dilatatur. Templum magnum fit Conditoris sui; Rex supernorum ad ipsum intrat et commoratur, mentem eius ad excelsa provehit, et cogitationem ad sanctitatis suae sedem sublevat, omnigenosque ei thesauros aperit. Animus eius contemplatione abstrahitur, cor eius omnibus quae percipit captivatur. Quae non noverat ei manifestantur. Locum illum introspicit et contemplatur; mens eius quaecumque

AB] — 1 A ܦܬܝܚ ܫܒܝܩ. — 3 A ܡܢ ܕܫܡܫܐ. — 4 B ܘܩܢܝܢ. — 10 B ܡܒܘܥܝܗ. — Ib. A ܘܡܫܬܪܪܝܢ. — 12 B ܘܡܚܫܒܬܗ. — 13 B ܘܬܪܥܝܬܗ. — 14 B ܠܥܘܡܩܐ ܬܪܥܝܬܗ. — 15 B ܒܟܠ. — 16 A ܒܡܚܫܒܬܗ. — 17 AB ܪܘܚܗ. — 19 B ܠܪܘܡܐ. — Ib. B ܠܪܘܡܪܘܡܐ. — 22 A ܒܚܙܬܐ.

[1] ܓܘܐ *thesaurus, recessus* (Iob. II, 6). Arm. **խորք** *abyssus, altitudo* (Antonelli, p. 431). — [2] ܝܘܬܪܐ *reliqua, superflua*, seu *copiae, opes*, quod exprimere videtur armenus translator voce **մթերք**, gallice « amas, provision » (Antonelli, p. 432, *horrea*), quod et mox repetit, sed male, pro ܬܪܥ *ianua*.

cernit demiratur : angelos omnes ad Illius ministerium properantes, Seraphim gloriam eius sanctam proclamantes, celeribus pennis volantes, albis et praeclaris vestibus indutos, facies suas prae fulgore eius velantes, citiusque vento currentes. Illic constitutus est thronus regni, iudexque in tribunali paratus; sedes positae sunt iustis, qui impios iudicabunt in die iudicii. Cum igitur sapiens locum ubi thesaurorum multitudo [reposita est] mente contemplatur, tunc animo se extollit, et omnia bona corde concipit et parit. Universa quae sibi praecepta sunt meditatur. Figura et aspectus eius in terra [exsistunt], sensus autem mentis sursum ac deorsum [versantur]. Cogitatio eius sole velocior est, et radii ipsius citiores vento, instar pennae levissimae quoquoversus [feruntur]. Sapiens in cogitationibus suis stabilis est, oculis suis vilis abiectusque, et nimio thesauro sibi infuso repletur. Noctis tenebrae illuminantur; sensus suos quocumque circumfert; mens eius omnia fundamenta explorat, et scientiae divitias ei praebet. Quod auribus non deprehendit videt, quodque oculis non cernit percipit. Cogitatio eius maria omnia transmeat, pro nihilo ducens fluctus vehementes; sine

ܘܡܬܕܡܪ: ܘܡܠܐܟܘܗܝ ܪܗܛܝܢ ܒܟܠ ܕܚܙܐ: ܪܗܛܝܢ ܟܠ ܚܝ̈ܠܐ ܠܬܫܡܫܬܗ ܘܣܪ̈ܦܐ ܡܩܕܫܝܢ ܠܐܝܩܪܗ: ܦܪܚܝܢ ܒܓܦ̈ܝܗܘܢ ܩܠܝ̈ܠܬܐ ܘܚܘ̈ܪܝܢ ܘܢܗܝܪܝܢ ܠܒܘ̈ܫܝܗܘܢ: ܡܟܣܝܢ ܐܦ̈ܝܗܘܢ ܡܢ ܙܝܘܗ: ܘܡܣܬܪܗܒܝܢ ܪ̈ܗܛܝܗܘܢ ܡܢ ܪܘܚܐ. ܬܡܢ ܣܝܡ ܟܘܪܣܝܐ ܕܡܠܟܘܬܐ ܘܡܛܝܒ ܕܝܢܐ ܒܒܝܡ ܕܝܢܐ: ܬܪ̈ܘܢܘܣ ܠܙܕܝ̈ܩܐ ܣܝܡܝܢ ܕܢܕܘܢܘܢ ܠܪ̈ܫܝܥܐ ܒܝܘܡ ܕܝܢܐ. ܟܕ ܕܚܙܐ ܚܟܝܡܐ ܒܪܥܝܢܗ ܐܬܪܐ ܕܣܝ̈ܡܬܗ ܣܓܝ̈ܐܢ: ܗܝܕܝܢ ܡܬܥܠܝܐ ܡܚܫܒܬܗ ܘܓܒܠ ܘܡܘܠܕ ܒܠܒܗ ܟܠ ܛܒܢ: ܘܪܢܐ ܒܟܠ ܐܝܠܝܢ ܕܐܬܦܩܕ. ܘܕܡܘܬܗ ܘܚܙܘܗ ܥܠ ܐܪܥܐ: ܘܪ̈ܓܫܐ ܕܪܥܝܢܗ ܠܥܠ ܘܠܬܚܬ. ܩܠܝܠܐ ܗܝ ܡܚܫܒܬܗ ܡܢ ܫܡܫܐ: ܘܥܪܝܩܝܢ ܙܠܝ̈ܩܘܗܝ ܡܢ ܪܘܚܐ ܐܝܟ ܐܒܪܐ ܩܠܝܠܐ ܠܟܠ ܓܒ̈ܝܢ. ܡܫܪܪ ܚܟܝܡܐ ܒܡܚܫܒܬܗ: ܒܥܝ̈ܢܘܗܝ ܫܝܛܐ ܘܡܟܝܟ: ܘܡܠܐ ܡܢ ܣܝܡܐ ܕܥܬܝܪܐ. ܒܠܠܝܐ ܚܫܘܟܐ ܡܬܢܗܪ: ܘܡܗܦܟ ܪ̈ܓܫܘܗܝ ܠܟܠ ܓܒ̈ܝܢ: ܫܩܠ ܪܥܝܢܗ ܟܠ ܫܬܐܣ̈ܐ ܘܡܝܬܐ ܠܗ ܥܘܬܪܐ ܕܝܕܥܬܐ. ܕܠܐ ܫܡܥ ܐܕ̈ܢܘܗܝ ܚܙܐ: ܘܕܠܐ ܚܙܝ ܥܝ̈ܢܘܗܝ ܗܘ ܪܓܫ. ܥܒܪܐ ܟܠ ܝܡ̈ܡܝܢ ܡܚܫܒܬܗ: ܘܠܐ ܚܫܝܒܝܢ ܠܗ ܓܠ̈ܠܐ

AB) — 1 B ܘܡܫܬܡܫܢܐ ܘܐܚ̈ܪܢܐ. — 6 A ܪ̈ܗܛܝܗܘܢ. — 7 A ܡܬܩܢ. — Ib. A ܬܪ̈ܘܢܘܣ ܕܕܝܢܐ. — 9 B ܕܝܢܝܢ. — 11 B ܕܣܝ̈ܡܬܗ. — 15 A ܘܪ̈ܓܫܘܗܝ ܪ̈ܓܫܘܗܝ. — 18 A ܡܫܪܪ. — 19 A om. ܒܡܚܫܒܬܗ. — 20 A ܥܬܝܪܐ. — 21 B ܘܡܗܦܟ. — 23 AB ܘܡܝܬܐ. Ego ܘܡܝܬܝܐ conieci. 25 A ܗܘ. — Ib. B ܥܒܪ.

ܐܡܬܬܟܠܐ: ܘܠܐ ܐܠܦܐ ܗܘ ܘܡܕܒܪܢܐ ܐܪܕܝܬܗ. ܪܒ ܘܡܝܬܪ ܗܘ ܣܝܡܐ ܕܐܬܓܪܘܬܗ. ܟܕ ܝܗܒ ܡܢ ܕܝܠܗ ܠܐ ܚܣܪ: ܡܬܥܬܪܝܢ ܡܢ ܣܝܡܬܗ ܡܣܟܢܐ. ܠܝܬ ܠܗ ܣܘܟܐ ܠܡܚܫܒܬܗ ܕܟܢܝܫܐ ܘܝܬܒܐ ܒܓܘ ܥܘܒܗ. ܐܬܪܐ ܕܡܠܟܐ ܫܪܐ ܘܡܫܬܡܫ ܒܗ ܡܢܘ ܡܫܟܚ ܕܢܫܡ ܠܗ ܬܘܪܥܝܬܐ܀ ܥܠܠܬܗ ܘܢܦܩܬܗ ܣܓܝܐ̈ܢ ܐܝܟ ܡܠܟܐ ܕܠܝܬ ܠܗ ܡܚܣܪܘܬܐ܀

ܫܡܥܘ ܕܝܢ ܚܒܝܒܝ ܕܡܬܚܘܝܢ ܒܝܢܝ ܠܢ ܘܐܦ ܠܟܘܢ: ܐܝܟܢܐ ܟܠܗܝܢ ܒܪܝܬܗ ܕܐܠܗܐ ܠܨܒܝܢܗ ܢܩܝܦܢ ܘܠܐ ܡܣܪܒܢ ܦܘܩܕܢܗ. ܚܕܐ ܚܕܐ ܡܢܗܝܢ ܐܝܟ ܡܐ ܕܦܩܝܕ ܠܗ ܡܫܡܠܝܐ ܨܒܝܢܗ ܒܥܓܠ: ܘܒܢܝ̈ ܐܢܫܐ ܒܙܒܢ ܙܒܢ ܡܣܪܒܝܢ ܘܠܐ ܥܒܕܝܢ ܨܒܝܢܗ ܘܠܐ ܚܙܝܢ ܘܠܐ ܫܡܥܝܢ ܘܠܐ ܡܣܬܟܠܝܢ. ܩܕܝܫ ܓܝܪ ܩܕܝܫܐ ܒܝܕ ܐܪܡܝܐ ܠܒܢܝ̈ ܐܝܣܪܝܠ ܘܐܡܪ ܠܗܘܢ: ܡܢܝ ܠܟܘܢ ܠܐ ܕܚܠܬܘܢ ܐܡܪ ܡܪܝܐ: ܘܡܢ ܩܕܡܝ ܠܐ ܙܥܬܘܢ: ܕܣܡܬ ܚܠܐ ܬܚܘܡܐ ܠܝܡܐ ܢܡܘܣܐ ܠܥܠܡ ܘܠܐ ܥܒܪ ܠܗ: ܘܡܬܟܫܦ ܘܠܐ ܡܫܟܚ: ܘܡܬܪܘܡܡܝܢ ܓܠܠܘܗܝ ܘܠܐ ܥܒܪܝܢ ܠܗ. ܘܠܥܡܐ ܗܢܐ ܗܘܐ ܠܗ ܠܒܐ

navi et sine nauta mens eius [subvehitur]. Magnus praestantissimusque est negotiationis eius thesaurus. Cum de suo largitur, nil deficit, et thesauro eius pauperes ditantur. Nullis terminis continetur cogitatio apud eum conclusa et in sinu eius considens. Quis poterit loci in quo rex commoratur eique ministratur divitias aestimare? Hominis illius redditus et sumptus amplissimi sunt, non secus ac regis qui nulla re indiget.

36. Auscultate autem, dilectissimi, id quod nobis vobisque pariter referimus: quomodo nempe cunctae Dei creaturae voluntatem eius sequantur, neque eius imperium detrectent. Singulae earum, prout ipsis edictum est, voluntatem eius propere perficiunt; homines vero aliquando non obtemperant, Deique voluntatem exsequi renuunt, *non videntes, neque audientes, neque intelligentes*[1]. Sanctissimus enim filios Israel per Ieremiam reprehendit aiens: *Me ergo non timebitis, dicit Dominus, et a facie mea non contremiscetis, qui posui arenam terminum mari, praeceptum sempiternum; et non praetergreditur eum; reluctatur, at non potest, et intumescunt fluctus eius, et non transibunt illum. Populo autem huic factum est cor rebelle et exasperans*[2], et noluc-

AB] — 2 A *cursus eius* ܡܪܕܝܬܗ [ܐܪܕܝܬܗ. — 3 A ܘܡܢ ܣܝܡܬܗ. — 8 A ܢܦܩܬܗ ܘܥܠܠܬܗ. — 11 A ܐܝܟܢ. — 14 A ܕܦܩܝܕ ܠܗ. — 20 A om. ܠܗ.

[1] Ier. v, 21. — [2] *Ib.* v, 22, 23.

runt audire praecepta mea. Stupenda autem miracula videte: mare obstrictum arena, fluctusque praecepto coercitos; procellas omnes verbo cohibitas, ad caelum usque surgentes et conscendentes, dein depressas et subsidentes usque in profundum, terminum autem sibi constitutum non praetereuntes. Si quis autem dixerit ipsas naturali sua condicione cohiberi, intelligat ex hoc quod accidit in diebus Noe. Cum per aquas diluvii iram suam [Deus] immisit, abyssum a praecepto exsolvit, arenaeque ligatae sustulit edictum, et eruperunt aquae, terminumque sunt transgressae, et cataractae caeli apertae sunt; firmamentum, terminus inter aquas et aquas, disruptum est, factumque est adversus impios iudicium. Firmamentum enim ut terminus positum fuerat inter aquas quae erant super firmamentum et aquas inferiores, sicut scriptum est: *Fecit Deus firmamentum in medio aquarum, ut divideret aquas ab aquis*[1], adfixitque ei luminaria, et vocavit illud Caelum. Congregavit autem aquas a superficie aridae in locum unum, congregationes aquarum appellavit maria, vocavitque aridam Terram. Facto igitur adversus impios iudicio, consumptaque generatione perversa et praevari-

ܡܪܘܕܘ ܘܡܬܡܪܡܪܝܢ: ܘܠܐ ܨܒܘ ܠܡܫܡܥ ܦܘܩܕܢܝ. ܚܙܘ ܕܝܢ ܬܕܡܪܬܐ ܡܬܡܗܢܝܬܐ: ܕܐܣܝܪ ܝܡܐ ܒܚܠܐ: ܘܟܒܝܫܝܢ ܓܠܠܐ ܒܦܘܩܕܢܐ: ܘܟܠܝܢ ܟܠ ܥܠܥܠܐ ܒܡܠܬܐ: ܡܬܬܪܝܡܝܢ ܘܡܣܬܠܩܝܢ ܥܕܡܐ ܠܫܡܝܐ ܘܡܬܡܟܟܝܢ ܘܢܚܬܝܢ ܥܕܡܐ ܠܬܗܘܡܐ: ܘܬܚܘܡܐ ܕܣܝܡ ܠܗܘܢ ܠܐ ܥܒܪܝܢ. ܘܐܢ ܐܢܫ ܢܐܡܪ ܕܒܟܝܢܗܘܢ ܐܣܝܪܝܢ: ܢܣܬܟܠ ܡܢ ܗܝ ܕܒܝܘܡܝ ܢܘܚ. ܟܕ ܐܝܬܝ ܪܘܓܙܐ ܒܡܝܐ ܕܛܘܦܢܐ ܫܪܐ ܡܠܬܐ ܡܢ ܐܣܪܝ ܬܗܘܡܐ ܘܫܩܠ ܦܘܩܕܢܐ ܡܢ ܚܠܐ ܐܣܝܪܐ: ܘܐܬܦܪܨܘ ܡܝܐ ܘܥܒܪܘ ܬܚܘܡܐ ܘܐܬܦܬܚܘ ܟܘܘܝ ܫܡܝܐ: ܘܐܬܒܙܥ ܪܩܝܥܐ ܬܚܘܡܐ ܕܒܝܬ ܡܝܐ ܠܡܝܐ: ܘܐܬܥܒܕ ܕܝܢܐ ܒܥܘܠܐ. ܡܛܠ ܕܪܩܝܥܐ ܬܚܘܡܐ ܣܝܡ ܒܝܬ ܡܝܐ ܕܠܥܠ ܡܢ ܪܩܝܥܐ ܠܒܝܬ ܡܝܐ ܬܚܬܝܐ ܐܝܟ ܕܟܬܝܒ: ܕܥܒܕ ܐܠܗܐ ܪܩܝܥܐ ܒܡܨܥܬ ܡܝܐ ܕܢܗܘܐ ܦܪܫ ܒܝܬ ܡܝܐ ܠܡܝܐ: ܘܩܒܥ ܒܗ ܢܗܝܪܐ ܘܩܪܝܗܝ ܫܡܝܐ. ܘܟܢܫ ܡܝܐ ܡܢ ܐܦܝ ܝܒܝܫܬܐ ܠܐܬܪܐ ܚܕ: ܠܟܢܫܐ ܕܡܝܐ ܩܪܐ ܝܡܡܐ: ܘܠܝܒܝܫܬܐ ܩܪܐ ܐܪܥܐ. ܘܟܕ ܕܝܢܐ

AB. — 7 A ܘܡܬܡܟܟܝܢ ܘܢܚܬܝܢ. — 12 A ܡܢ ܐܣܪܝ] ܡܢ ܐܦܝ. — 16 A ܐܬܥܒܕ. — *Ib.* B ܐܬܥܒܕܬ. — 17 B ܕܒܗܘ. — 18 A ܕܐܬܥܒܕ. — 19 21 A ܐܬܥܒܕ.

[1] Gen. I, 6, 7.

ܕܙܩܦܬܐ ܗܦܟܘ ܗܘܘ ܡܝ̈ܐ ܬܚܬܝ̈ܐ ܠܬܗܘܡܐ ܦܘܩܕܢܐ: ܘܣܠܩ ܘܩܡ ܚܠܐ ܠܡܛܪܬܐ ܠܗܘܦܟܐ: ܐܝܟ ܕܠܐ ܠܡܥܒܪ ܦܘܩܕܢܐ: ܘܐܬܟܠܝܘ ܦܬܚ̈ܐ ܫܡܝܐ: ܘܐܚܝܕܝܢ ܒܪܩܝܥܐ ܡܝ̈ܐ ܥܠܝ̈ܐ ܒܦܘܩܕܢܐ: ܘܝܬܒ ܥܠܡܐ ܒܝܢ ܡܝ̈ܐ ܕܠܥܠ ܡܢ ܪܩܝܥܐ ܘܡܝ̈ܐ ܕܠܬܚܬ ܡܢ ܐܪܥܐ: ܘܡܝ̈ܐ ܣܓܝ̈ܐܐ ܕܐܚܝܕܝܢ ܒܥܢܢ̈ܐ ܟܠܗܘܢ ܟܠܝܢ ܘܣܡܝܟܝܢ ܥܠ ܫܘܬܐܣܬܐ ܕܨܒܝܢܗ. ܘܠܐ ܡܝ̈ܐ ܒܠܚܘܕ ܥܒܕܝܢ ܨܒܝܢܗ: ܐܠܐ ܐܦ ܟܠ ܒܪ̈ܝܬܗ ܒܟܠܙܒܢ ܡܫܬܠܡܢ ܦܘܩܕܢܗ ܥܒܕܝܢ. ܡܝ̈ܐ ܒܝܘܡ̈ܝ ܢܘܚ: ܘܡܝ̈ܐ ܘܢܘܪܐ ܘܚܫܘܟܐ ܘܩܠܡܐ ܘܩܡܨܐ ܘܒܪܕܐ ܘܟܠ ܡܚ̈ܘܢ ܕܒܡܨܪܝܢ ܒܝܕ ܡܘܫܐ: ܘܐܦ ܐܠܗܐ ܫܡܫܐ ܘܣܗܪܐ ܘܟܐܦ̈ܐ ܕܒܪܕܐ ܒܦܘܩܕܢܐ ܕܝܫܘܥ ܒܪ ܢܘܢ ܟܕ ܐܡܪ: ܕܫܡܫܐ ܒܓܒܥܘܢ ܩܘܡ ܘܣܗܪܐ ܒܥܘܡܩܐ ܕܐܝܠܘܢ. ܘܡܛܠܢܐ ܩܡ ܫܡܫܐ ܒܓܒܥܘܢ. ܐܠܐ ܡܛܠ ܕܐܬܘ ܓܒܥܘܢܝ̈ܐ ܠܘܬ ܐܠܗܐ ܘܐܬܟܢܫܘ ܘܣܠܩܘ ܥܠܝܗܘܢ ܡܠܟܝܗܘܢ ܕܐܡܘܪܝ̈ܐ ܥܕܡܐ ܕܐܘܒܕ ܐܢܘܢ ܝܫܘܥ ܟܕ ܩܡ ܫܡܫܐ ܘܟܠܐ ܣܗܪܐ. ܘܟܘܟܒ̈ܐ ܦܘܩܕܢܗ ܥܒܕܘ ܫܡܝܐ: ܘܐܬܟܬܫܘ ܡܢ ܡܫܪܝܬܗܘܢ: ܘܥܒܕܘ ܩܪܒܐ ܥܡ

catrice, reversae sunt aquae inferiores in abyssum, et emersit ad observandum iussum arena; cataractae autem caeli prohibitae sunt, et aquae superiores iuxta praeceptum firmamento se continuerunt, reseditque mundus inter aquas quae supra firmamentum sunt et aquas quae sunt infra terram. Et aquae multae in nubibus comprehensae omnes cohibentur, et fundamento voluntatis eius innituntur. Sed non aquae tantummodo eius adimplent voluntatem, verum et creaturae universae placitum eius omni tempore exsequuntur : aquae videlicet in diebus Noe, aquae iterum cum igne, caligine, cyniphe, locusta, grandine, universisque plagis per Moysem in Aegyptum [adductis]. Sol etiam, luna et lapides grandinis paruerunt imperio Iosue filii Nun, cum ait : *Sol, sta in Gabaon, et tu, luna, in valle Aialon*[1]. Quare vero stetit sol in Gabaon? nisi quod cum Gabaonitae ad Deum confugissent, contra ipsos ascenderunt reges Amorrhaeorum, donec eos Iosue delevit, quando sol cohibitus est, et luna constitit. Stellae quoque caeli voluntati eius obsecutae sunt, et *dimicaverunt de mansionibus suis, et pugnam fecerunt adversus Sizaram et Madian*[2], in diebus Debborae et Barac filii

AB] — 1 *B* ܘܥܒܕ. — 9 A ܘܣܡܝܟܝܢ [ܘܣܡܟܝܢ. — 10 A ܫܘܬܐܣܬܐ. — *Ib.* A ܨܒܝܢܗ ܗܘܐ; sed ܨܒܝܢܗ secunda manu erasum. — 21 A ܓܒܥܘܢܝ̈ܐ ܗܘܘ

[1] Ios. x, 12. — [2] Iud. v, 20.

Abinoam. Quin et ferae edacissimae voluntatem eius impleverunt: ursus enim pueros, sobolem impiorum, exenteravit; leones Danielem iuxta praeceptum servaverunt; piscis etiam pelagi obtemperavit mandato imperantis, ut Ionam deglutiret; iterum, *ut dixit Dominus ei, restituit illum in aridam*[1]. Voluntati ipsius paruit et vermiculus in planta cucurbitae tugurii Ionae, quando ut ipsi iniunctum est eam secuit; ventus autem torridus, secundum praeceptum, arefecit eam. Etiam volucria animalia eius imperio obsecuta sunt; corvi Eliam aluerunt in torrente Carith. Rursum pisces plurimi voluntatem eius adimpleverunt, quando mirabiliter ab Apostolis Salvatoris captati sunt. Iterumque piscis alius pecuniam census pro Salvatore et discipulo eius Simone praebuit. Igitur caelum et terra et universae creaturae voluntati eius omni tempore obsequuntur, et nulla unquam eorum iubenti obstitit.

37. Verum apud hominem inventa est violatio praecepti; a primo die usque in saeculum legem transgreditur. Hoc quidquam potest esse acerbius, dilectissimi? Ad excitandum tumultum et contentionem prodierunt in populo nostro homines insolentes, perversi, aemulatores et con-

ܫܡܫܬܐ ܘܡܫܒܚܐ ܒܬܫܒܚܬ ܕܒܘܪܐ ܥܡܗ ܕܒܪ ܐܒܝܢܘܥܡ ܘܥܒܕܬ ܨܒܝܢܗ ܐܦ ܚܝܘܬܐ ܕܝܥܢܐ: ܕܒܐ ܓܝܪ ܛܠܝܐ ܝܠܕܐ ܕܪ̈ܫܝܥܐ: ܘܐܪ̈ܝܘܬܐ ܢܛܪܘܗܝ ܠܕܢܝܐܝܠ ܒܦܘܩܕܢܐ. ܘܥܒܕ ܐܦ ܨܒܝܢܗ ܢܘܢܐ ܕܝܡܐ ܟܕ ܦܩܕ ܠܗ ܘܒܠܥܗ ܠܝܘܢܢ: ܘܟܕ ܐܡܪ ܠܗ ܦܠܛܗ ܠܝܒܫܐ. ܘܥܒܕܬ ܐܦ ܨܒܝܢܗ ܬܘܠܥܬܐ ܒܩܪܥܐ ܕܩܪܐ ܕܡܛܠܬܗ ܕܝܘܢܢ ܟܕ ܦܩܕ ܠܗ ܘܡܚܬܗ: ܘܪܘܚܐ ܕܫܘܒܐ ܐܘܒܫܬܗ ܒܦܘܩܕܢܐ. ܘܥܒܕܘ ܐܦ ܨܒܝܢܗ ܒܥܘܪ̈ܒܐ ܦܪ̈ܚܬܐ ܕܚܝܐ: ܘܬܪܣܝܘ ܠܐܠܝܐ ܒܢܚܠܐ ܕܟܪܝܬ. ܘܥܒܕܘ ܐܦ ܨܒܝܢܗ ܢܘܢ̈ܐ ܣܓܝ̈ܐܐ ܟܕ ܒܬܕܡܘܪܬܐ ܐܬܨܝܕܘ ܠܫܠܝ̈ܚܘܗܝ ܕܦܪܘܩܢ. ܘܢܘܢܐ ܐܚܪܢܐ ܝܗܒ ܒܦܘܡܗ ܙܘܙܐ ܚܠܦ ܦܪܘܩܢ ܘܫܡܥܘܢ ܬܠܡܝܕܗ. ܘܫܡܝܐ ܘܐܪܥܐ ܘܟܠ ܒܪ̈ܝܬܐ ܥܒܕܢ ܨܒܝܢܗ ܒܟܠ ܥܕܢ: ܘܚܕܐ ܡܢܗܝܢ ܠܐ ܥܒܪܬ ܨܒܝܢܗ.

ܐܠܐ ܥܒܪ ܢܡܘܣܐ ܠܗܘ ܐܕܡ ܐܫܬܟܚ. ܡܢ ܝܘܡܐ ܩܕܡܝܐ ܘܐܦ ܥܕܡܐ ܠܥܠܡ ܗܘ ܥܒܪ ܢܡܘܣܐ. ܐܝܕܐ ܗܝ ܡܡܪܡܪܢܘܬܐ ܚܒܝܒܝ ܕܝܬܝܪܐ ܡܢ ܗܕܐ: ܕܒܥܠܬܐ ܡܬܚܪܝܢܘܬܐ ܕܕܘܟܣܐ ܘܕܚܪܝܢܐ ܢܦܩܘ ܒܥܡܢ ܐܢܫܐ ܡܪ̈ܝܕܐ ܘܡܥ̈ܩܡܐ ܘܡܛܢ̈ܢܐ

AB] — 2 B ܘܥܒܕܘ. — 3 A ܕܒ̈ܐ. — 12 B ܘܦܪ̈ܚܬܐ]. — Ib. A ܦܘܩܕܢܗ [ܨܒܝܢܗ. — 21 A ܦܘܩܕܢܐ [ܢܡܘܣܐ. — 23 B ܚܒܝܒ. — Ib. A ܦܘܩܕܢܐ [ܢܡܘܣܐ. — 25 B ܘܕܘܟܣܐ.

[1] Ion. II, 11.

ܘܡܒܣܪܢܐ: ܡܨܥܪܢܐ ܘܡܠܛܛܢܐ: ܛܢܢܐ ܘܚܣܡܢܐ: ܫܓܘܫܐ ܘܪܚܡܝ ܪܚܡܬܐ: ܚܕܝܢ ܒܬܒܪܐ. ܘܪܚܡܝܢ ܠܡܦܘܠܬܐ: ܣܢܝܢ ܟܐܢܘܬܐ: ܘܡܕܠܚܝܢ ܙܕܝܩܘܬܐ: ܚܛܘܦܐ ܥܠܘܒܐ ܘܕܓܠܐ ܘܡܬܢܟܦܝܢ ܡܢ ܚܒܪܝܗܘܢ: ܩܝܡܝܢ ܒܢܟܠܐ: ܘܡܬܛܫܝܢ ܒܒܝܫܘܬܐ: ܘܡܥܩܒܝܢ ܠܛܒܐ: ܘܡܟܢܫܝܢ ܝܘܬܪܢܐ: ܡܒܙܚܝܢ ܠܟܐܢܐ ܘܪܚܡܝܢ ܚܪܝܢܐ: ܡܫܓܫܝܢ ܡܫܝܢܐ: ܡܥܝܪܝܢ ܚܪܝܢܐ: ܒܛܢܝܢ ܥܘܠܐ ܘܝܠܕܝܢ ܫܘܩܪܐ: ܡܗܦܟܝܢ ܡܠܐ ܘܕܚܝܢ ܡܟܣܢܘܬܐ: ܡܠܝܢ ܚܡܬܐ ܘܡܛܟܫܝܢ ܒܪܥܝܢܐ: ܡܫܪܪܝܢ ܨܒܝܢܗܘܢ ܘܣܢܝܢ ܡܣܟܢܐ: ܫܐܝܢܐ ܘܪܡܐ ܡܒܙܙܢܐ ܘܬܒܘܥܐ: ܡܠܝܢ ܫܘܦܪܐ ܘܡܠܩܛܝܢ ܡܠܐ: ܪܚܡܐ ܘܛܢܦܐ: ܡܫܕܠܝܢ ܠܐܒܕܢܐ: ܪܘܝܐ ܘܐܣܘܛܐ: ܢܟܝܠܐ ܘܕܓܠܐ: ܛܡܪܝ ܚܣܡܐ ܘܪܚܡܝ ܦܘܪܥܐ ܒܝܫܬܐ: ܦܪܥܝ ܣܢܐܬܐ: ܡܥܝܪܝܢ ܚܪܝܢܐ: ܡܠܝܢ ܢܟܠܐ ܘܣܪܝܩܝܢ ܡܢ ܛܒܬܐ: ܡܘܙܦܝܢ ܟܣܦܐ ܘܡܙܒܢܝܢ ܒܪܒܝܬܐ: ܦܥܠܐ ܒܝܫܐ ܘܐܓܝܪܐ ܚܒܢܢܐ: ܐܟܠܝܢ ܒܫܡ ܡܪܝܐ ܘܡܬܝܩܪܝܢ ܒܫܡܗ ܘܩܪܝܢ ܒܫܡܗ: ܘܡܢ ܡܠܘܗܝ ܣܪܝܩܝܢ. ܗܠܝܢ ܐܢܘܢ ܦܥܠܐ ܢܟܝܠܐ ܕܟܢܫܝܢ ܟܣܦܐ ܘܠܝܬ ܠܗܘܢ ܝܘܬܪܢܐ. ܗܠܝܢ ܐܢܘܢ ܥܒܕܐ ܒܝܫܐ ܕܚܢܩܝܢ ܟܢܘܬܗܘܢ: ܘܫܪܝܪܐ ܒܥܠܡܐ ܫܩܠܝܢ. ܗܠܝܢ ܐܢܘܢ ܡܫܩܠܝ ܒܪܒܝܬܐ: ܢܟܝܠܐ ܬܓܪܐ

temptores, contumeliosi et maledici, zelotypi et invidi, perturbatores, avaritiae dediti, qui contritione gaudent, et ruinam diligunt; oderunt aequitatem, iustitiam proturbant; rapaces, fraudatores, mendaces, in socios fastidiosi; in dolo consistunt, et malitia delitescunt, bonos cavillantur, lucra congregant, iustos irrident, iurgium amant, pacificos conturbant, suscitant lites, concipiunt iniquitatem, et gignunt mendacium; sermones pervertunt, correptionem repellunt, furore pleni sunt et hebetes sensu; propriis voluntatibus se obfirmant, pauperes aversantur; superbi, elati, direptores, exactores, blanditias admoventes, dicteria colligentes, cupidi, inquinati, ad perditionem illicientes, ebriosi, helluones, fallaces, dolosi, invidiam celantes, malum rependere amantes, odium repensantes, et litem commoventes; dolo referti, bono autem vacui; pecuniam mutuam dantes, et faenore vendentes; operarii mali, mercenarii pigri. In nomine Domini manducant, nomine eius honorantur, nomen eius invocant, ab eius autem sermonibus sunt vacui. Hi sunt operarii dolosi qui pecuniam colligunt, nihil autem superlucrantur. Hi sunt servi nequam qui conservos suos suffocant[1].

AB] — 1 A ܛܢܢܐ. — Ib. A ܘܚܣܡܐ. — 7 A ܝܘܬܪܢܐ. — 8 A ܚܪܝܢܐ. — 9 A ܥܘܠܐ ܘܝܠܕܝܢ. — 11 A ܘܡܛܟܫܝܢ. — 16 A ܦܘܪܥܢܐ. — 26 A ܬܓܪܐ.

[1] Matth. xviii, 28.

Hi sunt zizania in medio tritici, caligo in lumine; prophetae mendaces, et falsi christi; hi filii sinistrae manus, heredes tenebrarum, aquam a iustis expostulantes[1]. Hi spinae sunt in vinea, hi superstruunt arenae aedificium quod corruet. Hi a praelio cedunt; *eorum deus venter est, et gloria eorum confusio ipsorum*[2]. Hi sunt *paries dealbatus*[3], exercitus maligni et satanae progenies. Hi sunt immanes serpentes, *canes muti non valentes latrare*[4]. Hi seipsos iustificant; sapientes sunt ad malum, neque eis inest intellectus. Hi iurgium suscitant, discidio gaudent, et peccatis exhilarantur. Hi bono torpidi sunt, malo autem experrecti, et generant rixas. Hi seipsos amant; hi sunt hostes crassissimi[5], et inimici Christi. Hi sunt fermentum vetus, utres detriti, vestesque conscissae; hi granum inter spinas, petra seminis, arena aedificii. De regno expelluntur; pulvis sunt serpenti, lucerna sub modio, sal infatuatum, quod foras proiicitur, neque ad usum ullum proficit. Hi sunt a bonis seiuncti, argentum falsum, vasa confracta. Hi sunt vinea ferens siliquas, uva fellis, plantatio Gomorrhae. Hi sunt *argentum reprobum, quod Dominus repulit*[6], quos etiam immundos vocavit. Hi sunt amor immutatus, virgines fatuae,

ܘܡܫܝܚܐ ܕܓܠܐ. ܗܢܘܢ ܐܢܘܢ ܒܢܝ ܣܡܠܐ ܝܪܬܝ ܚܫܘܟܐ: ܘܫܐܠܝܢ ܡܝܐ ܡܢ ܟܐܢܐ. ܗܢܘܢ ܐܢܘܢ ܟܘܒܐ ܒܟܪܡܐ: ܒܢܝܢ ܥܠ ܚܠܐ ܒܢܝܢܐ ܕܢܦܠ. ܗܢܘܢ ܐܢܘܢ ܕܥܪܩܝܢ ܡܢ ܩܪܒܐ: ܕܐܠܗܗܘܢ ܟܪܣܗܘܢ ܘܫܘܒܚܗܘܢ ܒܗܬܬܗܘܢ. ܗܢܘܢ ܐܢܘܢ ܐܣܝܬܐ ܡܚܘܪܬܐ: ܚܝܠܗ ܕܒܝܫܐ ܘܙܪܥܗ ܕܣܛܢܐ. ܗܢܘܢ ܐܢܘܢ ܚܘܘܬܐ ܥܪܝܡܬܐ: ܟܠܒܐ ܫܬܩܐ ܕܠܐ ܡܫܟܚܝܢ ܠܡܢܒܚ. ܗܢܘܢ ܐܢܘܢ ܡܙܕܕܩܝܢ ܢܦܫܗܘܢ: ܚܟܝܡܝܢ ܠܒܝܫܬܐ ܘܠܝܬ ܒܗܘܢ ܣܘܟܠܐ. ܗܢܘܢ ܐܢܘܢ ܙܩܦܝܢ ܚܪܝܢܐ: ܘܚܕܝܢ ܒܦܠܓܘܬܐ ܘܪܘܙܝܢ ܒܚܛܗܐ. ܗܢܘܢ ܐܢܘܢ ܕܪܦܝܢ ܡܢ ܛܒܬܐ ܘܥܝܪܝܢ ܠܒܝܫܬܐ: ܘܡܘܠܕܝܢ ܐܬܟܬܫܐ. ܗܢܘܢ ܐܢܘܢ ܪܚܡܝܢ ܢܦܫܗܘܢ: ܒܥܠܕܒܒܐ ܡܦܛܡܐ: ܣܢܐܘܗܝ ܕܡܫܝܚܐ. ܗܢܘܢ ܐܢܘܢ ܚܡܝܪܐ ܥܬܝܩܐ: ܙܩܐ ܒܠܝܐ ܘܢܚܬܐ ܡܨܪܝܐ. ܗܢܘܢ ܐܢܘܢ ܦܪܕܬܐ ܕܒܝܢ ܟܘܒܐ: ܟܐܦܐ ܠܙܪܥܐ ܘܚܠܐ ܠܒܢܝܢܐ. ܗܢܘܢ ܐܢܘܢ ܕܡܬܛܪܕܝܢ ܡܢ ܡܠܟܘܬܐ: ܥܦܪܐ ܠܚܘܝܐ: ܫܪܓܐ ܬܚܝܬ ܣܐܬܐ. ܗܢܘܢ ܐܢܘܢ ܡܠܚܐ ܦܟܝܗܐ ܕܠܒܪ ܡܫܬܕܝܐ ܘܠܐ ܐܘܝܐ ܠܚܘܫܚܐ. ܗܢܘܢ ܐܢܘܢ ܦܪܝܫܝܢ ܡܢ ܛܒܬܐ: ܟܣܦܐ ܕܙܝܦܐ: ܘܡܐܢܐ ܬܒܝܪܐ. ܗܢܘܢ ܐܢܘܢ ܟܪܡܐ ܕܝܠܕܐ ܚܪܘܒܐ: ܥܢܒܬܐ ܕܡܪܪܬܐ ܘܢܨܒܬܐ ܕܥܡܘܪܐ. ܗܢܘܢ ܐܢܘܢ ܟܣܦܐ

AB — 9 *B* om. ܐܢܘܢ. — 11 A ܙܩܦܝܢ. — 14 A ܠܒܝܫܬܐ. — *Ib.* A ܐܬܟܬܫܐ. — 18 *B* ܦܪܕܬܐ. — 24 A ܕܙܝܦܐ sic. — 25 A ܕܡܪܪܬܐ.

[1] Vid. Luc. XVI, 24. — [2] Philip. III, 19. — [3] Act. XXIII, 3. — [4] Is. LVI, 10. — [5] Vid. Iud. III, 17 sqq. — [6] Ier. VI, 30.

ܡܫܒܚܢܐ ܕܐܫܟܚ ܡܕܝܢܐ: ܘܬܪ̈ܥܐ ܦܪܐ ܐܝܟ: ܚܝ̈ܒܐ ܘܙܟ̈ܝܐ: ܒܠܘ̈ܥܬܐ ܦܫ̈ܝܛܬܐ: ܢܬܒܪܝ ܠܐܘܪܚܐ ܢܦ̈ܩܐ. ܗܠܝܢ ܐܝܟ ܕܡܪ̈ܩܝܢ ܠܣܬܪܐ ܘܡܬܡܟܢܝܢ ܒܪ̈ܚܫܐ: ܒܢܘܗܪ ܕܦܬܘܗ. ܗܠܝܢ ܐܝܟ ܦܬܝ̈ܢ ܒܠܐ: ܘܡܦܬܪܝܢ ܩ̈ܠܐ: ܐܡܪܝܢ ܠܚܡܐ ܒܦܘܪܢܘܬܐ. ܗܠܝܢ ܐܝܟ ܡܣܪ̈ܩܝ ܡܡܠܠܐ: ܡܠܒܫ̈ܝܢ ܠܟܘܫܐ: ܡܬܝܢ ܒܫܠܘܐ. ܗܠܝܢ ܐܝܟ ܦܩ̈ܚܝ ܠܡ̈ܠܐ: ܢܛܪܝ ܠܡܐ ܠܝ: ܙܪܥܝܢ ܒܝܬ ܐܚ̈ܐ. ܗܠܝܢ ܐܝܟ ܠܫ̈ܢܐ ܕܓܠܐ: ܠܒܐ ܕܡܬܚܫܒ ܥܘܠܐ ܘܢܟܠܐ. ܗܠܝܢ ܐܝܟ ܕܚܠܝܢ ܡܠܝ̈ܗܘܢ ܘܡܪܝܪ̈ܢ ܡܢ ܓܕܕܐ: ܘܗܢܝܢ ܠܓܐܪ̈ܐ. ܗܠܝܢ ܐܝܟ ܐܬܠܝ̈ܛܐ ܙܟܝ̈ܐ: ܡܠܚ̈ܐ ܡܛܒ̈ܥܝ ܐܠܦܐ: ܨܝ̈ܕܐ ܠܐܒܕܢܐ. ܗܠܝܢ ܐܝܟ ܕܩ̈ܘܡܐ ܢܟ̈ܠܐ ܕܢܛܪܝܢ ܠܡܦܘܠܬܐ ܘܡܥܝܪܝܢ ܩܪ̈ܒܐ. ܗܠܝܢ ܐܝܟ ܐܝܙܓܕ̈ܐ ܡܫܓܫ̈ܢܐ: ܕܡܦܩܝܢ ܡܟܫܘ̈ܠܐ: ܡܓܪ̈ܓܝܢ ܡܠܟܘ̈ܬܐ. ܗܠܝܢ ܐܝܟ ܣܡܐ ܕܡܘܬܐ: ܡܪܬܗ ܕܚܘܝܐ: ܘܫܢܐ ܕܐܟܢܐ. ܗܠܝܢ ܐܝܟ ܒܥܠܕܒ̈ܒܐ ܕܙܩܝܦܐ: ܟܫܠܗ ܕܙܩܝܦܐ: ܣܢܐܘܗܝ ܕܡܫܝܚܐ. ܗܠܝܢ ܐܝܟ ܒ̈ܢܝܐ ܡܬܩܠܒܝ ܚܪܝܢܐ. ܘܗܠܝܢ ܐܝܟ ܦܐܪ̈ܘܗܝ ܕܦܠܓܘܬܐ ✤

ianitores dormientes. Hi reos iustificant; innocentesque damnant; hi filii sunt contentionis[1], disciplinam repellunt, dira verba proferunt; panem manducant in confabulationibus. Hi sermonem excolunt, in abscondito murmurant, atque in aversum feriunt. Hi stolide loquuntur; observant [ut dicant] : Da mihi; et [discordiam] seminant inter fratres. Hi sunt linguae fallaces, cor iniquitatem et dolum cogitans; verba eorum blanda sunt, et absinthio acerbiora; ipsa sunt sagittae. Hi sunt athletae devicti, nautae navem mergentes, venatores [propellentes] in perditionem. Hi sunt speculatores dolosi, qui lapsum observant, et suscitant praelia[2]; legati turbulenti, excientes scandala et regna concitantes. Hi sunt letale venenum, serpentis virus et dens aspidis. Hi sunt adversarii crucis, scandalum crucis, inimici Christi, filii [et] generatio contentionis. Ecce discordiae fructus.

ܚܒ̈ܝܒܝ: ܒ̈ܢܝ ܫܝܢܐ: ܘܬܠܡܝ̈ܕܘܗܝ ܕܡܫܝܚܐ: ܐܢܬܘܢ ܐܝܟ ܢܘܗܪܗ ܕܥܠܡܐ: ܡܠܚܐ ܕܐܪܥܐ: ܥܝܢܗ ܕܦܓܪܐ: ܐܝܬܘܢ ܐܝܟ ܒ̈ܢܘܗܝ ܕܓܢܘܢܐ: ܙܪܥܐ ܛܒܐ: ܘܒܢܝܢܐ

38. Carissimi, filii pacis, et Christi discipuli, vos estis lux mundi, sal terrae, oculus corporis, amici Sponsi[3], semen bonum, aedificium petrae impo-

AB] — 5 A ܦܬܝܢ. — 6 A ܘܡܦܪܦܪܝܢ. — 7 A ܡܣܪܩܝܢ] ܡܠܒܫܝܢ. — 9 A ܡ̈ܠܐ. — 16 A ܩܪܒܐ. — 18 A ܡܠܟܘܬܐ. — 21 A ܕܙܩܝܦܐ ܘܡܫܝܚܐ. — 25 A ܡܠܚܗ.

[1] ܕܚܪܝܢܐ armen. [illegible] Antonelli, p. 436. Cf. supra § 14. — [2] Cf. Ezech. XXXIII, 6. — [3] ܒ̈ܢܝ ܓܢܘܢܐ υἱοὶ τοῦ νυμφῶνος Matth. IX, 15.

situm. Vos architecti sapientes, effodientes fundamentum et putredinem revelantes. Vos solertes agricolae, implentes horrea et fructus colligentes. Vos negotiatores prudentes, pecuniam acceptam cum lucro referentes. Vos operarii conducti, qui accepta mercede amplius exposcunt[1]. Vos claves tenetis; vos estis legati fideles, vos estis qui tuba canitis. Vos procuratores domus et dispensatores, utres novi, vestimenta gloriosa. Vos estis apostoli, sponsae comptae desponsores, et lumen in tenebris. Vos estis filii pacis, fratres Christi et templa Spiritus. Vos in agone curritis, in stadio contenditis, et coronas reportatis. Vos vites in vinea, semen tritici boni, quod fructum praebet in centuplum. Vos lucernas accenditis, et per angustam regni portam intratis. Vos filii dexterae estis, per exiguam arctamque viam ambulantes. Vos cruce salvati, Sanguineque et Corpore Christi redempti. Vos nuntii Christi, praedicatores veri, qui [liberos] ex aqua generatis. Vos suavis odor, et fragrantia vestra per omnia loca diffunditur. Vos estis nova conspersio, neque vobis inest fermentum vetus. Vos convivae Sponsi estis, ves-

ܕܟܠ ܡܕܡ. ܐܢܬܘܢ ܐܢܘܢ ܐܪܕܟܠܐ ܚܟܝܡܐ ܕܚܦܪܝܢ ܫܬܐܤܬܐ ܘܓܠܝܢ ܠܡܚܒܠܘܬܐ. ܐܢܬܘܢ ܐܢܘܢ ܐܟܪܐ ܚܟܝܡܐ ܡܡܠܝܢ ܐܘܨܪܐ ܘܡܟܢܫܝܢ ܥܠܠܬܐ. ܐܢܬܘܢ ܐܢܘܢ ܬܓܪܐ ܚܟܝܡܐ ܢܣܒܝܢ ܟܣܦܐ ܘܡܝܬܝܢ ܡܘܬܪܢܐ. ܐܢܬܘܢ ܐܢܘܢ ܦܥܠܐ ܐܓܝܪܐ ܕܢܣܒܝܢ ܐܓܪܐ ܘܥܠܝܗܝ ܬܒܥܝܢ. ܐܢܬܘܢ ܐܢܘܢ ܐܚܝܕܝ ܩܠܝܕܐ: ܐܝܙܓܕܐ ܡܗܝܡܢܐ: ܘܩܪܝܝ ܩܪܢܬܐ. ܐܢܬܘܢ ܐܢܘܢ ܪܒܝ ܒܬܐ ܡܦܪܢܣܢܐ: ܘܙܩܐ ܚܕܬܐ ܘܢܚܬܐ ܕܫܘܒܚܐ. ܐܢܬܘܢ ܐܢܘܢ ܫܠܝܚܐ ܡܟܘܪܢܐ: ܕܟܠܬܐ ܡܨܒܬܐ: ܘܢܘܗܪܐ ܒܚܫܘܟܐ. ܐܢܬܘܢ ܐܢܘܢ ܒܢܘܗܝ ܕܫܠܡܐ ܐܚܘܗܝ ܕܡܫܝܚܐ ܘܗܝܟܠܐ ܕܪܘܚܐ. ܐܢܬܘܢ ܐܢܘܢ ܪܗܛܝ ܒܐܓܘܢܐ: ܕܡܬܟܬܫܝܢ ܒܐܣܛܕܝܐ ܘܢܣܒܝܢ ܟܠܝܠܐ. ܐܢܬܘܢ ܐܢܘܢ ܓܘܦܢܐ ܒܟܪܡܐ: ܙܪܥܐ ܕܚܛܬܐ ܛܒܬܐ ܕܝܗܒ ܦܐܪܐ ܚܕ ܒܡܐܐ. ܐܢܬܘܢ ܐܢܘܢ ܡܢܗܪܝ ܫܪܓܐ ܕܥܐܠܝܢ ܒܬܪܥܐ ܐܠܝܨܐ ܕܡܠܟܘܬܐ. ܐܢܬܘܢ ܐܢܘܢ ܒܢܝ ܝܡܝܢܐ ܕܪܕܝܢ ܒܐܘܪܚܐ ܕܩܛܝܢܐ ܘܐܠܝܨܐ. ܐܢܬܘܢ ܐܢܘܢ ܦܪܝܩܝ ܒܙܩܝܦܐ ܕܙܒܝܢܝ ܒܕܡܗ ܘܦܓܪܗ ܕܡܫܝܚܐ. ܐܢܬܘܢ ܐܢܘܢ ܐܝܙܓܕܘܗܝ ܕܡܫܝܚܐ: ܟܪܘܙܐ ܫܪܝܪܐ: ܕܡܘܠܕܝܢ ܡܢ ܡܝܐ. ܐܢܬܘܢ ܐܢܘܢ ܪܝܚܐ ܒܣܝܡܐ ܕܢܦܫ ܪܝܚܟܘܢ ܒܟܠ ܐܬܪ. ܐܢܬܘܢ ܐܢܘܢ ܓܒܝܠܬܐ ܚܕܬܐ ܕܠܝܬ ܒܟܘܢ ܚܡܝܪܐ ܥܬܝܩܐ. ܐܢܬܘܢ ܐܢܘܢ ܡܙܡܢܝ

AB. — 2 A ܠܡܚܒܠܘܬܐ. — 8 A ܐܝܙܓܕܐ. — 9 A ܐܝܟ ܐܝܟ. — Ib. A ܙܩܐ. — 14 B ܒܐܣܛܕܐ. — 16 A ... ܕܚܛܬܐ. — 20 A ܒܕܡܗ ܘܒܦܓܪܗ. — 21 A ܒܦܓܪܗ ܘܒܕܡܗ. — 24 A ܕܢܦܫ. — 26 B om. ܐܢܘܢ.

[1] Vid. Matth. xx, 1–12.

ܒܢܚܬܐ ܘܡܬܥܛܦܝܢ ܢܚܬܐ ܕܦܐܝܢ ܠܡܫܬܘܬܐ. ܐܝܬܝܟܘܢ ܐܢܬܘܢ ܫܩܝܠܝ ܢܝܪܐ ܝܬܒܝܢ ܒܫܠܝܐ ܘܫܒܝܐ ܕܥܕܬܐ. ܐܝܬܝܟܘܢ ܐܢܬܘܢ ܒܢܝܗ ܕܥܕܬܐ: ܡܪܒܝܢܐ ܕܒܢܝܗ ܘܡܟܢܫܝ ܡܪܥܝܬܐ܀

ܐܝܬܝܟܘܢ ܐܢܬܘܢ ܪܥܘܬܐ ܢܨܝܚܐ ܕܡܥܠܝܢ ܠܓܙܪܝܟܘܢ ܒܡܪܥܝܬܐ ܛܒܬܐ: ܘܦܪܘܩܢ ܝܫܘܥ ܪܒ ܪܥܘܬܐ: ܢܘܗܪܐ ܒܚܫܘܟܐ: ܘܫܪܓܐ ܕܥܠ ܡܢܪܬܐ ܕܐܢܗܪ ܠܥܠܡܐ ܘܚܣܝ ܚܛܗܝܗܘܢ. ܗܘܝܘ ܓܝܪ ܡܪܓܢܝܬܐ ܛܒܬܐ: ܘܚܢܢ ܬܓܪܐ ܕܙܒܢܢ ܩܢܝܢܢ ܘܙܒܢܢܗ. ܗܘܝܘ ܣܝܡܬܐ ܕܒܚܩܠܐ: ܘܚܢܢ ܟܕ ܐܫܟܚܢܝܗ ܚܕܝܢ ܒܗ ܘܙܒܢܝܢܝܗ. ܗܘܝܘ ܓܝܪ ܡܒܘܥܐ ܕܚܝܐ: ܘܚܢܢ ܕܨܗܝܢ ܗܘܝܢ ܐܫܬܝܢ ܡܢܗ. ܗܘܝܘ ܦܬܘܪܐ ܕܡܠܐ ܕܘܫܢܐ ܘܣܒܥܬܐ: ܘܚܢܢ ܕܟܦܢܝܢ ܗܘܝܢ ܐܟܠܢ ܘܣܒܥܢ. ܗܘܝܘ ܬܪܥܐ ܕܡܠܟܘܬܐ ܕܐܬܦܬܚ ܩܕܡ ܟܠܗܘܢ ܥܠܘܠܐ. ܗܘܝܘ ܚܡܪܐ ܡܚܕܝܢܐ ܕܫܬܝܢ ܡܢܗ ܐܒܝܠܐ ܘܛܥܝܢ ܟܘܪܗܝܗܘܢ. ܗܘܝܘ ܠܒܘܫܐ ܘܢܚܬܐ ܕܫܘܒܚܐ ܕܠܒܫܝܢ ܠܗ ܟܠܗܘܢ ܢܨܘܚܐ. ܗܘܝܘ ܓܦܬܐ ܕܫܪܪܐ: ܘܐܒܘܗܝ ܦܠܚܐ: ܘܚܢܢ ܫܒܘܛܐ ܕܢܨܝܒܝܢ ܒܗ. ܗܘܝܘ ܡܓܕܠܐ ܕܒܢܝܢ ܒܗ ܚܟܝܡܐ: ܢܣܒܘ ܢܦܩܬܗ ܕܒܢܝܢܐ ܘܢܫܠܡܘܢ. ܗܘܝܘ ܚܠܝܐ ܘܡܠܟܝܢܐ

tibusque convivio aptis induti. Vos iugum fertis, in silentio sedetis, et captivi estis Ecclesiae[1]. Vos estis Ecclesiae filii, ipsius educantes liberos, et gregem congregantes.

39. Vos estis pastores incliti, qui greges vestros in pascua bona inducitis; et Iesus, Salvator noster, princeps pastorum est, et lux in tenebris, lucerna super candelabrum, quae mundum illuminavit, eiusque peccata purgavit. Ipse est etiam bona margarita, nos vero mercatores qui, ut eam compararemus, possessiones nostras vendidimus. Ipse est thesaurus in agro, quem cum invenimus, gav'si sumus, et emimus eum. Ipse est fons vitae; et nos qui sitiebamus ex eo bibimus. Ipse est mensa referta pinguedine et saturitate; nos autem qui fame laborabamus, manducavimus et delectati sumus. Ipse est porta regni coram omnibus introeuntibus reserata. Ipse est vinum laetificans, quod cum lugentes hauriunt, cuncti eorum dolores exstinguuntur. Ipse est vestimentum et pallium gloriae, quo triumphatores induuntur. Ipse est vitis vera, et Pater eius agricola est, nos vero palmites in ea complantati. Ipse est turris, super quam aedificant

AB] — 4 B ܡܪܒܝܢܘ. — 13 A ܘܐܫܟܚܢ. — Ib. A ܚܕܝܢ. — 15 A ܘܐܫܬܝܢ. — 17 A ܘܣܒܥܢ [ܘܣܒܥܢܢ. — 18 A prius ܘܗܘܘ secunda manu mutatum in ܘܗܘܝ [ܘܗܘܝܘ. — 21 A ܘܢܚܬܐ. — 23 A ܘܐܒܘܗܝ. — 26 A ܘܡܠܟܐ ܡܕܒܪܢܐ.

[1] Cf. supra § 16.

plurimi: computemus sumptus eius, ut aedificemus et perficiamus. Ipse est Sponsus, Apostoli desponsores sunt, nos vero sponsa: paremus igitur nobis munera. Ipse est scala in altum erecta; laboremus et contendamus ad Patrem per eam scandere. Ipse est arcta et angusta via; insistamus vestigiis eius, ut ad portum perveniamus. Ipse est sacerdos, minister sanctus; conemur nos filios ovilis eius fieri. Ipse est Rex, Filius clara stirpe oriundus, qui profectus est ut regnum acciperet; parvitatem eius revereamur, ut magnitudinis suae nos consortes reddat. Ipse est praeco et legatus Altissimi; verba eius auscultemus, ut mysteriorum eius efficiamur participes. Ipse est granum fructum multum afferens, quod cum minutissimum esset, seminatum est, factumque est arbor valida. Ipse est Filius primogenitus de Maria natus; abiectionem eius suscipiamus, ut magnitudine eius laetemur. Ipse est qui passus est et revixit, et ad excelsa ascendit; in ipsum firmiter credamus, ut adventum eius recipiamus. Ipse est iudex mortuorum et viventium, qui throno insidens tribus iudicabit. Ipse est qui regnum in hereditatem tradet, aut ad supplicium mittet; personas non discernet, nec sumet munera. Per ipsum igitur gratias

ܡܘܗܒܬܐ ܣܓܝ ܩܠܝܠܐ: ܢܛܝܒ ܠܗ ܕܘܡܚܢܐ. ܗܘܝܘ ܣܒܠܬܐ ܕܡܩܝܡܐ ܠܡܪܘܡܐ: ܢܠܐܐ ܘܢܬܥܡܠ ܕܢܣܩ ܒܗ ܠܘܬ ܐܒܘܗܝ. ܗܘܝܘ ܐܘܪܚܐ ܕܩܛܝܢܐ ܘܐܠܝܨܐ: ܢܪܕܐ ܒܫܒܝܠܘܗܝ ܕܢܡܛܐ ܠܠܡܐܢܐ. ܗܘܝܘ ܟܘܡܪܐ ܡܫܡܫܢܐ ܩܕܝܫܐ: ܘܣܓܝ ܢܬܚܦܛ ܕܢܗܘܐ ܒܢܝ̈ ܕܡܪܥܝܬܗ. ܗܘܝܘ ܡܠܟܐ ܒܪ ܛܘܗܡܐ ܪܒܐ ܕܐܙܠ ܠܡܣܒ ܡܠܟܘܬܐ. ܢܝܩܪ ܙܥܘܪܘܬܗ ܕܢܫܘܬܦܢ ܒܪܒܘܬܗ. ܗܘܝܘ ܟܪܘܙܐ ܘܫܠܝܚܗ ܕܥܠܝܐ. ܢܫܡܥ ܦܬܓܡܘܗܝ ܘܢܗܘܐ ܒܢܝ̈ ܐܪܙܗ. ܗܘܝܘ ܦܪܕܬܐ ܡܥܠܝܬܐ ܦܐܪܐ ܣܓܝܐܐ: ܕܟܕ ܙܥܘܪܐ ܐܙܕܪܥܬ ܘܗܘܬ ܐܝܠܢܐ ܥܫܝܢܐ. ܗܘܝܘ ܒܪܐ ܒܘܟܪܐ ܝܠܝܕܐ ܕܡܢ ܡܪܝܡ: ܢܩܒܠ ܡܘܟܟܗ ܕܢܚܕܐ ܒܪܒܘܬܗ. ܗܘܝܘ ܕܚܫ ܘܚܝܐ ܘܣܠܩ ܠܡܪܘܡܐ: ܢܗܝܡܢ ܒܗ ܫܪܝܪܐܝܬ ܕܢܩܒܠ ܡܐܬܝܬܗ. ܗܘܝܘ ܕܝܢܐ ܕܡܝ̈ܬܐ ܘܕܚܝ̈ܐ ܕܝܬܒ ܥܠ ܬܪܘܢܘܣ ܘܕܐܢ ܫܒܛܐ. ܗܘܝܘ ܕܝܗܒ ܡܠܟܘܬܐ ܘܡܫܕܪ ܠܬܫܢܝܩܐ: ܘܠܐ ܢܣܒ ܒܐܦܐ ܘܠܐ ܡܩܒܠ ܫܘܚܕܐ. ܡܛܠ ܗܢܐ ܒܗ ܢܘܕܐ ܠܐܒܘܗܝ: ܘܒܗ ܢܣܓܘܕ ܠܡܠܟܘܬܗ. ܘܒܗ ܢܫܒܚ ܠܡܫܡܪܢܘܬܗ ܕܪܒܐ ܗܝ ܘܥܠܝܐ ܒܗ ܘܡܒܪܟ ܒܗ ܘܩܕܝܫ ܒܗ: ܘܐܒܐ ܕܠܥܠܡ ܥܡ ܪܘܚܗ. ܠܟ ܚܒܝܒܝ ܟܬܒܬ ܡܚܝܕ ܠܡܦܪܫܘ ܠܒܢܝ̈ܢ ܕܣܒܪܐ ܐܠܐ ܐܬܝܕܥܬ

AB 7 A ܘܢܬܠܐ — 12 B ܐܪܙܗ — 17 A ܫܪܝܪܐܝܬ. — Ib. B ܡܐܬܝܬܗ. — 19 A ܬܪܘܢܘܣ. — 26 A ܠܚܕ ܚܕ.

ܘܫܝܢܐ ܘܢܣܓܘܕ ܚܕ ܠܚܕ. ܒܗܠܝܢ ܦܐܪ̈ܐ ܢܬܥܡܠ ܕܡܩܪܒܝܢ ܠܚܝܐ ܕܠܥܠܡ܀

Patri eius reddamus; per ipsum adoremus illum qui misit eum; per ipsum sanctificemus illum qui eum delegavit, qui in nobis complacuit, et per ipsum nos elegit, per ipsum etiam nos laetificavit, per ipsum nos vocavit, atque ignobilitatem nostram maiestati suae reconciliavit. Nihil enim omnino habemus hisce misericordiis rependendum, nisi gratiarum actionem, et adorationem, et mutuam caritatem. His ergo fructibus operam demus, qui ad vitam aeternam perducunt.

ܘܐܠܐ ܠܢ ܚܒܝ̈ܒܝ ܕܢܬܦܢܐ ܠܘܬ ܐܠܗܐ ܘܢܩܪܒ ܩܕܡܘܗܝ ܬܝܒܘܬܐ ܕܠܒܐ: ܘܠܐ ܢܫܬܘܬܦ ܠܩܫܝܘܬܗ ܕܦܪܥܘܢ ܘܠܫܛܝܘܬܗ ܕܪܚܒܥܡ: ܘܢܪܚܩ ܡܢ ܚܪ̈ܝܢܐ ܘܦܠܓܘ̈ܬܐ ܕܡܫܡܠܝܢ ܨܒܝܢܗ ܕܣܛܢܐ. ܡܛܠ ܕܒܨܢܝܥܘܬܐ ܥܐܠ ܠܗ ܒܒܢ̈ܝ ܐܢܫܐ: ܘܡܪܝܡ ܠܗܘܢ ܝܬܝܪܐ ܠܚܝ̈ܝܗܘܢ: ܘܡܫܬܠܐ ܠܗܘܢ ܒܪ̈ܓܝܓܬܗ ܕܡܢܝܢܐ. ܒܪܓܬܐ ܕܡܕܡ ܡܕܡ ܥܐܠ ܠܗ ܒܒܢ̈ܝ ܐܢܫܐ: ܘܡܣܦܩ ܠܗܘܢ ܐܝܟ ܡܐܢ̈ܐ ܣܦܝ̈ܩܐ: ܐܝܟ ܡܐ ܕܥܒܕ ܒܐܒܘܗܘܢ ܩܕܡܝܐ: ܥܕ ܠܐ ܗܘܐ ܚܙܐ ܚܕ ܪ̈ܓܝܓܬܗ ܕܢܕܥܝܗ ܘܢܥܪܘܩ ܡܢܗ. ܡܛܠ ܕܨܢ̈ܝܥܢ ܐܢܝܢ ܐܘܡܢܘ̈ܬܗ ܕܒܥܠܕܒܒܐ. ܪܓܬܐ ܕܡܐܟܘܠܬܐ ܐܦܩ ܠܐܕܡ ܡܢ ܦܪܕܝܣܐ: ܪܓܬܐ ܕܩܛܠܐ ܦܪܫ ܠܗܒܝܠ ܡܢ ܩܐܝܢ ܐܚܘܗܝ. ܪܓܬܐ ܕܒܙܚܐ ܥܒܕ ܥܒ̈ܕܝܢ ܗܘܐ ܚܡ ܠܬܪ̈ܝܢ ܐܚܘ̈ܗܝ.

40. Nos decet, dilectissimi, ad Deum nos convertere, et paenitentiam cordis ante eum offerre, non autem Pharaonis duritiam aut stultitiam Roboami participare, et a iurgiis discidiisque nos amovere, quae satanae explent voluntatem. Versute enim intrat in homines, eosque supra vitam eorum nimium extollit, et innumeris desideriis suis sollicitat; per cuiuscumque rei cupiditatem ad homines ingreditur, et eos tanquam inania vasa exhaurit. Eo modo apud primum parentem eorum incepit, priusquam ex eius concupiscentiis unam nosset, eamque refugere potuisset. Multiplices enim sunt fallacis artes. Cibi concupiscentia Adam e paradiso [inimicus] eiecit. Concupiscentia homicidii Abel a Caino fratre suo seiunxit. Propter concupiscentiam irrisionis, Cham servus servorum factus est duobus fratribus suis. Concupiscentia gulae Esau a benedictionibus et iuribus primogeniti di-

AB] — 7 A ܘܦܠܓܘ̈ܬܐ ܚܪ̈ܝܢܐ. — 9 A ܥܠ [ܠܗ. — 11 A ܒܪܓܝ̈ܓܬܗ. — 13 B ܘܡܣܦܩ. — 15 A ܗܘܐ. — 16 A ܘܢܥܪܘܩ ܡܢܗ ܕܢܕܥܝܗ. — 20 A ܠܗܒܝܠ ܡܢ ܩܐܝܢ. — 22 A ܥܒܕ.

movit. Concupiscentia libidinis Sichem, filius Hemor, cum toto populo suo gladio occubuit. Concupiscentia invidiae et livoris, filii Iacob fratrem suum Ioseph Arabibus vendiderunt. Concupiscentia libidinis illexit Ioseph uxor domini sui, et ille ex huius servitio effugit. Impudicitiae iterum concupiscentia Sodomitae perierunt, in ignem se praecipitaverunt, et incendio consumpti sunt atque exusti. Pharao rex Aegypti furoris concupiscentia submersus est in mare cum exercitu suo. Propter concupiscentiam [escarum] olentium terrae Aegypti, filii Iacob in deserto arido perierunt; et propter sordidam cupidinem possidendi, filii Ruben, et Gad, et Manasse prohibiti sunt quominus terram promissionis cum fratribus suis ingrederentur. Avaritiae pariter et ebrietatis concupiscentia, Nadab et Abiu in tabernaculo cremati sunt. Rursum propter concupiscentiam avaritiae et furti, exturbavit Dominus Achan per manus Iosue. Propter concupiscentiam luxuriae Zamri filii Salu, ceciderunt ex Israel viginti quatuor millia una hora. Propter provocationem et iniquitatem Abimelech, filius Gedeonis, septuaginta fratres suos occidit. Concupiscentia Dalilae, mulieris meretricis, deiectus est Samson de robore suo, et

ܘܪܓܬܐ ܕܙܢܝܘܬܐ ܐܘܒܕܬ ܠܫܟܝܡ ܥܡ ܒܩܘܪܝܬܐ ܘܒܚܘܪܒܬܐ. ܘܪܓܬܐ ܕܚܣܡܘܬܐ ܥܒܕܬ ܠܒܢܝ̈ ܝܥܩܘܒ ܢܙܒܢ ܠܛܝܝ̈ܐ ܗܘ ܝܘܣܦ ܐܚܘܗܘܢ. ܘܪܓܬܐ ܛܢܦܬܐ ܐܣܛܝܬܐ ܐܢܬܬܗ ܕܡܪܗ ܠܝܘܣܦ ܐܚܕܬܗ ܠܥܒܕܘܬܐ. ܘܪܓܬܐ ܕܚܣܡܘܬܗ ܩܪܒܬ ܐܝܟܐ ܡܪܗ ܠܝܘܣܦ ܘܥܪܩ ܡܢ ܥܒܕܘܬܗ. ܘܪܓܬܐ ܦܪܝܫܘܬܗܘܢ ܗܦܟܘ ܣܕܘܡܝܐ ܕܗܦܟܘ ܥܠ ܢܘܪܐ ܢܦܫܗܘܢ ܘܝܩܕܘ ܒܝܩܕܢܐ. ܘܪܓܬܐ ܕܚܡܬܗ ܕܦܪܥܘܢ ܡܠܟܐ ܕܡܨܪܝܢ ܛܒܥܬܗ ܒܝܡܐ ܗܘ ܘܚܝܠܗ. ܘܪܓܬܐ ܕܪܝܚܬܐ ܕܐܪܥܐ ܕܡܨܪܝܢ ܗܦܟܘ ܒܢܝ̈ ܝܥܩܘܒ ܒܡܕܒܪܐ ܨܗܝܐ. ܘܪܓܬܐ ܕܩܢܝܢܐ ܛܢܦܐ ܐܬܟܠܝܘ ܒܢܝ̈ ܪܘܒܝܠ ܘܓܕ ܘܡܢܫܐ ܘܠܐ ܥܠܘ ܠܐܪܥܐ ܕܡܘܠܟܢܐ ܥܡ ܐܚܝܗܘܢ. ܘܪܓܬܐ ܕܥܠܘܒܘܬܐ ܘܪܘܝܘܬܐ ܢܕܒ ܘܐܒܝܗܘ ܒܡܫܟܢܐ ܝܩܕܘ. ܘܪܓܬܐ ܕܥܠܘܒܘܬܐ ܘܓܢܒܘܬܐ ܕܥܟܪ ܡܪܝܐ ܠܥܟܢ ܒܐܝܕܝ ܝܫܘܥ. ܘܪܓܬܐ ܦܪܝܫܘܬܗ ܕܙܡܪܝ ܒܪ ܣܠܘ ܢܦܠܘ ܡܢ ܐܝܣܪܝܠ ܥܣܪܝܢ ܘܐܪܒܥܐ ܐܠܦܝܢ ܒܚܕܐ ܫܥܬܐ. ܘܡܛܠ ܡܪܡܪܢܘܬܐ ܘܥܘܠܐ ܩܛܠ ܐܒܝܡܠܟ ܒܪ ܓܕܥܘܢ ܠܫܒܥܝܢ ܐܚܘܗܝ. ܘܪܓܬܐ ܕܕܠܝܠܐ ܐܢܬܬܐ ܙܢܝܬܐ ܐܫܦܠܬ

AB [illegible] 2 A [illegible] — 13 B [illegible] — 17 A [illegible] — 22 AB [illegible] — 23 B [illegible] — 25 A [illegible]

ܩܘܕܫܘܗܝ ܡܢ ܚܝܠܗ ܘܦܪܩܗ ܡܢܗ ܠܢܙܝܪܘܬܗ. ܘܒܪܓܬܐ ܕܛܢܦܘܬܐ ܕܓܒܪ̈ܐ ܕܓܒܥܐ ܢܦܠܘ ܡܢ ܐܝܣܪܝܠ ܘܒܢܝܡܝܢ ܒܚܪܒܐ ܫܬܝܢ ܘܚܡܫܐ ܐܠܦܝܢ. ܘܒܪܓܬܐ ܕܥܠܘܒܘܬܐ ܒܢ̈ܝ ܥܠܝ ܐܣܬܠܩܘ ܘܢܦܩܘ ܡܢ ܟܘܗܢܘܬܗ ܕܩܘܕܫܐ. ܘܒܪܓܬܐ ܕܡܪܚܡܢܘܬܐ ܘܚܘܣܢܐ ܕܥܡܠܝܩ ܓܙܪ ܠܡܠܟܘܬܗ ܕܫܐܘܠ. ܘܒܪܓܬܐ ܕܬܡܪ ܚܬܗ ܕܐܒܫܠܘܡ ܐܬܩܛܠ ܐܡܢܘܢ ܒܘܟܪܗ ܕܕܘܝܕ. ܘܒܪܓܬܐ ܕܪܡܘܬܗ ܐܕܘܢܝܐ ܒܪ ܚܓܝܬ ܠܐ ܐܕܪܟ ܒܡܠܟܘܬܐ ܕܒܝܬ ܕܘܝܕ. ܘܒܪܓܬܐ ܕܢܫ̈ܐ ܣܓܝ̈ܐܬܐ ܣܛܝܗ ܠܒܗ ܕܫܠܝܡܘܢ ܡܢ ܐܠܗܗ. ܘܒܪܓܬܐ ܕܣܟܠܘܬܗ ܕܪܚܒܥܡ ܦܠܓܗ ܡܪܝܐ ܘܓܙܪܗ ܠܡܠܟܘܬܗ. ܘܒܪܓܬܐ ܕܡܓܪܝܢܘܬܐ ܕܝܘܪܒܥܡ ܒܪ ܢܒܛ ܢܦܠܘ ܡܢ ܐܝܣܪܝܠ ܒܝܕ ܐܒܝܐ ܒܪ ܪܚܒܥܡ ܚܡܫܡܐܐ ܐܠܦܝܢ ܒܚܕ ܝܘܡܐ. ܘܒܪܓܬܐ ܕܟܪܡܗ ܕܢܒܘܬ ܕܪܓ ܐܚܐܒ ܣܠܩ ܘܢܦܠ ܒܩܪܒܐ ܒܪܡܬ ܓܠܥܕ. ܘܒܪܓܬܐ ܕܟܣܦܗ ܕܢܥܡܢ ܕܢܣܒ ܓܝܚܙܝ ܠܒܫ ܓܪܒܐ ܗܘ ܘܙܪܥܗ ܠܥܠܡ. ܘܒܪܓܬܐ ܓܙܗ ܐܬܪܘܪܒ ܚܙܩܝܐ ܘܐܫܬܒܝ ܩܢܝܢܗ ܥܡ ܒܢܘܗܝ ܠܒܒܠ. ܘܒܪܓܬܐ ܕܓܘܕܦܗ ܕܣܢܚܪܝܒ ܢܦܠ ܚܝܠܗ ܒܚܪܒܗ

consecrationem suam amisit. Propter concupiscentiam turpitudinis virorum Gabaa, sexaginta quinque millia ex Israel et Benjamin gladio occubuerunt. Et filii Heli, propter avaritiae concupiscentiam reprobati sunt, et e sacerdotio Sancti detrusi. Ob indulgentiae desiderium et clementiam erga Amalec, regnum Saulis [Deus] exscidit. Propter concupiscentiam Thamar sororis Absalon, Hamnon, Davidis primogenitus, interfectus est. Concupiscentia exaltationis Adonias filius Haggith regnum domus David non adeptus est. Concupiscentia mulierum multarum cor Salomonis a Deo suo deflexit. Propter concupiscentiam stultitiae Roboami, Dominus, regnum illius divisit atque exscidit. Propter concupiscentiam provocationis Ieroboam, filii Nabat, ceciderunt ex Israel, sub manu Abiae, filii Roboam, quingenta millia uno die. Propter concupiscentiam vineae Naboth, cui inhiaverat Achab, ascendit et cecidit in praelio in Ramoth Galaad. Propter concupiscentiam argenti Naaman, quod accepit Giezi, ipse et semen eius lepram induit in perpetuum. Concupiscentia thesauri sui Ezechias exaltatus est; et possessiones eius cum filiis eius Babylonem abductae sunt. Propter concupiscentiam blasphemiae, periit exercitus

AB] — 9 B ܕܐܒܫܠܘܡ. — 21 B ܒܪܡܬ. — 23 B ܓܝܚܙܝ. — 26 B ܠܒܒܠ] ܠܒܒܝܠ. — 27 B ܕܣܢܚܪܝܒ. — Ib. A ܣܢܚܪܝܒ.

Sennacherib gladio Altissimi. Propter concupiscentiam cordis sui, Nabuchodonosor ex hominibus inter bestias agri eiectus est. Et Aman, concupiscens ut divitias suas traderent, Iudaeorum semen voluit perdere. Concupiscentia foederis impiorum, Chaldaei Danielem calumniati sunt. Concupiscentia furti, Iudas factus est Regis Christi traditor; et concupiscentia rebellionis, Israel Christum repulit et regnum eius abnegavit.

41. Multaque his similia conscripta sunt. Variis modis pedicae dolosi sunt positae; rete suum callidi venatoris more tetendit. Captat, tollit, ad perniciem ducit, prout sibi lubet. Suaves sunt illius voluptates. Non abducit violenter, sed blanditiis; et, licet absinthio sit amarior, dulcem se exhibet. Cum vir exasperatus socio suo reconciliatur, [inimicus] eiulat et lamentatur quod a sua servitute ille desciverit; pax ei gravis videtur, tumultum diligit, et in quacumque occasione escam praedae obiicit. Laqueos suos, tanquam venator [et] artifex sapiens, abscondit et proiicit, et congregat ad se omnes domus suae viros. Spatiosae sunt eius viae, semitae eius patent, et ad ipsum concurrunt cuncti filii seditionis. Sapientes autem cum vident et effugiunt ab eo, neque ipsius voluntatem exse-

ܕܥܠܝܐ. ܘܒܪܓܬ ܠܒܗ ܢܒܘܟܕܢܨܪ ܐܬܛܪܕ ܡܢ ܒܢܝ ܐܢܫܐ ܥܡ ܚܝܘܬܐ ܕܒܪܐ. ܘܒܪܓܬ ܕܢܬܠ ܗܡܢ ܥܘܬܪܗ ܨܒܐ ܕܢܘܒܕ ܠܙܪܥܐ ܕܝܗܘܕܝܐ. ܘܒܪܓܬ ܡܫܥܠܐ ܕܟܘܬܐ ܐܟܠܘ ܟܠܕܝܐ ܩܪܨܘܗܝ ܕܕܢܝܐܝܠ. ܘܒܪܓܬ ܓܢܒܘܬܗ ܝܗܘܕܐ ܗܘܐ ܡܫܠܡܢܐ ܠܡܠܟܐ ܡܫܝܚܐ. ܘܒܪܓܬ ܡܡܪܡܪܢܘܬܗ ܕܐܝܣܪܝܠ ܐܫܠܝܗ ܠܡܫܝܚܐ ܘܟܦܪܗ ܒܡܠܟܘܬܗ܀

ܘܣܓܝܐܢ ܕܐܝܟ ܗܠܝܢ ܐܝܬ ܕܟܬܝܒܢ: ܒܦܢܝܢ ܫܢܝܢ ܦܚܘܗܝ ܕܢܟܠܢܐ ܕܚܟܝܡܐ: ܘܦܪܣ ܡܨܝܕܬܗ ܐܝܟ ܨܝܕܐ ܚܟܝܡܐ: ܨܝܕ ܘܕܒܪ ܘܡܘܒܠ ܠܐܒܕܢܐ ܐܝܟ ܨܒܝܢܗ: ܡܒܣܡܢ ܪܓܝܓܬܗ: ܘܠܐ ܕܒܪ ܒܩܛܝܪܐ ܐܠܐ ܒܦܘܝܣܐ: ܘܡܬܚܙܝܐ ܚܠܝܐ ܟܕ ܡܪܝܪ ܡܢ ܓܕܐ. ܟܕ ܐܢܫ ܪܓܝܙ ܢܬܪܥܐ ܥܡ ܚܒܪܗ: ܐܠܐ ܡܒܟܐ ܕܦܠܛ ܠܗ ܡܢ ܦܘܠܚܢܗ: ܩܫܝܐ ܠܗ ܫܝܢܐ: ܘܪܚܡ ܫܓܘܫܝܐ: ܘܒܟܠ ܥܕܢ ܘܥܕܢ ܪܡܐ ܠܡܐܟܘܠܬܐ ܠܨܝܕܐ. ܛܡܪ ܦܚܘܗܝ ܐܝܟ ܨܝܕܐ ܐܘܡܢܐ ܚܟܝܡܐ: ܘܡܫܕܐ ܘܡܟܢܫ ܠܘܬܗ ܟܠ ܒܢܝ ܒܝܬܗ. ܦܬܝܚܢ ܐܘܪܚܬܗ ܘܫܒܝܠܝ ܦܬܝܚܘܗܝ: ܘܪܗܛܝܢ ܠܘܬܗ ܟܠ ܒܢܝ ܦܠܓܘܬܐ. ܚܙܝܢ ܠܗ ܚܟܝܡܐ ܘܥܪܩܝܢ ܡܢܗ: ܘܠܐ ܥܒܕܝܢ ܨܒܝܢܗ ܘܚܕܝܢ

AB 1 A ܢܒܘܟܕܢܨܪ — 5 A ܕܟܘܬܐ — 9 A ܐܫܠܝܗ. — 12 AB ܦܚܘܗܝ. ܦܢܝܢ ܫܢܝܢ. ܘܕܟܬܝܒܢ. — 16 A ܒܦܘܝܣܗ. — 26 A add. ܟܠ ܠܗ. — 27 B ܘܥܪܩܝܢ.

ܕܢܟܝܠ ܗܘ. ܘܦܚ̈ܘܗܝ ܛܡܝܪ̈ܐ ܚܙܝܢ ܠܗܘܢ ܚܟܝ̈ܡܐ: ܘܡܨܝܕ̈ܬܗ ܦܪ̈ܝܣܬܐ ܕܩܝܡܢ ܩܕܡܝܗܘܢ. ܠܐ ܡܗܝܡܢܝܢ ܠܗܘܢ ܠܫܘܥܠܝܘܗܝ: ܘܡܣܬܠܩܝܢ ܡܢ ܡܐܟܠܘܗܝ ܟܠܗܘܢ ܕܡܪܝܪܝܢ܀

ܗܠܝܢ ܕܟܬܒܝܢ ܚܢܢ ܠܟܘܢ ܚܒܝ̈ܒܝ ܐܦ ܠܢܦܫܢ ܡܥܗܕܝܢܢ ܒܗܘܢ: ܘܠܐ ܗܘܐ ܕܡܣܢܩܝܢ ܐܢܬܘܢ ܕܡܢܢ ܬܐܠܦܘܢ: ܐܠܐ ܐܝܟ ܡܠܟܐ ܘܡܥܕܪ̈ܢܐ ܐܝܟ ܕܟܬܝܒ: ܕܐܚܐ ܕܡܬܥܕܪ ܡܢ ܐܚܘܗܝ ܐܝܟ ܡܕܝܢܬܐ ܡܢ ܚܣܢܗ. ܘܫܠܝܚܐ ܐܡܪ: ܕܡܥܕܪ̈ܢܐ ܚܢܢ ܕܚܕܘܬܟܘܢ. ܘܬܘܒ ܐܡܪ: ܕܗܠܝܢ ܗܘܘ ܠܝ ܡܥܕܪ̈ܢܐ ܒܡܠܟܘܬܗ ܕܐܠܗܐ. ܘܬܘܒ ܒܐܓܪܬܐ ܐܚܪܬܐ ܟܬܝܒ: ܕܗܟܢܐ ܠܝܬ ܒܟܘܢ ܐܦܠܐ ܚܕ ܚܟܝܡܐ ܕܢܦܣܘܩ ܕܝܢܐ ܒܝܬ ܐܚܐ ܠܐܚܘܗܝ ܚܟܝ̈ܡܐ ܓܝܪ ܘܕܚ̈ܠܝ ܕܐܠܗܐ ܐܦ ܟܕ ܡܢ ܗܕܝܘܛܐ ܢܦܩ ܦܬܓܡܐ: ܚܟܝ̈ܡܐ ܘܡܥܕܪ̈ܢܐ ܡܩܒܠܝܢ ܠܗ ܘܠܐ ܡܬܒܗܬܝܢ. ܡܘܫܐ ܓܒܪܐ ܢܒܝܐ ܪܫܐ ܪܒܐ ܕܟܠܗ ܥܡܐ ܕܐܝܣܪܝܠ ܩܒܠ ܡܠܟܐ ܛܒܐ ܡܢ ܝܬܪܘ ܟܘܡܪܐ ܕܡܕܝܢ: ܘܐܬܟܬܒ ܫܡܗ ܕܝܬܪܘ ܒܣܦܪܗ ܩܕܝܫܐ: ܘܐܬܩܝܡ ܡܠܟܗ ܒܐܝܣܪܝܠ ܠܥܠܡ. ܘܐܢ

quuntur, cum eum perfidum noverint; casses eius occultatos et retia coram se iacentia sapientes deprehendunt; blanditiis eius minime credunt, cunctasque ipsius escas, utpote amarissimas, declinant.

42. Dum haec scribimus vobis, dilectissimi, eisdem nos ipsos commonefacimus; non enim necesse habetis ut a nobis edoceamini, sed estis tanquam consiliarii et adiutores, sicuti est scriptum: *Frater qui adiuvatur a fratre, sicut civitas arce sua* [*munita*][1]. Ait etiam Apostolus: *Adiutores sumus gaudii vestri*[2]. Et iterum: *Hi nobis fuerunt adiutores in regno Dei*[3]. Rursusque in alia epistola scriptum est: *Sic ne sapiens quidem est inter vos, qui possit componere* [*litem*] *inter fratrem et fratrem suum*[4]. Viri enim sapientes et timentes Deum, verbum, etsi a rudi homine prodeat, sapientes, inquam, adiutores illud accipiunt, neque eos pudet. Moyses, vir propheta, totiusque populi Israel princeps summus, bonum consilium excepit a Iethro, sacerdote Madian; et ideo nomen Iethro libro sancto illius inscriptum est; consilium autem huius in Israel perpetuo confirmatum. Si autem aliquis adversus hoc [nostrum] consilium litem moverit, pacem vero non inquisierit, ani-

AB] — 2 *B* ܘܡܨܝܕܬܐ. — *Ib.* *B* ܦܪܝܣܐ. — *Ib.* A pariter prima manu ܦܪܝܣܐ deinde in ܦܪܝܣܬܐ mutatum. — 3 A ܕܩܝܡܝܢ. — 4 A ܠܫܘܥܠܝܗܘܢ. — 6 A ܐܚܝ. — 18 A ܚܟܝܡܐ. — 21 A ܓܒܪܐ] ܓܒܪ. — 25 A ܕܝܬܪܘ. — 26 *B* ܦܘܩܕܢܗ ܘܐܬܩܝܡ ܠܐܝܣܪܝܠ.

[1] Prov. XVIII, 19. — [2] II Cor. I, 24 (23). — [3] Col. IV, 11. — [4] I Cor. VI, 5.

madvertat talia olim his similia evenisse, stultos scilicet homines in cunctis generationibus repertos esse consilium bonum non admittentes, quibus postremo male cessit. Cum peccasset Adam, vocavit eum Dominus ut resipisceret; ille autem non adsensus est, ea se excusatione tegens : Heva me decepit[1]; nec tunc resipuit aut paenitentiam egit. Ad Cain etiam, occiso fratre, locutus est ut paenitentiam ageret et converteretur. Ille autem mendaci ratione se defendens ait : Non vidi eum[2]. Sodomitas etiam tentavit per angelos suos, ut cito paenitentiam agerent. Ipsi autem in sua audacia perseveraverunt et perierunt; consumpti sunt enim, igneque et sulphure deusti. Pharaoni regi principes sui consilium dederunt dicendo : Aegyptus contentionibus tuis periit[3]. At sapientum suorum consiliis non obtemperavit. Roboamo etiam consilium dederunt seniores qui regnum cum patre eius gubernaverant; sapientum vero illorum [consilium] aspernatus est, et cum iunioribus deliberavit; et regnum eius divisum est et in opprobrium cecidit. Vos vero, fratres, sapientes estis, a Deo edocti. Ne igitur revereamur neque erubescamus tranquillitatem efflagitare et pacem consectari.

ܕܡܢ ܐܢܫ ܢܚܙܐ ܠܫܘܡܠܠ ܗܢܐ ܡܫܬܟܚܝܢ ܘܚܠܐ: ܣܟܠܐ ܠܐ ܢܬܪܘܢ: ܢܣܬܟܠ ܕܗܘܝܢ ܡܢ ܩܕܝܡ ܕܐܝܟ ܗܠܝܢ: ܕܐܫܬܟܚܘ ܒܕܪ ܕܪ ܐܢܫܐ ܣܟܠܐ ܕܠܐ ܩܒܠܘ ܡܠܟܐ ܛܒܐ: ܘܗܢܘܢ ܗܘܘ ܒܫܘܠܡܗܘܢ ܠܒܝܫܬܐ. ܐܕܡ ܟܕ ܚܛܐ ܩܪܐ ܠܗ ܡܪܝܐ ܕܢܬܘܒ: ܘܠܐ ܩܒܠ ܘܐܣܬܠܩ ܒܥܠܬܐ: ܕܚܘܐ ܠܡ ܐܛܥܝܬܢܝ: ܘܠܐ ܐܬܬܘܝ ܘܠܐ ܬܒ. ܘܩܐܝܢ ܟܕ ܩܛܠ ܠܐܚܘܗܝ ܡܠܠ ܥܡܗ ܐܝܟ ܕܢܬܬܘܐ ܘܢܬܘܒ: ܘܐܣܬܠܩ ܒܥܠܬܐ ܕܕܓܠܘܬܐ: ܕܠܐ ܚܙܝܬ ܗܘܐ ܠܗ. ܘܠܣܕܘܡܝܐ ܢܣܐ ܐܢܘܢ ܒܝܕ ܡܠܐܟܘܗܝ ܕܥܓܠ ܢܬܘܒܘܢ: ܘܗܢܘܢ ܒܡܪܚܘܬܗܘܢ ܩܘܝܘ ܘܐܒܕܘ: ܐܬܚܪܒܘ ܘܐܬܝܩܕܘ ܒܢܘܪܐ ܘܒܟܒܪܝܬܐ. ܘܦܪܥܘܢ ܡܠܟܐ ܡܠܟܘܗܝ ܪܘܪܒܢܘܗܝ: ܕܐܒܕܬ ܠܗ ܡܨܪܝܢ ܒܚܪܝܢܟ: ܘܠܐ ܫܡܥ ܡܠܟܝܗܘܢ ܕܚܟܝܡܘܗܝ. ܘܠܪܚܒܥܡ ܡܠܟܘܗܝ ܣܒܐ ܕܥܡ ܐܒܘܗܝ ܕܒܪܘ ܡܠܟܘܬܐ: ܘܐܫܠܝ ܕܚܟܝܡܐ ܘܐܬܡܠܟ ܥܡ ܛܠܝܐ: ܘܐܬܦܠܓܬ ܡܠܟܘܬܗ ܗܘܬ ܒܩܠܠܐ. ܒܪܡ ܕܝܢ ܐܚܝ ܐܢܬܘܢ ܚܟܝܡܐ ܐܢܬܘܢ: ܡܠܦܐ ܕܐܠܗܐ. ܠܐ ܢܬܢܟܦ ܘܠܐ ܢܬܒܗܬ ܕܢܒܥܐ ܫܠܝܐ ܘܢܪܕܘܦ ܒܫܝܢܐ܀

AB. — 3 A ܕܢܨܒܘܢ. — 6 B ܗܘܘ. — 13 B ܢܣܐ] ܢܣܐ. — 15 A ܒܡܪܚܘܬܗܘܢ] ܒܡܪܚܘܬܗܘܢ. — 17 A ܘܡܠܟܝܗܘܢ.

[1] Gen. III, 12. — [2] Ib. IV, 9. — [3] Ex. X, 7.

ܚܣܡܐ ܓܝܪ ܘܚܪܝܢܐ ܡܠܟܘܬܐ ܫܓܫ: ܘܡܕܝܢܬܐ ܐܚܪܒ: ܘܥܡܡܐ ܐܣܚܦ: ܘܩܪܝܬܐ ܗܦܟ: ܘܩܛܠܐ ܣܓܝܐܐ ܐܫܕ: ܘܚܘܪܒܐ ܣܓܝ ܒܗ. ܦܪܫ ܚܣܡܐ ܘܚܪܝܢܐ ܐܚܐ ܡܢ ܪܚܡܝܗܘܢ: ܘܛܪܕ ܐܢܘܢ ܡܢ ܡܕܝܢܬܐ ܠܡܕܝܢܬܐ: ܘܥܒܕ ܐܢܘܢ ܐܟܣܢܝܐ ܘܛܪܝܕܐ ܡܢ ܐܬܪܘܬܗܘܢ. ܘܟܕ ܚܝܝܢ ܘܡܗܠܟܝܢ ܥܠ ܐܪܥܐ: ܐܝܟ ܡܝܬܐ ܠܘܬ ܩܪܝܒܝܗܘܢ ܚܫܝܒܝܢ ܗܘܘ. ܦܪܫ ܚܣܡܐ ܢܫܐ ܡܢ ܓܒܪܝܗܝܢ: ܘܒܢܝܐ ܩܡܘ ܒܗ ܥܠ ܐܒܗܝܗܘܢ: ܘܠܪܚܡܐ ܥܠ ܪܚܡܝܗܘܢ ܦܠܓ ܐܢܘܢ: ܘܚܒܝܒܐ ܥܠ ܚܒܝܒܝܗܘܢ ܒܥܠܕܒܒܐ ܥܒܕ ܐܢܘܢ: ܘܫܓܫ ܠܐܢܫܐ ܒܐܚܝܗܘܢ: ܦܠܓ ܬܪܝܢ ܥܠ ܬܠܬܐ ܘܥܠ ܬܪܝܢ. ܩܛܠ ܓܒܪ ܠܚܒܪܗ ܒܠܫܢܗ: ܘܡܚܒܠ ܠܗ ܒܦܘܡܗ ܘܠܐ ܚܐܣ. ܘܡܘܠܕ ܚܣܡܐ ܒܒܢܝܢܫܐ ܐܢܚܬܐ ܬܢܚܬܐ ܒܟܠܝܘܡ. ܒܗܘܢ ܡܫܩܒܥܢ ܡܚܫܒܬܐ ܕܪܚܡܝܢ ܚܪܝܢܐ: ܘܚܡܝܥ ܘܥܬܝܩ ܒܗܘܢ ܚܡܝܪܐ ܥܬܝܩܐ: ܡܒܛܢ ܗܢܐ ܒܪܢܫܐ ܘܡܘܠܕ ܦܐܪܐ ܡܪܝܪܐ: ܡܬܢܕܕ ܫܢܬܐ ܒܠܠܝܐ ܢܓܝܪܐ: ܘܡܫܬܚܠܦ ܪܚܡܐ ܕܢܚܣܕ ܠܪܚܡܗ. ܐܢ ܢܬܝܬ ܘܢܦܠ ܥܠ ܠܒܗ ܪܢܝܐ ܛܒܐ: ܛܪܕ ܘܡܦܩ ܠܗ ܒܝܫܐ ܡܢ ܠܒܗ: ܢܥܒܕ ܫܪܫܘܗܝ ܒܩܦܠܐ

43. Invidia enim et iurgium regna conturbavit, vastavit urbes, gentes pessumdedit, subvertit civitates, caedes plurimas profudit, et destructio per eam multiplicata est. Invidia et iurgium fratres a carissimis eorum divisit; de civitate in civitatem eos expulit, effecitque peregrinos, et de sedibus suis detrusos. Viventes et super terram ambulantes, a cognatis suis reputati sunt tanquam mortui. Invidia uxores a viris separavit; filii per eam adversus patres insurrexerunt; amicos ab amicis seiunxit, et dilectos carissimis suis inimicos effecit. Homines conturbavit, et adversus fratres suos immisit. Duos divisit adversus tres, et tres contra duos. Alius alium lingua occidit et ore suo perdit immisericorditer. Invidia gemitus inter homines quotidie gignit. In iis qui contentionem amant malae cogitationes infixae sunt; vetus fermentum in eis fervet et inveteratur. Talis homo turpia mente concipit, fructusque amarissimos profert. Somnus per longas noctes aufugit, et amicus adeo commutatur, ut dilectum suum probris adficiat. Si cogitatio bona superveniat et incidat cordi eius, hanc deturbat expellitque ex eius mente malignus. In cordis eius recessibus radices suas inserit, et inter cogitationes animi eius

12 A ܚܣܡܐ ܓܝܪ ܘܚܪܝܢܐ ܦܪܫ ܐܚܐ ... ܘܥܡܡܐ ܘܘܘ. ܚܣܡܐ ܓܝܪ ܘܚܪܝܢܐ ܡܠܟܘܬܐ ... ܫܓܫ ܒܗ. ܦܪܫ ܚܣܡܐ ܢܫܐ AB] — 1 B ܢܫܐ ܠܐ ... — 18 A ܒܦܘܡܗ ܠܗ. — 20 A ܒܗܘܢ] ܒܗ. — 21 A ܒܗܘܢ. — 25 A ܐܢ ܢܬܝܬ ܘܢܦܠ ܥܠ ܠܒܗ ... ܘܡܦܩ.

defigit clavos suos. Multas colligit adfertque ei cogitationes, quae in mentem eius intrant et ibi consident. Quae peperit malignus, in eum illapsa seminantur, sapientum colloquia insolita ei fiunt; bonum semen in eo opprimitur, sicut spinis triticum suffocatur; fructus boni menti eius deficiunt; et de corde eius [malignus] bonum semen exstirpat atque eiicit. Custodes suos malignus ad animae ianuas collocat, qui mentem eius plurimis illecebris conturbent. Sensim ad eum penetrant, et instar aquae irrigant illum. Cor eius saxo firmo simile est, cui ut incidit bonum semen, raptim illud accipit; at radices eius exsiccantur, nullumque fert fructum. Homo iste stat et orat pro quotidiana consuetudine; orationem suam incipit, absolvit, complet; cor autem eius iis quae labia proferunt non attendit. Os suum ad solitum studium exercet, sed cor habet omnibus bonis vacuum. Doctrinam Spiritus amovet ab anima sua, et cogitatio eius obliviscitur ea quae heri didicit; [aut] quando mens eius [rei alicuius] recordatur, in singulis ingemiscit, et malignus incitat eum, et cor eius opplet. Infixa ei est cogitatio fraudis, et cor ipsius fluctuat velut in aquis lacus profundi. Obscurum ha-

ܬܪܥܝܬܗ ܘܢܩܫ ܣܟ̈ܘܗܝ ܒܡܚܫܒܬܐ ܕܠܒܗ: ܡܟܢܫ ܘܡܥܠܐ ܠܗܘܢ ܪ̈ܢܝܐ ܣܓܝ̈ܐܐ: ܘܥܐܠܝܢ ܘܡܬܒܝܢ ܒܓܘܗ ܕܬܪܥܝܬܗ. ܢܦܠܝܢ ܘܡܙܕܪܥܝܢ ܒܗ ܝܠܕܘܗܝ ܕܒܝܫܐ: ܘܢܘܟܪ̈ܝܢ ܠܗ ܡܡܠ̈ܠܐ ܕܚܟܝ̈ܡܐ: ܡܬܚܢܩ ܒܓܘܗ ܙܪܥܐ ܛܒܐ ܐܝܟ ܕܡܬܚܢܩܐ ܚܛܬܐ ܡܢ ܟܘ̈ܒܐ. ܚܣܪܝܢ ܡܢ ܪܥܝܢܗ ܦܐܪ̈ܐ ܛܒ̈ܐ: ܘܥܩܪ ܘܫܕܐ ܙܪܥܐ ܛܒܐ ܡܢ ܠܒܗ. ܡܩܝܡ ܒܝܫܐ ܢܛܘܪ̈ܘܗܝ ܥܠ ܬܪ̈ܥܐ ܕܢܦܫܗ: ܕܡܕܠܚܝܢ ܠܗ ܠܪܥܝܢܗ ܒܣܘܓܐ ܕܪܢ̈ܝܐ: ܙܥܘܪܐܝܬ ܥܐܠܝܢ ܠܘܬܗ ܐܝܟ ܡ̈ܝܐ ܘܡܫܩܝܢ ܠܗ. ܠܒܗ ܐܝܟ ܫܘܥܐ ܩܫܝܐ ܕܟܕ ܢܦܠ ܒܗ ܙܪܥܐ ܛܒܐ ܥܓܠ ܡܩܒܠ ܠܗ: ܘܥܩܪ̈ܘܗܝ ܡܝܒܫܝܢ ܘܦܐܪ̈ܐ ܠܐ ܥܒܕ. ܩܐܡ ܘܡܨܠܐ ܒܥܝܕܐ ܕܝܘܡܐ: ܡܫܪܐ ܘܡܫܠܡ ܘܓܡܪ ܨܠܘܬܗ: ܘܠܒܗ ܠܐ ܡܪܟܢ ܠܡܕܡ ܕܐܦܩ̈ܢ ܣܦܘ̈ܬܗ. ܒܡܠܦܢ ܥܝܕܐ ܗܦܟ ܦܘܡܗ: ܘܠܒܗ ܣܦܝܩ ܡܢ ܛܒ̈ܬܐ. ܡܥܒܪ ܡܢ ܠܒܗ ܝܘܠܦܢܐ ܕܪܘܚܐ: ܘܛܥܝܐ ܬܪܥܝܬܗ ܕܐܬܡܠܝ ܝܠܦ ܠܗ. ܟܕ ܕܟܝܪ ܕܝܠܗ ܪܥܝܢܗ ܡܬܬܢܚ ܚܕܐ ܒܚܕܐ: ܘܡܓܪܓ ܠܗ ܒܝܫܐ ܘܡܠܐ ܠܠܒܗ. ܡܩܒܥܐ ܒܓܘܗ ܡܚܫܒܬܐ ܕܢܟܠܐ:

AB 1 A ܣܟ̈ܘܗܝ. — Ib. B ܒܡܚܫܒܬܐ. — 3 A ܘܥܠܝܢ. — 5 B ܘܢܘܟܪܝܢ. — 8 A ܚܣܪܝܢ. — 11 A ܘܡܚܫܒܬܗ ܕܒܫ. — 13 A ܥܠܝܢ. — 14 A ܠܠܒܗ. — Ib. A ܕܟܕ sic. — 23 B ܕܝܠܗ. — 26 A ܡܚܫܒܬܗ ܕܢܟܠܐ

ܘܗܘܐ ܠܒܗ ܐܝܟ ܕܒܥܡܛܬܐ ܘܡܕܥܐ ܟܣܝܡܐ. ܡܓܫܫ ܠܒܗ ܘܡܬܬܩܠ ܐܘܪܚܬܗ ܘܒܝܫܐ ܡܚܒܠܗ: ܘܡܬܬܩܠ: ܐܚܝܕ ܒܐܝܕܗ ܒܝܫܐ ܘܡܓܪܓ ܠܗ ܘܡܣܒܠ ܠܗ ܒܫܒܝܠܘܗܝ ܒܠܐܘܪܚܐ ܕܠܐ ܐܘܪܚܐ. ܡܒܨܪ ܫܕܐ ܡܢ ܡܕܡܘܗܝ ܟܠ ܡܚܫܒܢ ܬܪܝܨܢ: ܘܡܪܡܐ ܠܗ ܒܝܫܬܗ ܡܢܟܦܘܬܐ. ܡܠܒܒ ܠܗ: ܕܠܐ ܠܟܝ ܬܫܡܥ ܦܝܣܐ: ܘܠܐ ܬܣܝܡ ܠܟ ܡܟܝܟܘܬܐ ܠܡܥܒܕ ܬܪܥܘܬܐ. ܓܚܟ ܒܠܒܗ ܒܝܫܐ ܟܕ ܡܦܬܐ ܠܗ ܕܩܢܝܗܝ ܠܥܒܕܐ ܕܥܒܕ ܨܒܝܢܗ: ܘܗܘ ܠܐ ܡܪܓܫ ܕܙܒܝܢ ܕܠܐ ܒܛܝܡܝܢ: ܘܠܐ ܡܬܚܙܝܐ ܠܗ ܕܣܡܝܐ ܬܪܥܝܬܗ. ܡܬܦܪܣ ܘܡܦܬܐ ܠܗ ܒܟܠ ܐܘܡܢܘܢ: ܘܠܦܚܐ ܪܡܐ ܠܗ ܐܝܟ ܕܠܦܪܚܬܐ. ܨܦܪ ܦܚܐ ܗܕܝܘܛܬܐ ܚܙܬ ܠܠܚܡܐ ܒܦܘܡ ܕܦܚܐ ܕܛܡܝܪ: ܚܕܝ ܒܠܒܗ ܕܦܚܐ: ܩܪܒܐ ܠܡܠܩܛܗ ܗܝ ܒܚܟܝܡܘܬܗ ܘܢܦܠ ܠܗ ܦܚܐ ܘܦܠܛܐ ܕܢܦܠܛ: ܐܬܚܕܬ ܨܝܕܐ ܐܘܡܢܐ ܒܡܢܬܗ ܕܠܐ ܗܘܐ ܒܛܠܢܗ ܣܪܝܩܐܝܬ. ܗܟܢܐ ܐܦ ܒܪܢܫܐ ܐܝܢܐ ܕܪܚܡ ܚܪܝܢܐ ܘܚܣܡ: ܢܦܚ ܘܡܠܐ ܠܗ ܒܝܫܐ ܡܢ ܦܐܪܘܗܝ ܡܪܝܪܐ: ܡܦܬܐ ܘܡܢܓܕ ܠܗ ܐܝܟ ܕܠܦܪܚܬܐ ܘܪܡܐ ܠܗ ܠܦܚܐ ܘܢܦܠ ܠܗ ܦܚܐ: ܘܟܕ ܨܕܗ ܒܚܠܝܘܬ ܡܦܬܝܢܘܬܗ: ܡܠܦ ܠܗ ܦܝܣܐ

bet ingenium, mentem caligine opertam, cogitationem caecam; palpat et offendit. Tunc apprehendit manum eius malignus, et proripit eum in semitas suas, in invia erroris. Attenuat proiicitque ab eo quascumque rectas cogitationes, et suas ei turpitudines suggerit. Incitat eum: Noli, quaeso, suasionem audire, et tibi humiliationem imponere faciendae reconciliationis. Ei autem dum blanditur malignus irridet, quod servum adquisierit voluntatibus suis parentem. Ipse vero non animadvertit se fuisse minimo emptum, nec mentis suae deprehendit caecitatem. Callide eum adulatur, omnimodisque artificiis allicit; escam ei tanquam avi obiicit; avicula autem imperita, simul atque cibum in ore laquei absconditum cernit, corde laetatur, propius accedit incallida, ut prehendat escam, et irretitur plaga; effugere tentat, sed capta est; et solers venator sua sorte gaudet, quod non irritum fuerit otium suum. Ita et homo qui iurgium et invidiam diligit; inflat et replet eum malignus fructibus suis amaris. Avis instar eum attrahit allicitque, proiicit ei escam, et incidit ei laqueus; cumque blanditiarum dulcedine eum aucupatus est, suasiones eum docet quas non audierat unquam; discit iudicium, verbis oppri-

AB] — 2 B ܒܣܝ.

mititur, colligitque animo suasiones pessimas. Quae forsitan didicerat bona obliviscitur, ex eius memoria praetereunt; sua apud ipsum, velut thesaurus absconditus, servantur, radices malae in eius mente invalescunt, et vix labore maximo eruentur illius ungues, leonis similes in praedam [irruentis; vix] remediis plurimis ungues illos ex eius corde sapiens medicus eradicabit. Dum vero dies procedant, quando cogitationes malae insunt in homine, cor eius malos fructus profert, et lingua eius seditiosam nutrit persuasionem. Suavis est concupiscentia maligni, mens autem illicitur, et finis eius veneno serpentis fit amarior. Et omni homini simultatem retinenti nullum exstat remedium sanationis, nisi ut pacem [sectetur], fratri suo se subiiciat, et ab amico suo sustineat iniuriam, et donec prope facti fuerint pacis fructus, transeant cogitationes invidiae, nec memoria volvantur, nec menti subeant.

44. Carissimi, sufficiunt nobis propria peccata, nec multi amplius in nostris offendiculis labefactentur. Nam frater occurrit amico, sed vultum demittens, salutem ei denegat; si vero ethnico impio forte obviam venerit, prior huic dat salutem. Heu caecitatem quae mentem hebetat! heu somnum et soporem mortis!

ܕܠܐ ܡܫܬܡܥܝܢ ܠܗ: ܡܬܠܒܟ ܕܝܢܐ ܘܡܬܟܢܫ ܒܡܠܐ ܘܢܩܦ ܒܪܥܝܢܗ ܡܠܟܐ ܡܫܓܫܢܝܬܐ: ܕܐܝܠܝܢ ܛܒܬܐ ܕܝܠܦ ܗܘܐ ܡܬܛܥܝܢ ܡܢ ܠܒܗ. ܘܕܝܠܗ ܒܝܫܬܐ ܓܢܝܙܢ ܐܝܟ ܣܝܡܬܐ ܡܛܫܝܬܐ: ܘܡܥܫܢܝܢ ܥܩܪܐ ܒܝܫܬܐ ܒܪܥܝܢܗ: ܘܠܡܥܣܩܝܢ ܒܥܡܠܐ ܣܓܝܐܐ ܟܕ ܡܬܥܩܪܝܢ ܛܦܪܘܗܝ ܐܝܟ ܕܐܪܝܐ ܥܠ ܛܪܦܗ: ܘܐܣܝܐ ܚܟܝܡܐ ܒܣܡܡܢܐ ܣܓܝܐܐ ܥܩܪ ܛܦܪܘܗܝ ܡܢ ܠܒܗ. ܒܡܐ ܕܝܢ ܕܢܓܪܝܢ ܝܘܡܬܐ ܟܕ ܡܚܫܒܬܐ ܒܝܫܬܐ ܐܝܬ ܒܒܪܢܫܐ ܗܘܝܢ ܠܒܗ ܦܐܪܐ ܒܝܫܐ: ܘܡܪܒܝܐ ܠܫܢܗ ܦܝܣܐ ܡܫܓܫܢܐ. ܚܠܝܐ ܪܓܬܗ ܕܒܝܫܐ: ܘܡܬܦܬܝܐ ܪܥܝܢܗ: ܘܚܪܬܗ ܡܪܝܪܐ ܡܢ ܡܪܪܬܗ ܕܚܘܝܐ. ܘܟܠ ܡܢ ܕܐܝܬ ܐܚܝܕ ܒܠܒܗ ܣܢܐܬܐ ܠܐܣܝܘܬܗ ܠܝܬ ܐܠܐ ܫܠܡܐ: ܘܢܬܡܟܟ ܠܘܬ ܐܚܘܗܝ ܘܢܣܝܒܪ ܠܚܒܝܒܗ. ܘܥܕ ܕܩܪܝܒܝܢ ܦܐܪܐ ܕܫܠܡܐ: ܢܥܒܪܢ ܡܚܫܒܬܗ ܕܚܣܡܐ. ܘܠܐ ܢܬܕܟܪܢ ܘܢܣܩܢ ܥܠ ܠܒܐ܀

ܚܒܝܒܝ ܣܦܩ ܠܢ ܚܛܗܝܢ ܕܝܠܢ: ܠܐ ܒܬܘܩܠܬܢ ܢܬܚܒܛܘܢ ܣܓܝܐܐ. ܦܓܥ ܓܝܪ ܐܚܐ ܒܚܒܝܒܗ ܘܡܟܪܝܢ ܐܦܘܗܝ ܘܟܠܐ ܫܠܡܐ: ܘܐܢ ܦܓܥ ܦܓܥ ܒܗ ܚܢܦܐ ܥܘܠܐ ܩܕܡ ܝܗܒ ܫܠܡܗ. ܐܘ ܥܘܝܪܘܬܐ ܡܣܟܠܬ ܪܥܝܢܐ. ܐܘ ܫܢܬܐ ܘܫܢܬܗ ܕܡܘܬܐ.

AB. — 7 B ܕܐܪܝܐ. — Ib. B ܘܡܬܥܩܪܝܢ ܛܦܪܘܗܝ. — 18 A ܘܥܕ.

ܐܝܢܐ ܡܦܩܢ ܒܪܘܚܐ ܢܗܘܐ ܠܢ܀ ܐܢ ܓܝܪ ܢܦܓܥ ܒܢ ܓܒܪ ܥܘܠܐ ܘܚܛܝܐ ܘܥܬܝܪ: ܣܓܕܝܢ ܠܗ ܘܫܐܠܝܢ ܫܠܡܗ ܒܫܠܡܘܬܗ: ܘܥܠ ܐܚܝܢ ܘܪܚܡܝܢ ܒܚܣܡܗ ܒܝܫܐ ܟܠܐ ܠܗ ܡܢܢ. ܡܪܢ ܦܩܕ: ܕܬܪܚܡܘܢ ܚܕ ܠܚܕ. ܘܫܠܝܚܐ ܛܘܒܢܐ ܙܗܪ ܥܠ ܚܘܒܐ. ܘܡܘܫܐ ܫܬܐܣܬܐ ܕܢܒܝܐ ܐܡܪ: ܕܠܐ ܬܣܢܐ ܠܐܚܘܟ ܒܠܒܟ ܕܠܐ ܬܚܛܐ. ܘܐܢܫܝܢ ܡܢܢ ܣܢܝܢ ܒܠܒܐ ܘܡܦܩܩܝܢ ܒܣܦܘܬܐ. ܡܪܢ ܣܡ ܩܕܡܝܢ ܓܙܗ ܪܒܐ ܕܡܠܐ ܟܠ ܛܒܢ. ܒܗ ܚܘܒܐ: ܒܗ ܫܠܡܐ: ܒܗ ܪܚܡܬܐ: ܒܗ ܐܣܝܘܬܐ: ܒܗ ܕܟܝܘܬܐ: ܘܒܗ ܟܠ ܓܘܢܝܢ ܛܒܝܢ ܘܦܨܝܚܝܢ ܘܡܫܒܚܝܢ. ܘܐܫܠܛ ܠܪ̈ܒܝ ܒ̈ܬܘܗܝ ܥܠ ܟܠ ܓܙܗ: ܘܝܗܒ ܐܦ ܒܐܣܘܪܐ ܕܢܣܒ ܒ̈ܬܐ ܐܦ ܐܣܝܪ̈ܐ ܘܫܒܝܐ ܐܣܝܪܐ ܘܐܣܝܪܐ: ܘܐܫܠܛ ܐܢܘܢ ܠܡܫܪܐ ܘܠܡܐܣܪ. ܘܪ̈ܒܝ ܒ̈ܬܐ ܫܒܩܘ ܚܘܒܐ ܘܫܠܡܐ ܘܪܚܡܬܐ ܘܟܠܗ ܓܙܐ ܥܡ ܫܪܟܗ: ܘܨܒܘ ܠܡܣܒ ܫܫܠܬܐ ܘܐܣܘܪܐ: ܘܗܘܘ ܠܗܘܢ ܪ̈ܒܝ ܐܣܝܪܐ ܘܕܪ̈ܬܩܘܢܐ ܘܩܛܘܠܐ: ܘܠܐ ܪ̈ܒܝ ܒ̈ܬܐ ܕܓܙܐ ܕܟܠ ܛܒܢ. ܕܥܐܠ

Quid nobis supererit respondendum? Si enim vir impius et sceleratus sed opulentus nobis occurrerit, veneramur eum, salutem dantes; fratres autem et amicos malignus sua nos invidia prohibet salutare. Dedit Dominus praeceptum: *Diligite alterutrum*[1]; beatus Apostolus de caritate monitum dedit[2]; Moyses quoque, prophetarum fundamentum, ait: *Non oderis fratrem tuum in corde tuo, ne forte pecces*[3]. At quidam e nobis corde oderunt et labiis garriunt. Dominus ante nos ingentem suum thesaurum reseravit, bonis omnibus refertum: ibi caritas, ibi pax, ibi dilectio, ibi sanatio, ibi puritas, ibi quaecumque bona sunt, iucunda, praeclaraque. Universo autem thesauro suo praeposuit dispensatores, quibus etiam vincula carceresque et captivos tradit, ligandi atque solvendi committens potestatem. Dispensatores autem dereliquerunt caritatem, et pacem, et dilectionem, et omnem thesaurum cum reliquis, et maluerunt vincula catenasque accipere, et carcerum praepositi, conquisitores[4], aut carnifices fieri, non autem amplius dispensatores thesauri omnium bonorum. Qui intrat alligatus est; qui autem egreditur, in carcere est

AB] — 5 *B* ܘܪܚܡ. — 16 *B* ܘܐܫܠܡ [ܘܐܫܠܛ. — 21 A ܘܪܚܡܬܐ. — 24 A ܕܪ̈ܬܩܘܢܐ.

[1] Ioh. XV, 12. — [2] I Cor. XIII, 1 seqq. — [3] Levit. XIX, 17. — [4] ܘܕܪ̈ܬܩܘܢܐ vel ܪ̈ܬܩܘܢܐ singulare verbum est, cuius significatio erit *congregatores,* vel *conquisitores,* si Armeniacae translationi fides adhibeatur, quae quatuor voces pro tribus hoc loco posuit, scilicet **բանտապետք** *carcerarii*, **համաձայնիչք** *congregatores*, **դահիճք** *carnifices*, **դարչունակալք** *sicarii* (Antonelli, p. 446).

inclusus. Si quis peccaverit, Deumque offenderit, praepositis autem carceris fecerit gratiam, vinculis eum solvent his verbis : Deus misericors est et peccata tua dimittit; ingredere, veni ad orationem. Ei vero qui ipsos vel leviter laeserit, dicunt : Ligatus es et maledictus de caelo et de terra; vae et illi qui cum eo collocutus fuerit. Confidimus autem, fratres, Regem, ubi dispensatores suos viderit legem esse trangressos, et praecepta quae eis dederat immutasse, voluntates suas obfirmantes, ipsis vinculis quae dilexerunt eos ligaturum esse; sanguinem servorum suorum requiret de manibus eorum, et eos qui illum non diligunt thesauro suo fraudabit. Dominus docuit : *Si peccaverit in te frater tuus, corripe eum inter te et ipsum; et si reversus fuerit, dimitte ei; si autem te non audierit, adhibe unum vel duos, ut in conspectu duorum aut trium testium stet omne verbum. Quod si et eos non audierit, dic ecclesiae; et si ecclesiam non audierit, tunc reputetur tibi sicut ethnicus et sicut publicanus*[1], quippe qui suasionem non recipiat. Nos vero alter alterum non reprehendimus, nec coram duobus aut tribus, et ne in ecclesia quidem; non est iudicium nec correptio, sed tantum « ligatus et male-

ܐܣܝܪ: ܘܕܢܦܩ ܫܒܝܩ. ܐܝܬ ܕܚܛܐ ܘܡܣܟܠ ܒܐܠܗܐ ܘܥܒܕ ܛܝܒܘܬܐ ܠܪ̈ܒܝ ܒܝܬ ܐܣܝܪ̈ܐ: ܡܫܪܝܢ ܠܗ ܡܢ ܟܒ̈ܠܘܗܝ ܘܐܡܪܝܢ ܠܗ: ܐܠܗܐ ܡܪܚܡܢܐ ܗܘ ܘܫܒܩ ܚܛܗܝܟ: ܥܘܠ ܬܐ ܒܨܠܘܬܐ. ܠܡܢ ܕܒܗܘܢ ܡܣܟܠ ܐܦܢ ܒܙܥܘܪܘܬܐ ܦܣܝܩܬܐ ܐܡܪܝܢ ܠܗ: ܐܣܝܪ ܐܝܬ ܘܡܠܛܛ ܐܝܬ ܡܢ ܫܡܝܐ ܘܡܢ ܐܪܥܐ: ܘܝ ܐܦ ܠܡܢ ܕܢܡܠܠ ܥܡܗ. ܡܣܒܪܝܢ ܐܚܝ ܕܡܠܟܐ ܡܐ ܕܚܙܐ ܠܪ̈ܒܝ ܒܬܘܗܝ ܕܥܒܪܘ ܠܗܘܢ ܡܢ ܢܡܘܣܐ ܘܫܚܠܦܘ ܦܘܩܕ̈ܢܐ ܕܝܗܒ ܠܗܘܢ ܘܨܒܝܢܗܘܢ ܡܩܝܡܝܢ: ܒܐܣܘܪ̈ܐ ܕܪܚܡܘ ܐܣܪ ܠܗܘܢ: ܘܕܡ ܥܒ̈ܕܘܗܝ ܬܒܥ ܡܢ ܐܝ̈ܕܝܗܘܢ: ܘܓܙܐ ܠܗܘܢ ܡܢ ܓܙܗ ܕܠܐ ܪܚܡܘܗܝ. ܐܠܦ ܡܪܢ: ܕܐܢ ܐܣܟܠ ܒܟ ܐܚܘܟ ܐܟܣܝܘܗܝ ܒܝܢܝܟ ܘܠܗ: ܘܐܢ ܬܒ ܫܒܘܩ ܠܗ: ܘܐܢ ܠܐ ܢܫܡܥܟ ܕܒܪ ܚܕ ܐܘ ܬܪܝܢ ܕܥܠ ܬܪܝܢ ܘܬܠܬܐ ܣܗܕܝܢ ܬܩܘܡ ܟܠ ܡܠܐ: ܘܐܢ ܠܗܘܢ ܠܐ ܢܫܡܥ ܐܡܪ ܠܥܕܬܐ: ܘܐܢ ܠܥܕܬܐ ܠܐ ܢܫܡܥ ܗܝܕܝܢ ܢܬܚܫܒ ܠܟ ܐܝܟ ܚܢܦܐ ܘܐܝܟ ܡܟܣܐ ܡܛܠ ܕܠܐ ܩܒܠ ܦܝܣܐ. ܚܢܢ ܠܐ ܟܣܝܢܢ ܠܚܕܕܐ ܘܐܦ ܠܐ ܩܕܡ ܬܪܝܢ ܘܬܠܬܐ ܘܐܦܠܐ ܒܥܕܬܐ: ܘܠܐ ܕܝܢܐ ܘܠܐ ܡܪܕܘܬܐ: ܐܠܐ ܐܣܝܪ ܠܝܛ ܘܡܫܡܬ. ܘܐܡܪ ܠܢ ܡܪܢ: ܕܐܢ

AB] — 2 A ܛܝܒܘܬܐ. — 4 A ܡܪܚܡܢܐ ܗܘ. — 5 A ܚܛܗܝܟ. — 6 A ܒܙܥܘܪܬܐ] ܒܙܥܘܪܘܬܐ. — 10 A add. ܠܗܘܢ]ܕܝܗܒ. — 11 B om. ܡܢ. — 18 A ܘܐܠܐ. — 25 B ܡܪܕܘܬܐ.

[1] Matth. xviii, 15-17.

ܥܠ ܫܒܥܝܢ ܙܒܢܝܢ ܫܒܥ ܫܒܥ ܢܣܟܠ ܒܟ ܡܣܟܠܢܐ ܫܒܘܩ ܠܗ ܒܚܕ ܝܘܡܐ. ܡܢܘ ܓܒܪܐ ܕܗܟܢܐ ܡܣܓܐ ܣܟܠܘܬܗ ܕܒܚܕ ܝܘܡܐ ܐܪܒܥܡܐܐ ܘܫܒܥܝܢ ܙܒܢܝܢ ܢܣܟܠ ܒܐܚܘܗܝ. ܘܐܦ ܟܕ ܗܠܝܢ ܟܠܗܝܢ ܢܣܟܠ ܦܩܕ ܡܪܢ ܠܡܫܒܩܘ. ܘܚܢܢ ܐܦ ܠܐ ܠܐܪܒܥܡܐܐ ܘܫܒܥܝܢ ܝܘܡܝܢ ܫܒܩܝܢܢ ܚܕܐ ܣܟܠܘܬܐ: ܘܡܝܬܝܢܢ ܒܚܛܗܝܢ ܕܢܛܪܝܢ ܚܡܬܐ ܣܛܪ ܡܢ ܣܟܠܘܬܢ ܐܚܪܢܝܬܐ܀

dictus. » Rursus ait Dominus : *Si usque septuagies septies in te peccaverit malefactor, dimitte ei in uno die*[1]. Quisnam ille est qui delicta sua adeo multiplicet, ut quadringentis et septuaginta vicibus fratrem suum laedat uno die? Sed licet quis haec omnia commiserit, praecepit tamen Dominus ut ei dimitteretur. Nos vero nec post quadringentos et septuaginta dies offensam unam dimittimus. Dum iram retinemus, mortui sumus in peccatis nostris, praeter alia nostra delicta.

ܐܚܝ ܗܠܝܢ ܡܠܝܢ ܩܠܝܠ ܫܝܢܐ ܘܫܠܝܐ ܡܛܠ ܗܘܐ ܫܓܘܫܝܐ ܕܗܘܐ ܒܙܒܢܐ ܗܢܐ ܕܝܠܢ ܟܬܒܬ ܠܟܘܢ ܐܝܟ ܕܢܗܘܐ ܫܘܬܦܐ ܠܫܝܢܐ ܕܝܠܟܘܢ. ܘܐܦ ܠܐܚܝܢ ܕܒܐܬܪ ܐܬܪ ܕܡ ܕܗܢܐ ܚܪܝܢܐ ܘܦܠܓܘܬܐ ܡܛܬ ܐܝܟ. ܘܐܢ ܐܢܫ ܠܐ ܡܩܒܠ ܡܠܝܢ ܗܠܝܢ: ܚܢܢ ܠܐ ܡܬܛܠܡܝܢܢ ܘܐܦ ܠܐ ܡܬܚܣܪܝܢܢ: ܡܛܠ ܕܐܦ ܠܗܢ ܕܥܠܡܐ ܠܐ ܫܘܐ ܠܗܘܢ ܟܪܝ ܪܟܝ ܒܡܠܦܢܘܬܗܘܢ ܒܢܝ ܐܢܫܐ ܒܝܫܐ ܐܬܩܫܘ ܕܩܡܘ ܠܘܩܒܠܗܘܢ ܓܚܟܘ ܐܢܘܢ ܘܐܬܚܪܝܘ ܠܘܩܒܠ ܡܠܝܗܘܢ. ܓܚܟܘ ܠܡܘܫܐ ܘܩܡܘ ܠܘܩܒܠܗ ܟܢܫܐ ܕܪܫܝܥܐ. ܘܐܦ ܐܚܘܗܝ ܕܐܪܡܝܐ

45. Fratres, pauca haec verba pacis et tranquillitatis, propter turbationem illam quae his temporibus inter nos accidit, vobis scripsimus, ut pacis vestrae participes efficeremur, nobiscum autem et fratres nostri in diversis locis [constituti], ad quos iurgium hoc et dissentio pervenit. Si quis tamen verba ista non receperit, neque inde fraudamur nec detrimento adficimur. Nam et inter illos *quibus dignus non fuit mundus*[2] inventi sunt quandoque homines in doctrinis suis pessimi, qui illis restiterunt, deridentes eos et sermonibus eorum adversantes. Synagoga impiorum irrisit Moysem eique obstitit. Ieremiae etiam fratres sui inviderunt,

AB] — 3 A ܚܕ ܝܘܡܐ. — 4 A ܡܣܓܐ ܣܟܠܘܬܗ. — 9 B ܚܕܐ ܣܟܠܘܬܐ] ܚܕܐ ܣܟܠܘܬܐ. — 13 A ܕܝܠܢ] ܕܝܠܝ. — 17 A ܕܗܢܐ] ܕܗܘܐ. — *Ib.* B ܘܦܠܓܘܬܐ. — 21 A ܠܗܘܢ. ܒܡܠܦܢܘܬܗܘܢ.

[1] Matth. XVIII, 22. Luc. XVII, 3. (Tatian. XXVII, p. 48.) — [2] Hebr. XI, 38.

eumque in foveam proiecerunt: cum etiam populares suos ob eorum peccata obiurgaret, haec adversus eum locuti sunt : *Homo iste non quaerit pacem populi huius, et dissolvit manus virorum pugnantium*[1]. Babylone etiam prophetas falsos miserunt ad sacerdotes Ierusalem [dicentes] : *Prohibete Ieremiam a prophetia sua*[2]. Cum autem videret qua contumacia respuerent reprehensionem, aiebat : *Dixi equidem : Non loquar ultra in nomine Domini, nec recordabor verbi eius; sed factum est in ore meo ignis exaestuans, et accensus in ossibus meis; et quaesivi eum ferre et non valui*[3]. Ezechieli etiam Dominus suus praecepit et dixit : *Ecce iniicient super te vincula, et ligabunt te in eis;* ipsisque sic tecum agentibus, *silebis, neque eris eis vir obiurgans, nam linguam tuam adhaerere faciam palato tuo*[4]. Et alio tempore dixit : *Apertum est os meum, neque amplius occludetur*[5]. Ad Amos etiam dicunt : *Non prophetabis in nomine Domini, nec docebis viros domus Isaac*[6]. Ipse autem non praepeditus est quominus prophetaret. Cumque scripsisset Baruch, filius Neriae, verba sacra de ore Ieremiae, eaque Sedecias rex audiisset, ipsa igne combussit, quod reprehensionem complecterentur; Ieremias autem [iterum] scri-

ܫܩܠܘܗܝ ܠܗ ܠܐܪܡܝܐ ܘܐܪܡܝܘܗܝ ܒܓܘܒܐ: ܟܕ ܡܟܣ ܗܘܐ ܠܒܢܝ ܥܡܗ ܥܠ ܚܛܗܝܗܘܢ. ܐܡܪܝܢ ܗܘܘ ܠܡܠܟܐ: ܕܓܒܪܐ ܗܢܐ ܠܐ ܒܥܐ ܫܠܡܗ ܕܥܡܐ ܗܢܐ ܘܡܪܦܐ ܐܝܕܝܐ ܕܓܒܪܐ ܥܒܕܝ ܩܪܒܐ. ܘܐܦ ܡܢ ܒܒܠ ܫܠܚܘ ܢܒܝܐ ܕܓܠܐ ܠܟܗܢܐ ܕܒܐܘܪܫܠܡ: ܕܟܠܘ ܠܐܪܡܝܐ ܡܢ ܢܒܝܘܬܗ. ܘܟܕ ܚܙܐ ܕܡܛܠ ܕܠܐ ܡܩܒܠܝܢ ܗܘܘ ܡܟܣܢܘܬܗ ܐܡܪ ܗܘܐ: ܕܐܡܪܬ ܠܝ ܕܠܐ ܐܡܠܠ ܒܫܡܗ ܕܡܪܝܐ ܘܠܐ ܐܬܕܟܪ ܦܬܓܡܗ: ܘܗܘܐ ܒܦܘܡܝ ܐܝܟ ܢܘܪܐ ܕܝܩܕܐ ܘܚܡܝܐ ܒܓܪܡܝ: ܘܒܥܝܬ ܠܡܣܝܒܪܘ ܘܠܐ ܐܫܟܚܬ. ܘܠܚܢ ܐܦ ܠܚܙܩܝܐܝܠ ܦܩܕܗ ܡܪܗ ܘܐܡܪ ܠܗ: ܕܗܐ ܪܡܝܢ ܥܠܝܟ ܐܣܘܪܐ ܘܐܣܪܝܢ ܠܟ ܒܗܘܢ: ܘܟܕ ܥܒܕܝܢ ܠܟ ܗܟܢܐ ܐܫܬܘܩ ܘܠܐ ܬܗܘܐ ܠܗܘܢ ܡܟܣܢܐ: ܡܛܠ ܕܠܫܢܟ ܡܕܒܩܢܐ ܠܚܢܟܟ ܚܢܟ. ܘܒܙܒܢ ܐܚܪܢܐ ܐܡܪ: ܕܐܬܦܬܚ ܦܘܡܝ ܘܬܘܒ ܠܐ ܐܬܐܚܕ. ܘܐܦ ܠܥܡܘܣ ܐܡܪܝܢ ܠܗ: ܠܐ ܬܬܢܒܐ ܒܫܡܗ ܕܡܪܝܐ: ܘܠܐ ܬܠܦ ܠܒܝܬܗ ܕܐܝܣܚܩ. ܘܗܘ ܡܢ ܢܒܝܘܬܗ ܠܐ ܐܬܟܠܝ. ܘܒܪܘܟ ܒܪ ܢܪܝܐ ܟܕ ܟܬܒ ܦܬܓܡܐ ܩܕܝܫܐ ܡܢ ܦܘܡܗ ܕܐܪܡܝܐ ܘܟܕ ܫܡܥ ܐܢܘܢ ܨܕܩܝܐ ܡܠܟܐ: ܐܘܩܕ ܐܢܘܢ ܒܢܘܪܐ ܥܠ ܕܗܘܬ ܒܗܘܢ

AB. — 9 A om. ܗܘܘ. — 12 A ܒܓܪܡܝ. — 14 B ܘܐܦ. — 24 A ܢܪܝ. — 27 A ܘܐܘܩܕ.

[1] Ier. XXXVIII, 4. — [2] *Ib.* XXIX, 27. — [3] *Ib.* XX, 9. — [4] Ezech. III, 25, 26. — [5] *Ib.* XXXIII, 22. — [6] Am. VII, 16.

ܡܚܣܢܘܬܐ: ܘܐܚܪܢܝܬܐ ܥܠܝ ܘܐܘܣܦ ܠܟܠܗܘܢ. ܘܗܢܘܢ ܡܪܕܘܬܐ ܠܐ ܩܒܠܘ ܘܡܢ ܚܛܗܝܗܘܢ ܠܐ ܬܒܘ ܘܩܒܠܘ ܕܝܢܐ ܕܫܘܐ ܠܥܒܪܝ ܢܡܘܣܐ ܩܒܠܘ ܡܢ ܡܠܟܐ ܕܒܒܠ. ܘܐܡܪ ܬܘܒ ܡܪܝܐ ܥܠ ܟܠܗܘܢ ܢܒܝܐ: ܕܦܣܩܬ ܠܢܒܝܝ ܘܩܛܠܬ ܐܢܘܢ ܒܡܐܡܪ ܦܘܡܝ: ܘܒܢܝ ܐܝܣܪܝܠ ܡܢ ܚܛܗܝܗܘܢ ܠܐ ܬܒܘ. ܘܠܦܪܘܩܢ ܒܢܝ ܥܡܗ ܐܦ ܫܡܪܝܐ ܩܪܐܘܗܝ: ܘܒܥܠܙܒܘܒ ܡܩܪܝܢ ܗܘܘ ܠܗ ܘܐܝܟ ܕܫܐܕܐ ܐܝܬ ܠܗ. ܘܠܦܘܠܘܣ ܟܕ ܡܠܦ ܗܘܐ ܡܡܠܠ ܣܪܝܩܬܐ ܩܪܘ ܗܘܘ ܠܗ. ܘܠܐ ܒܠܚܘܕ ܡ̈ܠܝܗܘܢ ܠܐ ܡܩܒܠܝܢ ܗܘܘ: ܐܠܐ ܐܦ ܒܡܚܘܬܐ ܘܒܢܝܓܕܐ ܡܫܬܢܩܝܢ ܗܘܘ ܒܗܘܢ ܘܐܦ ܥܕܡܐ ܠܡܘܬܐ. ܥܠ ܡܘܫܐ ܩܡ ܥܡܗ ܠܡܪܓܡܗ: ܘܠܡܝܟܐ ܚܒܫ ܐܚܐܒ ܒܒܝܬ ܐܣܝܪܐ: ܘܠܐܪܡܝܐ ܐܪܡܝܘ ܒܓܘܒܐ ܕܣܝܢܐ: ܥܠ ܚܙܩܝܐܝܠ ܐܪܡܝܘ ܫܫܠܬܐ: ܘܠܦܪܘܩܢ ܐܚܕܘ ܘܒܙܚܘ ܘܚܝܒܘܗܝ ܒܚܘܠܐ ܘܬܠܘܗܝ ܥܠ ܩܝܣܐ: ܘܠܦܘܠܘܣ ܙܒܢܝܢ ܐܣܪܘ ܘܙܒܢܝܢ ܪܓܡܘ ܘܙܒܢܝܢ ܒܐܣܦܪܬܐ ܫܒܩܘܗܝ ܡܢ ܫܘܪܐ. ܗܠܝܢ ܟܠܗܘܢ ܨܥܪܐ ܡܢ ܐܢܫܝ ܒܢܝ ܥܡܗܘܢ ܣܒܠܘ: ܘܠܐ ܩܢܛܬ ܠܗܘܢ ܒܐܘܠܨܢܝܗܘܢ ܡܛܠ ܕܒܢܝܢܗܘܢ ܥܠ ܫܬܐܣܬܐ ܫܪܝܪܬܐ ܣܝܡ ܗܘܐ:

psit, aliaque etiam adiecit; at illi disciplinam non receperunt, et a peccatis suis non sunt conversi, paenamque transgressoribus legis condignam a rege Babylonis receperunt. Rursum super cunctos prophetas Dominus ait: *Dissecui prophetas meos, et occidi eos verbo oris mei; filii autem Israel a peccatis suis non reversi sunt*[1]. Sed et Salvatorem nostrum filii sui Samaritanum nuncupavere; Beelzebub etiam eum vocabant, et daemonium habentem[2]. Paulum quoque cum doceret dixerunt vaniloquum[3]. Nec solummodo verba eorum non recipiebant, sed plagis et verberibus adusque mortem eos afflixerunt. Surrexit contra Moysem populus suus ad lapidandum eum; Michaeam Achab in carcerem misit; Ieremiam in foveam luti proiecerunt; Ezechielem vinculis oneraverunt, et Salvatorem nostrum comprehenderunt, ludibriis vexaverunt, peccati reum fecerunt, lignoque suspenderunt. Paulum modo vinxerunt, modo lapidaverunt, ac tandem per murum in sporta demiserunt. Has omnes a popularibus suis ignominias perpessi sunt, non vero tribulationes suas aegre tulerunt, nam aedificium eorum fundamento firmo impositum erat. Pauci eos reprobaverunt, multi autem eos receperunt[4]; sermo-

AB] — 14 *B* om. ܐܦ ܒܡܚܘܬܐ ܘܒܢܝܓܕܐ. — 24 A ܙܒܢܐ.

[1] Os. VI, 5. — [2] Ioh. VIII, 48. Matth. X, 25. — [3] Act. XVII, 18. — [4] Cf. Sap. III, 5; Eccli. XLIV, 7, 14; XLVI, 15.

nibus suis vitam adepti sunt, et nomen eorum bonum permanet in generationes saeculorum.

46. Dominus seminator est, nos vero terra semen suscipiens. Seminator implevit manum suam [seminibus], quae in terram suam proiicit. Aliud inter spinas cecidit, aliud super petram, aliud volucres sustulerunt; quod autem in terram bonam proscissam cecidit, quando creverit et ascenderit, fructum praebebit in centuplum, et sexagesimum, et trigesimum. Porro videte ex quatuor partibus unam in semen servatam esse, fructumque fecisse; aliam partem inter spinas, quae eam suffocaverunt, cecidisse; aliam super petram, ubi sol radiis suis eam exsiccavit; aliam quoque ab avibus sublatam esse, quae sunt aves maleficae et rapaces; tandem aliam in terram exaratam, suscipientem aquas, cecidisse, et fructum reddidisse[1].

47. Nos vero, carissimi, licet peccatores simus atque infimi [homines], attamen fundamento illi superaedificamus; de illo quoque fermento accepimus; semen Domini in terram nostram cecidit, et a mercatore ditissimo sumpsimus pecuniam. Spiritus eius super omnem carnem effusus est, et gratia illius a nemine

ܘܒܥܒ̈ܕܐ ܐܫܠܡܘ ܐܢܘܢ ܘܫܡܫ̈ܬܐ ܥܒܕܘ ܐܢܘܢ: ܘܚܝܘ ܒܥܒ̈ܕܝܗܘܢ: ܘܫܡܗܘܢ ܛܒܐ ܩܐܡ ܠܕܪ̈ܝ ܥܠܡܐ܀

ܡܪܢ ܙܪܘܥܐ ܘܚܢܢ ܐܪܥܐ ܡܩܒܠܬ ܙܪܥܐ. ܘܡܠܐ ܙܪܘܥܐ ܐܝܕܗ ܘܫܕܐ ܒܐܪܥܗ: ܐܝܬ ܕܢܦܠ ܒܝܬ ܟܘ̈ܒܐ: ܘܐܝܬ ܕܥܠ ܫܘܥܐ: ܘܡܢܗ ܠܩܛܬ ܦܪ̈ܚܬܐ. ܘܡܢܗ ܕܢܦܠ ܒܐܪܥܐ ܛܒܬܐ ܕܦܠܝܚܐ ܕܟܕ ܪܒܐ ܘܣܠܩ ܝܗܒ ܦܐܪ̈ܐ ܚܕ ܒܡܐܐ ܘܫܬܝܢ ܘܬܠܬܝܢ. ܘܚܙܘ ܕܚܕܐ ܡܢ ܐܪܒܥ ܡܢ̈ܘܢ ܐܬܢܛܪܬ ܙܪܥܐ ܘܝܗܒܬ ܦܐܪ̈ܐ: ܚܕܐ ܡܢܬܐ ܢܦܠܬ ܒܝܬ ܟܘ̈ܒܐ ܚܢ̈ܘܩܐ: ܘܚܕܐ ܡܢܬܐ ܢܦܠܬ ܥܠ ܫܘܥܐ ܕܫܡܫܐ ܒܙܠܝܩܘ̈ܗܝ ܐܘܒܫܗ: ܘܚܕܐ ܡܢܬܐ ܠܩܛܘܗ ܦܪ̈ܚܬܐ ܕܐܝܬܝܗܝܢ ܦܪ̈ܚܬܐ ܒܝ̈ܫܬܐ ܚܛܘ̈ܦܬܐ: ܘܚܕܐ ܡܢܬܐ ܢܦܠܬ ܒܐܪܥܐ ܦܠܝܚܬܐ ܘܡܩܒܠܬ ܡ̈ܝܐ ܘܝܗܒܬ ܦܐܪ̈ܐ܀

ܘܚܢܢ ܚܒܝ̈ܒܝ ܐܦܢ ܚܛܝ̈ܐ ܚܢܢ ܘܡܟܝ̈ܟܐ: ܐܠܐ ܒܢܝܢܗ ܥܠ ܗܘ̇ ܫܬܐܣܬܐ ܒܢܝܢ ܐܢܚܢ: ܘܡܢܗ ܡܢ ܚܡܝܪܐ ܢܣܒܢ: ܘܐܦ ܙܪܥܗ ܕܡܪܢ ܢܦܠ ܒܢ: ܘܡܢ ܬܓܪܐ ܥܬܝܪܐ ܟܣܦܐ ܢܣܒܢ: ܘܥܠ ܟܠ ܒܣܪ ܪܘܚܗ ܐܫܬܦܟ ܘܛܝܒܘܬܗ ܡܢ ܐܢܫ ܠܐ ܟܠܝܐ. ܐܢ ܢܬܒܥ ܘܐܢܫ ܢܟܪܣ

AB: — 1 B om. ܘܫܡܫ̈ܬܐ ܥܒܕܘ ܐܢܘܢ. — 3 A ܠܕܪ̈ܐ. — 8 A ܢܦܠ. — Ib. A ܘܦܠܝܚܬܐ. — 10 A ܘܫܬܝܢ ܘܬܠܬܝܢ. — 11 B ܕܪ̈ܥܘܗܝ ܐܬܢܛܪܬ. — 20 A ܘܐܦܢ. — Ib. A ܐܢܫ.

[1] Matth. XIII, 3-23.

ܟܕ ܡܢ ܕܨܒܐ ܕܢܐܬܐ ܠܐ ܡܬܟܠܐ: ܟܕ ܠܐ ܡܣܬܦܩ ܗܘܐ ܠܐ ܡܬܒܨܪ. ܘܡܠܝ̈ܢ ܡܘܬܪܢܐ ܠܫܡܘܥܐ ܡܝܬܝܢ: ܡܛܠ ܕܠܐ ܗܘܐ ܡܕܡ ܠܒܪ ܡܢ ܢܡܘܣܐ ܟܬܒܢ ܠܟܘܢ: ܐܦ ܠܐ ܣܝܡܐ ܟܣܝܬܐ ܫܕܪܢ ܠܟܘܢ: ܐܠܐ ܡܢ ܙܪܥܐ ܘܓܒܝܠܬܐ ܕܟܬܒ̈ܐ ܩܕܝ̈ܫܐ. ܟܣܦ ܙܝܦܐ ܠܟܠ ܐܬܪ ܕܢܐܙܠ ܠܐ ܡܬܩܒܠ: ܘܚܡܝܪܐ ܥܬܝܩܐ ܒܩܡܚܐ ܛܒܐ ܠܐ ܡܬܠܬܫ: ܙܩ̈ܐ ܒܠܝܢ ܥܬܝܩܬܐ ܚܝܠܐ ܕܚܡܪܐ ܠܐ ܡܣܝܒܪܝܢ: ܘܐܪܩܥܬܐ ܚܕܬܐ ܟܕ ܪܡܝܐ ܥܠ ܢܚܬܐ ܒܠܝܐ ܡܣܪܝܐ ܠܗ. ܘܢܨܒܬܐ ܕܡܩܒܠܐ ܦܘܠܚܢܐ ܥܒܕܐ ܦܐܪ̈ܐ ܘܠܐ ܒܘ̈ܫܡܐ: ܘܠܒܐ ܕܩܫܐ ܐܝܟ ܫܘܥܐ ܡܝܒܫ ܙܪܥܐ. ܘܒܢܝܢܐ ܐܢܐ ܕܒܢܝܢ ܥܠ ܚܠܐ ܫܩܦ ܠܗ ܡܛܪܐ ܘܢܦܠ ܡܢ ܪܘܚܐ: ܘܡܠܚܐ ܕܦܟܗ ܚܘܝܐ ܐܟܠ ܠܗ: ܘܢܘܢ̈ܐ ܡܚܝ̈ܠܐ ܠܒܪ ܫܕܐ ܠܗܘܢ ܨܝܕܐ: ܘܙܝܙܢ̈ܐ ܥܩܪ ܠܙܒܢܗܘܢ ܡܬܥܩܪܝܢ: ܘܬܒܢܐ ܡܢ ܚܛܐ ܠܚܪܬܐ ܡܬܦܪܫ: ܦܥ̈ܠܐ ܚܒ̈ܠܐ ܒܗܬܝܢ ܐܝܟܐ ܕܦܘܪܥܢܐ: ܘܒܬܘ̈ܠܬܐ ܣܟ̈ܠܬܐ ܕܚܣܪ ܡܫܚܐ ܟܕ ܐܬܐ ܚܬܢܐ ܠܐ ܡܫܟܚܢ ܠܡܙܒܢ. ܘܪܒܝܬܐ ܕܡܚܐ ܟܢ̈ܘܬܗ ܐܬܐ ܡܪܗ ܘܥܒܕ ܥܡܗ ܕܝܢܐ: ܘܥܒܕܐ ܒܝܫܐ ܕܛܫܐ ܟܣܦ ܡܪܗ ܐܬܐ ܡܢ ܕܐܘܕܥ ܠܗ ܡܚܫܒ ܥܡܗ ܪܒܝܬܐ. ܘܢܛܘܪ

prohibetur. Si evenerit ut aliquis nos cavilletur, et ea quae scripsimus non recipiat, nihil nobis nocebit, nec quidquam ei proderit. Verba autem nostra audientibus utilitatem proferent, quia nihil contrarium legi vobis scripsimus, nec furtivum thesaurum ad vos misimus, sed de semine et conspersione Scripturarum sanctarum. Argentum adulteratum quocumque circumfertur non recipitur; vetus fermentum cum farina bona non subigitur; utres detriti vim vini non ferunt, et pannus novus si veteri vestimento imponatur, illud scindit. Vinea quae pastinationem sustinet, fructus faciet, non labruscas; cor autem durum ad instar petrae semen desiccabit. Aedificium arenae superaedificatum imber auferet et ventus deiiciet; sal infatuatum a serpente comedetur; pisces debiles foras proiiciet piscator, zizania tempestive eradicabuntur, et paleae in finem discernentur a tritico. Operarii pigri erubescent hora retributionis; virgines fatuae quae caruerint oleo, veniente Sponso emere non poterunt. Qui dispensator conservos suos verberaverit, Dominus suus cum aderit faciet ex eo iudicium. Qui servus nequam domini sui pecuniam abscondit, adveniens ille qui ipsi eam commisit, supputabit cum eo faenus. Ianitor qui

AB] — 2 A ܗܘ. — 11 B ܘܐܪܩܥܬܐ. — 23 A add. ܠܗ [ܚܬܢܐ. — 24 A ܒܢܝ. — 27 B ܪܒܝܬ.

somnum amat, cum expergefactus fuerit, a vita prohibebitur. Rex sapiens, dum adhuc remotum est bellum, mittit legatos, pacem postulans.

48. Breves hasce commentationes ad vos scripsimus, dilectissimi. Si vero aliquis exploserit, et nos cavillari voluerit, minime eum culpabimus, utpote qui cordis sui expromat abundantiam, et pariat proferatque mentis suae fetum. Unusquisque de proprio thesauro exhibet, et effert, et proloquitur. Si quis aurum non possidet, quid tibi de aerario suo donabit? Homo dives, thesauros omnis generis possidens, ex iis promit quae petentibus largiatur; pauper autem stannum vel plumbum de suo educit, adulterinis venis admixtum. Omnis arbor aestivo tempore fructum suum edit. Quae spinas profert, e vinea eradicatur, nihilque valet nisi ut igne comburatur. Vitem bonos fructus facientem dominus suus mundabit et adhuc pastinabit; vitis autem quae gignit labruscas, de plantatione Sodomae est, et uvae eius amarae[1]. *Non colligunt de spinis uvas nec de tribulis ficus. Omnis enim arbor bona fructus bonos facit, mala autem arbor malos fructus facit. Non potest arbor bona*

ܐܝܢܐ ܕܪܚܡ ܕܡܟܬܐ ܟܕ ܥܝܪ ܒܥܝܪܘܬܐ ܡܬܟܠܐ ܡܢ ܚܝܐ. ܡܠܟܐ ܚܟܝܡܐ ܟܕ ܥܕܟܝܠ ܪܚܝܩ ܩܪܒܐ ܫܕܪ ܐܝܙܓܕܐ ܫܐܠ ܫܠܡܐ܀

ܗܠܝܢ ܩܠܝܠ ܒܦܘܪܣܐ ܟܬܒܬ ܠܟܘܢ ܚܒܝܒܝ. ܘܐܢ ܐܢܫ ܡܬܡܥܝܢ ܘܡܒܙܚ ܒܢ ܠܐ ܢܥܕܠܝܘܗܝ ܝܐܝܢ ܠܗ: ܡܛܠ ܕܝܘܬܪ ܠܒܗ ܡܦܩ ܡܛܝܒܬ ܡܣܩܬܗ ܡܫܟܠܐ ܡܠܟܗ. ܟܠ ܐܢܫ ܡܢ ܣܝܡܬܗ ܡܚܘܐ ܘܡܦܩ ܘܡܡܠܠ: ܡܢ ܕܠܝܬ ܠܗ ܕܗܒܐ ܡܢܐ ܢܬܠ ܠܟ ܡܢ ܓܙܗ܀ ܓܒܪ ܥܬܝܪ ܕܩܢܐ ܟܠ ܣܝܡܢ ܡܢܗܘܢ ܡܦܩ ܗܘܐ ܠܫܐܠܘܬܐ. ܘܓܒܪ ܡܣܟܢܐ ܡܦܩ ܡܢ ܕܝܠܗ ܐܢܟܐ ܘܐܒܪܐ ܘܡܚܠܛܢܗ ܒܢܩܦܐ ܕܙܝܦܐ. ܟܠ ܐܝܠܢ ܐܒܗ ܒܙܒܢ ܩܝܛܐ ܡܦܩ: ܕܡܘܒܠ ܟܘܒܐ ܡܬܥܩܪ ܡܢ ܟܪܡܐ ܘܗܘܐ ܣܦܝܩܐ ܡܩܕܢܐ ܠܢܘܪܐ. ܘܓܦܬܐ ܕܥܒܕܐ ܦܐܪ̈ܐ ܛܒ̈ܐ ܡܕܟܐ ܠܗ ܡܪܗ ܘܡܘܣܦ ܦܠܚ ܠܗ: ܘܓܦܬܐ ܡܘܠܕܐ ܒܘ̈ܫܐ ܡܢ ܢܨܒܬܐ ܗܝ ܕܣܕܘܡ ܘܥܢܒܘܗ̈ ܡܪܝܪ̈ܢ. ܠܐ ܠܩܛܝܢ ܡܢ ܟܘܒ̈ܐ ܥܢܒ̈ܐ ܘܠܐ ܬܐܢ̈ܐ ܡܢ ܕܪܕܪ̈ܐ: ܡܛܠ ܕܐܝܠܢܐ ܛܒܐ ܦܐܪ̈ܐ ܛܒ̈ܐ ܥܒܕ: ܘܐܝܠܢܐ ܒܝܫܐ ܦܐܪ̈ܐ ܒܝ̈ܫܐ ܥܒܕ. ܠܐ ܡܫܟܚ ܐܝܠܢܐ ܛܒܐ ܠܡܥܒܕ ܦܐܪ̈ܐ

AB[1] — 3 A ܩܪܒܐ. — 5 A ܒܦܘܪ̈ܣܐ. — 7 A ܐܢܫ. — *Ib.* B om. ܠܗ. — 11 A ܘܡܢ. — 15 A ܘܡܚܠܛܝܢ ܠܗ. — 18 A ܠܡܘܩܕܐ ܕܢܘܪܐ.

[1] Deut. XXXII, 32.

ܒܝ̈ܫܐ: ܘܠܐ ܐܝܠܢܐ ܒܝܫܐ ܠܡܬܠ ܦܐܪ̈ܐ ܛܒ̈ܐ. ܓܒܪܐ ܛܒܐ ܡܢ ܣܝܡܬܐ ܛܒ̈ܬܐ ܕܠܒܗ ܡܦܩ ܘܡܡܠܠ ܛܒ̈ܬܐ: ܘܓܒܪܐ ܒܝܫܐ ܡܢ ܐܘܬܪ̈ܐ ܕܠܒܗ ܡܦܩ ܘܡܡܠܠ ܒܝ̈ܫܬܐ: ܡܛܠ ܕܡܢ ܐܘܬܪ̈ܐ ܕܠܒܐ ܗܘ ܡܡܠܠܢ ܣܦܘ̈ܬܐ ܐܝܟ ܕܐܠܦ ܘܐܡܪ ܦܪܘܩܢ. ܟܠ ܐܢܫ ܓܒܪ ܡܢ ܡܕܡ ܕܐܝܬ ܠܗ ܡܦܩ ܘܡܢ ܡܕܡ ܕܩܢܐ ܦܬܚ. ܣܒܪ ܠܗ ܓܒܪܐ ܕܡܠܐ ܫܓܘܫܝܐ ܕܠܝܬ ܕܡܝܬܪ ܡܢ ܕܝܠܗ ܠܗ: ܘܫܝܢܐ ܕܐܬܐ ܡܟܠܝܐ ܡܕܥܟ: ܚܪܝܢܐ ܟܠܗ ܫܓܘܫܝܐ ܘܡܬܚܣܪ ܒܝܫܐ ܡܢ ܣܝܡܬܗ܀

malos fructus dare, neque arbor mala dare fructus bonos. Vir bonus de thesauris bonis cordis sui bona profert et loquitur; *vir autem nequam ex abundantia cordis sui profert* et loquitur *mala, ex abundantia enim cordis labia loquuntur*[1], sicut Salvator noster docuit et dixit. Unusquisque de suo producit, et de iis quae possidet aperit. Existimat homo commotione plenus nullum thesaurum suo esse praestantiorem; pax vero ut advenit, seditionem arcet, tumultum restinguit, et improbus thesauro suo destituitur.

ܐܚܝ̈ ܠܥܠܡܐ ܠܐ ܚܣܝܪ ܒܗ ܡܕܡ ܘܡܠܐ ܟܠ ܓܢܣܝ̈ܢ ܛܒ̈ܐ ܘܒܝ̈ܫܐ: ܥܬܝܪ̈ܐ ܘܡܣܟܢ̈ܐ: ܚܠܝ̈ܐ ܘܡܪܝܪ̈ܐ: ܢܗܝܪ̈ܐ ܘܚܫܘܟ̈ܐ: ܙܕܝܩ̈ܐ ܘܥܘܠ̈ܐ: ܬܪܝ̈ܨܐ ܘܥܘܝ̈ܐ. ܘܟܠ ܡܕܡ ܚܕ ܠܘܩܒܠ ܚܕ ܩܐܡ: ܘܠܝܬ ܒܥܠܡܐ ܗܢܐ ܓܡܝܪܘܬܐ: ܡܛܠ ܕܐܬܐ ܡܦܪܫܢܐ ܘܦܪܫ ܬܒܢܐ ܘܡܥܩܪ ܙܝܙܢ̈ܐ. ܝܘܡܢܐ ܕܝܢ ܡܚܠܛܝܢ ܙܝܙܢ̈ܐ ܥܡ ܚܛ̈ܐ ܘܡܚܠܛܝܢ ܛܒ̈ܐ ܥܡ ܒܝ̈ܫܐ: ܘܠܐ ܦܪܝܫܝܢ ܬܪܝ̈ܨܐ ܡܢ ܚܛܝ̈ܐ ܘܠܐ ܙܕܝ̈ܩܐ ܡܢ ܥܘ̈ܠܐ ܘܠܐ ܚܟܝ̈ܡܐ ܡܢ ܣܟ̈ܠܐ. ܒܗܘ ܕܝܢ ܙܒܢܐ ܦܩܕ

49. Fratres, nil deest mundo huic, et omnibus [hominum] generibus repletur, bonis et malis, divitibus et egenis², dulcibus atque acerbis, lucidis et obscuris, iustis et improbis, rectis et iniquis. Alia aliis obsistunt, neque est in hoc mundo perfectio. Veniet autem qui segreget et disiungat paleas, zizaniaque evellat. Hodie quidem zizania inter triticum confusa sunt, boni malis immixti; nec recti a peccatoribus separati sunt, nec iusti ab iniquis, neque a stultis sapientes. Tempore autem illo praecipiet dominus messis, et congregabunt triticum, zizaniaque era-

AB] — 2 B *servus* ܥܒܕܐ [ܓܒܪܐ. — 11 A om. ܘܫܝܢܐ ܕܐܬܐ ܡܟܠܝܐ. — 15 B om. ܘܡܠܐ. — *Ib.* A ܓܢܣܝ̈ܢ. — 16 B ܘܡܣܟܢ̈ܐ ܥܬܝܪ̈ܐ. — *Ib.* AB ܘܡܪܝܪ̈ܐ ܚܠܝ̈ܐ. — 17 B ܘܬܪܝ̈ܨܐ ܘܥܘܝ̈ܐ. ܙܕܝܩ̈ܐ ܘܥܘܠ̈ܐ [ܢܗܝܪ̈ܐ ܘܚܫܘܟ̈ܐ ܙܕܝܩ̈ܐ ܘܥܘܠ̈ܐ. — 18 A ܩܐܡ [ܡܕܡ. — 19 B add. ܗܢܐ [ܒܥܠܡܐ. — 20 A ܡܦܪܫ [ܡܦܪܫܢܐ. — 21 A ܝܘܡܢܐ [ܘܡܥܩܪ. — 22 A inter lineas scriptum ܘܡܚܠܛܝܢ [ܘܡܚܠܛܝܢ. — 23 B *peccatores* ܚܛܝ̈ܐ [ܚܛ̈ܐ.

[1] Matth. VII, 18. Luc. VI, 44, 45. (Tatian. X, p. 19.)

dicabunt. Iustos separabunt ad vitam; impii autem in tenebras abibunt. Cum Sponso [virgines] prudentes intrabunt, fatuae vero prohibebuntur. Pecunia a servis improbis auferetur, servi autem boni talenta istorum obtinebunt. Omnes qui oraverint, quod petierint invenient. Omnis qui seminaverit colliget laborem suum. Verumtamen, fratres, confidimus vos pacem esse insecuturos, tumultum et iurgium, invidiam et zelum, livorem et discordiam repellentes. Nemo enim seipsum continuo, dum male se gerit, intuetur, quemadmodum nec propriam faciem [nemo] cernere potest. Sic itaque visum est nobis nunc, pro facultate nostra, antiquorum rationem agendi vobis revocare, quomodo scilicet viri prudentes et perfecti excellentes sint, quantum autem infelices sint stulti qui tumultum spargunt. Vos estis filii pacis. Pacem diligite, ut mercedem recipiatis a Domino pacis, et participes efficiamini beatitudinis quam Salvator impertivit, pluribus bona praedicans; ait enim : *Beati pacifici, quoniam filii Dei vocabuntur*[1].

50. Scripta est epistola haec mense februario, anno regni Alexandri Philippi Macedonis sexcentesimo quinquagesimo quinto, et anno Saporis regis

ܡܢܐ ܣܓܝܐܐ ܘܡܦܪܫܝܢ ܟܐܢ̈ܐ ܘܡܦܢܝܢ ܪܫܝ̈ܥܐ. ܘܦܪܫܝܢ ܙܕܝ̈ܩܐ ܠܚܝ̈ܐ ܘܥܘ̈ܠܐ ܐܙܠܝܢ ܠܚܫܘܟܐ: ܥܡ ܚܬܢܐ ܥܐܠܢ ܚܟܝ̈ܡܬܐ ܘܣܟܠ̈ܬܐ ܡܬܟܠ̈ܝܢ: ܘܟܣܦܐ ܡܫܬܩܠ ܡܢ ܥܒ̈ܕܐ ܒܝ̈ܫܐ ܘܡܩܢܝܢ ܥܒ̈ܕܐ ܛܒ̈ܐ ܟܟܪ̈ܝܗܘܢ. ܘܟܠ ܕܒܥܝܢ ܡܫܟܚܝܢ ܡܢ ܕܫܐܠܘ: ܘܟܠܢܫ ܕܙܪܥ ܟܢܫ ܥܡܠܗ ܡܟܢܫ. ܒܪܡ ܐܚܝ ܡܬܟܠܝܢܢ ܐܬܟܠܢܢ ܐܚܝ ܕܪܕܦܝܢ ܐܢܬܘܢ ܫܠܡܐ: ܠܓܘܫܐ ܘܚܪܝܢܐ ܐܢܬܘܢ ܡܫܕܝܢ ܘܚܣܡܐ ܘܛܢܢܐ ܘܦܠܓܘܬܐ: ܡܛܠ ܕܠܐ ܡܫܟܚ ܟܠܢܫ ܚܙܐ ܢܦܫܗ ܟܕ ܩܐܡ ܒܡܥܠܬܗ ܐܝܟ ܕܐܦ ܠܐ ܦܪܨܘܦܗ ܡܨܐ ܠܡܚܙܐ. ܗܟܢ ܫܦܪ ܘܗܫܐ ܐܬܚܙܝ ܠܢ ܐܝܟ ܡܐ ܕܐܪܕܝ ܚܝܠܐ ܪܥܝܢܐ ܕܩܕܡܝ̈ܐ ܕܢܥܗܕܟܘܢ: ܕܟܡܐ ܡܝܬܪܝܢ ܓܒܪ̈ܐ ܚܟܝ̈ܡܐ ܘܓܡܝܪ̈ܐ ܘܟܡܐ ܕܘܝܢ ܣܟܠ̈ܐ ܕܙܪܥܝܢ ܫܓܘܫܝܐ. ܐܢܬܘܢ ܐܝܟ ܒܢܝ̈ ܫܠܡܐ: ܪܚܡܘ ܫܠܡܐ ܕܬܩܒܠܘܢ ܐܓܪܐ ܡܢ ܡܪܗ ܕܫܠܡܐ. ܘܬܫܬܘܬܦܘܢ ܠܛܘܒܐ ܕܝܗܒ ܦܪܘܩܢ ܟܕ ܣܒܪ ܛܒ̈ܬܐ ܠܣܓܝܐܐ ܐܡܪ ܓܝܪ: ܕܛܘܒܝܗܘܢ ܠܥܒ̈ܕܝ ܫܠܡܐ ܕܗܢܘܢ ܒܢܘ̈ܗܝ ܕܐܠܗܐ ܢܬܩܪܘܢ܀

ܐܬܟܬܒܬ ܐܓܪܬܐ ܗܕܐ ܒܝܪܚ ܫܒܛ ܒܫܢܬ ܫܬܡܐܐ ܘܚܡܫܝܢ ܘܚܡܫ ܕܡܠܟܘܬܗ ܕܐܠܟܣܢܕܪܘܣ ܒܪ ܦܝܠܝܦܘܣ

AB] — 2 A ܘܦܪܫܝܢ [ܘܚܣܡܐ]. — 14 B ܗܘܢܐ ܗܟܢ ܗܘܢܐ ܗܟܢ (sic). — 25 A prius ܡܠܟܘܬܐ sed secunda manu in ܡܠܟܘܬܗ mutatum.

[1] Matth. v. 9.

ܡܫܡܗܢܘܬܐ. ܘܫܘܒܚܐ ܠܟܬܘܒܐ ܡܣܒܪ ܕܫܩܠ ܥܡܠܐ ܦܪܫܘܬܐ. ܢܗܘܐ ܕܘܟܪܢܗ ܛܒ ܠܗ ܠܗܘ ܕܟܬܒ ܡܠܝ: ܘܐܦ ܠܗܘ ܕܫܡܥ ܘܐܬܛܦܝܣ ܠܡܘܠܟܢܐ ܛܒܐ ܘܪܕܦ ܠܫܝܢܐ ܘܠܐ ܐܥܝܪ ܚܪܝܢܐ: ܡܛܠ ܕܒܢܝ ܚܪܝܢܐ ܡܬܩܪܝܢ ܒܢܝ ܩܐܝܢ: ܘܒܢܝ ܫܝܢܐ ܐܚܘܗܝ ܐܢܘܢ ܕܡܫܝܚܐ ܒܢܝ ܐܒܐ ܕܒܫܡܝܐ ܘܝܪܬܝ ܡܠܟܘܬܐ܀

ܫܠܡܬ ܬܚܘܝܬܐ ܕܦܝܣܐ܀

Persidis trigesimo quinto. Memoria bona sit ei qui scribendi sustulit laborem, et ei pariter qui audierit, bonis hortationibus fuerit obsecutus, pacem ambierit, rixam autem non suscitaverit. Nam filii dissensionis filii Cain vocantur; filii vero pacis fratres sunt Christi [et] filii Patris qui in caelis est, et regnum hereditabunt.

Explicit Demonstratio Exhortatoria.

AB] — 2 A om. ܠܗ. — 4 A ܛܒܐ ܠܡܘܠܟܢܐ. — 5 *B* om. ܐܥܝܪ. — 9 A*B* om. ܬܚܘܝܬܐ. — *Ib.* A add. ܕܦܝܣܐ] ܘܪܚܡܐ.

ܬܚܘܝܬܐ ܕܥܠ ܦܘܪܫ ܡܐܟܘܠܬܐ

DEMONSTRATIO XV

DE DISTINCTIONE CIBORUM

ܣܓܝ ܕܝܢ ܡܬܕܘܕܝܢ ܐܪ̈ܥܝܢܬܐ ܕܐ̈ܢܫܐ ܗܕܝ̈ܘܛܐ ܘܒܘ̈ܪܐ ܥܠ ܡܕܡ ܕܒܦܘܡܐ ܥܐܠ ܘܠܐ ܡܫܟܚ ܠܡܣܝܒܘܗ ܠܒܪܢܫܐ: ܘܗܟܢܐ ܐܡܪܝܢ ܐܝܠܝܢ ܕܒܗܠܝܢ ܡܬܟܪܗܝܢ: ܕܐܠܗܐ ܦܪܫ ܘܚܘܝ ܠܡܘܫܐ ܥܒܕܗ ܥܠ ܡܐܟܘܠܬܐ ܛܡܐܬܐ ܘܕܟܝܬܐ: ܘܐܘܕܥܗ ܠܡܘܫܐ ܕܐܝܠܝܢ ܚܙܝܢ ܠܡܐܟܠ ܘܐܝܠܝܢ ܪܕܦܝܢ ܠܡܛܡܐܘܬܐ: ܘܪܫܡܗ ܥܠ ܚܝܘܬܐ ܘܦܪܚܬܐ ܘܢܘ̈ܢܐ ܕܝܡܐ ܒܓܢܣܝܗܘܢ. ܥܠ ܗܠܝܢ ܕܝܢ ܚܒܝܒܝ ܒܡܐ ܕܡܫܟܚ ܐܢܐ ܡܠܝܠܐ ܦܣܝܩܐ ܐܠܦ ܠܟ ܕܡܐܟܘܠܬܐ ܡܕܡ ܠܐ ܡܘܬܪܝܢ ܠܢܛܘܪܝܗܝܢ ܘܐܦ ܠܐ ܡܕܡ ܡܣܩܦܝܢ ܠܐܝܠܝܢ ܕܡܬܗܢܝܢ ܒܗܘܢ. ܡܛܠ ܕܦܘܡܐ ܩܕܝܫܐ ܣܗܕ: ܕܠܐ ܗܘܐ ܡܕܡ ܕܥܐܠ ܠܗ ܠܒܪܢܫܐ ܡܣܝܒ ܠܗ: ܐܠܐ ܡܕܡ ܕܢܦܩ ܡܢܗ ܡܢ ܒܪܢܫܐ ܗܘ ܗܘ ܡܣܝܒ ܠܗ. ܘܗܕܐ ܕܐܡܪ ܦܪܘܩܢ ܡܛܠ ܕܢܣܟܘܪ ܥܠܬܐ ܕܦܪ̈ܝܫܐ ܘܕܙܕ̈ܘܩܝܐ ܥܠ ܕܡܫܬܒܗܪܝܢ ܗܘܘ ܒܡܥܡܘܕܝܬܐ

1. Imperitorum et rudium hominum cogitationes turbantur vehementer circa ea quae per os ingrediuntur, nec possunt hominem coinquinare. Ita enim ii loquuntur, qui de his laborant : Distinxit Deus ostenditque Moysi servo suo, cibos immundos et mundos; indicavit ei alia quidem idonea esse quae comedantur, alia autem contaminare; etiam animalia et volucres et pisces maris secundum eorum species ei notavit[1]. De istis autem, carissime, pro meis viribus, paucis verbis te edocebo, cibos nempe his qui eos observant nihil prodesse, et pariter his qui ipsis utuntur nihil obesse. Os enim sanctum testatur : *Non quod intrat in hominem coinquinat eum; sed quod ex homine egreditur, hoc coinquinat eum*[2]. Haec vero Salvator noster dixit, ut Pharisaeorum ac Sadducaeorum causationes retunderet, cum de baptismo gloriarentur, de munditie ac lotione manuum, et

AB] — *B* in titulo om. ܬܚܘܝܬܐ. 1 A ܡܬܕܘܕܝܢ. — 8 A ܚܝܘ̈ܬܐ. — 9 A ܕܝܡܐ. — *Ib.* A ܒܓܢܣܝܗܘܢ. — 12 A ܠܐ ܡܕܡ. — 15 *B* om. ܠܗ. — 17 *B* ܗܘ ܗܘ. — 19 A ܒܡܥܡܘܕܝܬܐ.

[1] Lev. xi, 2 seqq. — [2] Matth. xv, 11.

ܘܒܕܘܟܝܐ ܘܡܫܝܓܬܐ ܐܣܬܪܩܘܗܝ ܘܒܦܘܪܫ ܡܐܟܘܠܬܐ. ܗܟܝܠ ܐܟܣ ܐܢܘܢ ܘܐܡܪ ܠܗܘܢ: ܦܪܝܫܐ ܣܡܝܐ ܠܟܣܐ ܠܒܪ ܕܟܣܐ ܘܕܦܝܢܟܐ ܡܕܟܝܢ ܐܢܬܘܢ: ܘܡܢ ܠܓܘ ܡܠܐ ܥܘܠܐ ܘܚܛܘܦܝܐ. ܘܕܡܝܢ ܐܢܬܘܢ ܠܩܒܪܐ ܡܚܘܪܐ ܕܡܢ ܠܒܪ ܡܚܘܪܝܢ ܘܡܬܚܙܝܢ ܫܦܝܪܝܢ ܘܡܢ ܠܓܘ ܡܠܝܢ ܓܪܡܐ ܕܡܝܬܐ ܘܟܠܗ ܛܢܦܘܬܐ. ܘܦܪܫ ܘܚܘܝ ܐܢܘܢ ܕܠܐ ܡܥܕܪ ܡܬܥܕܪܝܢ ܒܗܘܢ ܒܡܥܡܘܕܝܬܗܘܢ ܘܒܡܕܟܝܢܘܬܗܘܢ ܘܐܡܪ ܠܗܘܢ: ܕܒܠܒܐ ܗܘ ܗܘܝܢ ܡܚܫܒܬܐ ܒܝܫܬܐ: ܘܗܠܝܢ ܡܚܫܒܬܐ ܒܝܫܬܐ ܕܒܠܒܐ ܗܘܝܢ: ܗܢܝܢ ܡܛܢܦܢ ܠܗ ܠܒܪܢܫܐ ܘܠܐ ܡܐܟܘܠܬܐ. ܡܛܠ ܕܡܐܟܘܠܬܐ ܠܟܪܣܐ ܐܙܠܐ: ܘܡܢ ܬܡܢ ܠܬܕܟܝܬܐ ܡܬܦܠܛܐ ܠܒܪ: ܘܠܐ ܕܝܢ ܡܛܢܦܐ ܒܗ ܒܪܢܫܐ. ܐܢ ܓܝܪ ܟܠ ܡܐܟܘܠܬܐ ܕܡܥܒܪܢ ܘܡܒܣܡܢ ܠܚܟܐ ܘܠܪܝܚܐ ܘܠܚܙܬܐ ܘܠܛܥܡܐ ܐܘ ܡܢ ܗܠܝܢ ܢܐܟܘܠ ܒܪܢܫܐ ܚܟܗ ܒܠܚܘܕ ܡܬܒܣܡ ܒܡܥܡܬܗܝܢ ܒܒܣܝܡܐ: ܘܡܢ ܬܡܢ ܩܒܠ ܐܣܛܘܡܟܐ ܘܦܠܓ ܚܝܠܗ ܠܟܠܗ ܥܪܩܘܗܝ ܘܗܕܡܘܗܝ ܕܦܓܪܐ. ܘܟܕ ܕܢܚܬܐ ܡܐܟܘܠܬܐ ܠܬܚܬ: ܫܚܠܦ ܪܝܚܐ ܒܣܝܡܐ ܡܬܗܦܟܐ ܠܗ ܘܗܘܝܐ ܣܪܝܘܬܐ: ܘܫܚܠܦ ܛܥܡܐ ܛܒܐ ܘܚܙܘܐ ܦܐܝܐ ܡܬܗܦܟ ܠܚܙܘܐ ܒܣܝܪܐ: ܘܠܒܪ ܒܬܕܟܝܬܐ ܡܬܦܠܛܐ. ܘܐܢ ܠܚܡܐ ܫܝܛܐ ܢܐܟܘܠ

de ciborum delectu. Hos igitur redarguit et dixit eis : *Pharisaei caeci, quare mundatis quod deforis est calicis et paropsidis, intus autem plenum est iniquitate et rapina? Similes estis sepulcris, quae a foris dealbata sunt et parent speciosa, intus autem plena sunt ossibus mortuorum et omni spurcitia*[1]. Aperuitque et declaravit nihil eos proficere baptismis et lustrationibus suis, et ait : *In corde sunt cogitationes malae; et hae cogitationes malae, quae in corde sunt, coinquinant hominem, non vero cibi. Vadit enim esca in ventrem, unde purgatione in secessum emittitur, neque ea homo coinquinatur*[2]. Si ex cibis quibuscumque, qui palatum, olfactum, aspectum gustumve delectant aut mulcent, homo comederit, his palatum tantummodo blando sapore afficitur, unde eos stomachus recipit, qui virtutes eorum in omnes corporis arterias ac membra partitur. Sed ut deorsum alimenta devenerint, immutantur, et fit pro grato odore foetor; pro gustu suavi et laeta specie in turpem figuram vertuntur, quae proluvie foras excernitur. Et vilem panem si manducaverit homo, cui nec species honesta, nec sapor dulcis, nec gustus iucundus inerit, recta omnino in hominem subit, et virtutem omnibus meatibus et artubus infert, unde eiectione foras

AB] — 7 A ܓܪܡܐ̈ — 10 A ܐܡܪ. — 11 A om. ܒܝܫܬܐ. — 16 A ܐܢ ܕܝܢ. — 20 A ܒܡܥܡܬܗܝܢ ܒܒܣܝܡܐ. — 24 B ܘܫܚܠܦ.

1 Matth. xxiii, 25, 27. — 2 *Ib.* xv, 17-20.

deiicitur. Evenit autem ut escae lautiores in putredinem plenius convertantur quam illae quae nec delicatae sunt nec iucundae. In omnibus autem his neque peccatum est nec iustificatio.

ܒܪܢܫܐ ܕܠܐ ܚܙܬܗ ܒܣܝܡܬܐ ܘܠܐ ܡܬܒܣܡ ܒܣܝܡ ܘܠܐ ܪܝܚܐ ܢܨܝܚܐ ܐܝܬ ܠܗ. ܒܗ ܒܡܥܒܕܢܘܬܐ ܕܐܪܐ ܒܒܪ ܐܢܫܐ. ܘܚܝܠܐ ܗܠܝܢ ܒܟܠܗܘܢ ܚܛܗܝܗܘܢ ܘܙܕܝܩܘܬܗܘܢ: ܘܗܢܝܢ ܐܟܡܐ ܕܠܐ ܕܝܢܐ ܠܒܪ ܡܬܐܡܪܢ. ܘܢܓܕ ܕܡܐܟܘܠܬܐ ܒܣܝܡܬܐ ܝܬܝܪ ܡܬܚܒܠܐ ܠܣܪܝܘܬܐ ܡܢ ܗܘ ܕܠܐ ܒܣܝܡܐ ܘܒܣܝܡܬܐ ܒܗܠܝܢ ܠܐ ܚܛܗܐ ܐܦܠܐ ܙܕܝܩܘܬܐ܀

2. Gloriosus etiam Apostolus redarguit eos qui in escis gloriantur. Ait siquidem eis qui tali efferuntur cogitatione : Reiiciendae et amovendae sunt escae, quia *ipsae nos ante Deum non statuunt. Neque enim si manducaverimus abundabimus, neque si non manducaverimus deficiemus*[1]. Si enim quaecumque alimenta cibariaque homo manducat, atque ex iusta regula et remota ingluvie creaturis Dei utitur, et eius donum cum fide suscipit, nullum peccatum aut delictum habet. Si autem, serpentis more, pulverem comedat, serpentis etiam veneno perfusum[2], nullus profectus neque ullum emolumentum erit ei; *omnes enim creaturae Dei bonae sunt; nihil in eis est reiiciendum; et sanctificantur per verbum Dei et orationem*[3]. Hoc autem quod ait Apostolus, carissime, adversus filios populi sui dixit, cum eos vidisset gentium escas ut pollutas reiicere. Etenim

ܘܐܦ ܫܠܝܚܐ ܢܨܝܚܐ ܟܣܐ ܠܗܠܝܢ ܕܐܝܠܝܢ ܕܡܫܬܒܗܪܝܢ ܒܡܐܟܘܠܬܐ. ܐܡܪ ܠܗܘܢ ܓܝܪ ܠܐܝܠܝܢ ܕܣܠܩܝܢ ܒܗܘܢܐ ܗܢܐ: ܕܡܫܬܕܝܢ ܘܡܬܪܚܩܝܢ ܡܐܟܘܠܬܐ: ܕܠܐ ܗܢܝܢ ܡܩܝܡܢ ܠܢ ܡܐܟܘܠܬܐ ܩܕܡ ܐܠܗܐ. ܠܐ ܓܝܪ ܐܢ ܢܐܟܘܠ ܢܬܝܬܪ: ܘܐܦܠܐ ܐܢ ܠܐ ܢܐܟܘܠ ܢܚܣܪ. ܐܢ ܓܝܪ ܟܠ ܦܘܪܢܣܝܢ ܘܬܘܣܦܬܐ ܢܐܟܘܠ ܒܪ ܐܢܫܐ ܘܬܪܝܨܐ ܒܟܝܠܐ ܕܠܐ ܪܥܒܘ ܢܬܚܫܚ ܒܒܪܝܬܗ ܕܐܠܗܐ ܘܒܗܝܡܢܘܬܐ ܢܩܒܠ ܡܘܗܒܬܗ: ܡܕܡ ܚܛܗܐ ܘܣܟܠܘ ܠܝܬ ܠܗ. ܘܐܢ ܕܝܢ ܥܦܪܐ ܐܝܟ ܚܘܝܐ ܢܐܟܘܠ ܘܢܗܘܐ ܡܪܪܬܗ ܕܚܘܝܐ ܪܣܝܣܐ ܒܗ: ܡܕܡ ܝܘܬܪܢ ܘܡܘܬܪ ܠܝܬ ܠܗ. ܡܛܠ ܕܟܠܗܝܢ ܒܪ̈ܝܬܗ ܕܐܠܗܐ ܫܦܝܪ̈ܢ ܐܢܝܢ ܘܡܕܡ ܕܡܣܬܠܐ ܠܝܬ ܒܗܝܢ ܘܡܬܩܕܫܢ ܒܡܠܬܐ ܕܐܠܗܐ ܘܒܨܠܘܬܐ. ܘܗܕܐ ܕܐܡܪ ܫܠܝܚܐ ܚܒܝܒܝ ܠܘܩܒܠ ܒܢܝ ܥܡܗ ܐܡܪܗ ܟܕ ܚܙܐ ܕܡܣܬܠܝܢ ܡܐܟܘܠܬܐ ܕܥܡܡܐ. ܡܛܠ

AB] — 1 B ܚܙܬܗ. — 7 B ܢܨܝܚܘܬܐ. — 8 A ܚܒܝܫܐ [ܢܨܝܚܐ. — 11 A ܘܡܬܪܚܩܝܢ. — 13 A ܐܦ ܠܐ. — 14 A ܦܘܪܢܣ ܕ. — 18 B ܢܨܝܚܘܬܐ. — 24 A ܚܒܝܒܢ. — 26 A ܕܡܣܠܝܢ ܡܐܟܘܠܬܐ.

[1] I Cor. VIII, 8. — [2] ܦܥܐ Vid. supra Demonstr. XIV, § 12. — [3] I Tim. IV, 4. 5.

ܘܒܢܝ̈ ܐܝܣܪܝܠ ܠܐ ܡܬܚܫܚܝܢ ܒܟܠܗ ܕܗ ܒܟܠ ܡܐܟܘܠܬܐ ܕܥܡ̈ܡܐ ܥܒܕܝܢ ܘܟܠ ܚܡܪܐ ܕܥܡ̈ܡܐ ܕܪܟܝܢ ܠܐ ܫܬܝܢ: ܡܛܠ ܕܥܡ̈ܡܐ ܚܢ̈ܦܐ ܒܟܠ ܡܥܨܪܐ ܘܒܟܠ ܐܕܪ ܕܒܚܝܢ ܘܡܩܪܝܢ ܫܡܗܐ ܕܦܬܟܪ̈ܝܗܘܢ. ܡܛܠ ܗܢܐ ܗܘ ܠܐ ܡܬܚܫܚܝܢ ܒܡܐܟܘܠܬܗܘܢ ܒܢܝ̈ ܐܝܣܪܝܠ. ܘܗܕܐ ܗܝ ܬܐܪܬܐ ܟܪܝܗܬܐ. ܘܡܫܠܚܐ ܟܣܐ ܠܗܠܝܢ ܕܩܝܡܝܢ ܒܡܚܫܒܬܐ ܗܕܐ ܘܐܡܪ: ܕܟܠ ܡܐܟܘܠܬܐ ܡܬܩܕܫܐ ܒܡܠܬܗ ܕܐܠܗܐ ܘܒܨܠܘܬܐ. ܟܕ ܐܢܫ ܓܝܪ ܡܬܚܫܚ ܒܒܪ̈ܝܬܗ ܕܐܠܗܐ: ܩܕܡ ܕܢܣܒܥ ܡܢܗܘܢ ܢܬܕܟܪ ܘܢܫܒܚ ܘܢܒܪܟ ܘܢܩܕܫ ܘܢܩܕܫ ܫܡܐ ܕܥܒܘܕܗܝܢ ܕܒܪ̈ܝܬܐ ܗܠܝܢ ܘܢܨܠܐ ܘܡܬܩܕܫܢ ܘܥܪܩܐ ܡܢܗܝܢ ܚܝܠܗ ܕܒܝܫܐ. ܘܐܡܪ ܬܘܒ ܫܠܝܚܐ: ܕܐܢ ܐܢܫ ܡܢ ܚܢ̈ܦܐ ܩܪܐ ܠܟܘܢ ܠܐܫܬܘܬܐ ܘܨܒܝܢ ܐܢܬܘܢ ܠܡܐܙܠ: ܟܠ ܡܕܡ ܕܡܩܪܒ ܩܕܡܝܟܘܢ ܐܟܘܠܘ ܡܛܠ ܬܐܪܬܐ܀

6. Sed iam antea, quicumque Deo e gentibus placuerunt, magis iustificati sunt quam Israel. Iethro sacerdos gentilis, ipse benedictus est et semen eius; *roborata est habitatio eius, et posuit in petra nidum suum*[6]. Gabaonitis etiam, e gentibus contaminatis, dedit Iosue dexteram, et ingressi sunt et confugerunt in hereditatem Domini, factique sunt caesores lignorum et haustores aquae congregationi et altari Domini. Et quia voluit Saul eos necare, prohibiti sunt caeli a pluvia, donec filii Saul occisi fuere. Et tunc respexit Dominus terram, et hereditati suae benedixit. Rahab meretrix, quae exploratores excepit, ipsa et domus patris eius hereditatem habuit in Israel. Obededom de Geth Philisthaeorum, cum in eius domum ingressa esset arca Do-

AB] — 14 A ܘܐܬܒܪܟ. — 18 A om. ܘܠܡܕܒܚܗ.

[1] Ezech. VIII, 12. — [2] Is. LIX, 2. — [3] Ezech. VIII, 18. — [4] Ps. XLVII (XLVI), 1. — [5] *Ib.* XLIX (XLVIII), 1. — [6] Num. XXIV, 21.

mini, et apud eum glorificata fuisset, plusquam apud omnem Israel, a Domino benedictus est, ipse et domus eius. Etiam Ethai Gethaeus cibavit David tempore persecutionis eius, nomenque et progenies eius glorificata est. Similiter Abdemelech Aethiops, vir eunuchus, eduxit e fovea Ieremiam, quem ipsi filii Israel, populares eius, comprehenderant. Idque ipsum est quod de eis dixerat Moyses : *Advena in medio tui superior fiet; tu autem inferius descendes*[1]. Illi Ieremiam prophetam comprehenderunt, et in lacum inferiorem demiserunt; Abdemelech autem, advena ex Aethiopia, Ieremiam de fovea extraxit. Pariter Ruth Moabitis, e populo abominato, intravit et immixta est populo Israel; et de semine eius surrexit imperium regum, e quibus natus est Salvator gentium. Urias etiam Hethaeus, de populo contaminato, magnus fuit inter fortes Davidis; et quod eum mala fraude David interfecit in praelio filiorum Ammon, eiusque uxorem concupivit et rapuit, hanc sententiam subiit: ut *gladius non recederet a domo eius usque in sempiternum*[2].

ܡܢ ܟܠܗ ܐܝܣܪܝܠ: ܘܐܬܒܪܟ ܗܘ ܘܒܝܬܗ ܡܢ ܡܪܝܐ. ܘܐܦ ܐܬܝ ܓܬܝܐ ܬܪܣܝ ܠܕܘܝܕ ܒܥܕܢ ܪܕܘܦܝܗ ܘܐܫܬܒܚ ܫܡܗ ܘܫܪܒܬܗ ܘܙܪܥܗ. ܘܥܒܕܡܠܟ ܟܘܫܝܐ ܓܒܪܐ ܡܗܝܡܢܐ ܐܣܩ ܠܐܪܡܝܐ ܡܢ ܓܘܒܐ ܟܕ ܫܕܝܘܗܝ ܒܢܝ ܐܝܣܪܝܠ ܒܢܝ ܥܡܗ: ܗܢܐ ܗܘ ܕܐܡܪ ܥܠܝܗܘܢ ܡܘܫܐ: ܕܝܬܘܪܐ ܕܒܝܢܝܟ ܢܗܘܐ ܠܥܠ ܘܐܢܬ ܬܚܘܬ ܬܚܘܬ. ܗܢܘܢ ܫܕܘ ܘܐܚܬܘ ܠܐܪܡܝܐ ܢܒܝܐ ܠܓܘܒܐ ܬܚܬܝܐ: ܘܥܒܕܡܠܟ ܝܬܘܪܐ ܡܢ ܟܘܫ ܐܣܩܗ ܠܐܪܡܝܐ ܡܢ ܓܘܒܐ. ܘܪܥܘܬ ܡܘܐܒܝܬܐ ܡܢ ܥܡܐ ܡܣܠܝܐ ܥܠܬ ܘܐܬܚܠܛܬ ܒܥܡܐ ܕܐܝܣܪܝܠ ܘܡܢ ܙܪܥܗ ܩܡܬ ܡܠܟܘܬܐ ܕܡܠܟܐ ܕܡܢܗܘܢ ܐܬܝܠܕ ܦܪܘܩܐ ܕܥܡܡܐ. ܘܐܘܪܝܐ ܚܬܝܐ ܡܢ ܥܡܐ ܛܡܐܐ ܓܢܒܪܐ ܐܝܬܘܗܝ ܗܘܐ ܒܓܢܒܪܘܗܝ ܕܕܘܝܕ: ܘܥܠ ܕܩܛܠܗ ܕܘܝܕ ܒܢܟܠܐ ܒܩܪܒܐ ܕܒܢܝ ܥܡܘܢ ܘܕܒܪ ܐܢܬܬܗ ܘܢܣܒܗ: ܩܒܠ ܕܘܝܕ ܓܙܪ ܕܝܢܐ ܕܠܐ ܬܥܒܪ ܚܪܒܐ ܡܢ ܒܝܬܗ ܠܥܠܡ܀

7. Haec autem Isaias de Salvatore nostro dicit : *Dedi te in foedus populo, et lucem gentibus*[3]. Quomodo igitur factus est populo foedus? haud aliter nisi quod ut advenit gentium lux et Salvator, exinde

ܘܗܠܝܢ ܐܡܪ ܐܫܥܝܐ ܥܠ ܦܪܘܩܢ: ܕܝܗܒܬܟ ܩܝܡܐ ܠܥܡܐ ܘܢܘܗܪܐ ܠܥܡܡܐ. ܐܝܟܢܐ ܕܝܢ ܗܘܐ ܩܝܡܐ ܠܥܡܐ܀ ܐܠܐ ܕܡܢ ܙܒܢܐ ܕܐܬܐ ܢܘܗܪܐ ܦܪܘܩܐ

AB — 4 A ܘܙܪܥܗ. 6 *AB* ܥܡܗ. 9 A ܠܓܘܒܐ ܠܐܪܡܝܐ ܢܒܝܐ. — 10 A om. ܬܚܬܝܐ. — 11 A ܒܟܘܫܐ | ܡܢ ܟܘܫ. — 15 *B* ܠܥܡܡܐ.

[1] Deut. XXVIII, 43. — [2] II Sam. XII, 10. — [3] Is. XLII, 6.

ܕܥܡ̈ܡܐ: ܡܢ ܗܘ ܙܒܢܐ ܐܬܟܠܝ ܐܝܣܪܝܠ ܡܢ ܦܘܠܚܢ ܦܬܟܪ̈ܐ ܘܗܘܐ ܠܗܘܢ ܩܝܡܐ ܫܪܝܪܐ. ܡܛܠ ܗܕܐ ܐܡܪ ܡܘܫܐ: ܕܐܛܢܢܟܘܢ ܒܥܡ ܕܠܐ ܥܡ: ܘܒܥܡܐ ܣܟܠܐ ܐܪܓܙܟܘܢ. ܡܢܢ ܓܝܪ: ܘܡܛܠܬܢ ܠܦܬܟܪ̈ܐ ܠܐ ܣܓܕܝܢ. ܕܠܐ ܢܬܒܙܚܘܢ ܡܢܢ ܕܫܒܩܢ ܚܢܢ ܦܬܟܪ̈ܐ ܘܩܪܝܢ ܕܓܠܘܬܐ ܠܡܕܡ ܕܫܒܩܘ ܠܢ ܐܒܗ̈ܬܢ: ܘܪܓܙܝܢ ܘܡܬܬܒܪ ܠܒܗܘܢ ܕܥܠܢ ܘܗܘܝܢ ܝܪ̈ܬܐ ܚܠܦܝܗܘܢ. ܠܗܘܢ ܓܝܪ ܗܢܘ ܩܝܡܐ ܕܗܘܐ ܠܗܘܢ ܕܠܐ ܢܣܓܕܘܢ ܠܐܠܗܐ ܢܘܟܪܝܐ ܐܦ ܠܐ ܩܒܠܘܗܝ. ܒܢ ܐܛܢܝ ܐܢܘܢ: ܘܠܢ ܗܘܐ ܢܘܗܪܐ ܘܚܝ̈ܐ ܐܝܟ ܕܐܟܪܙ ܘܐܡܪ ܟܕ ܡܠܦ: ܕܐܢܐ ܢܘܗܪܗ ܐܢܐ ܕܥܠܡܐ. ܘܬܘܒ ܐܡܪ: ܕܗܝܡܢܘ ܥܕ ܐܝܬ ܠܟܘܢ ܢܘܗܪܐ ܥܕܠܐ ܢܕܪܟܟܘܢ ܚܫܘܟܐ. ܘܬܘܒ ܐܡܪ: ܕܗܠܟܘ ܒܢܘܗܪܐ ܕܒܢ̈ܝܗ ܕܢܘܗܪܐ ܬܬܩܪܘܢ. ܘܬܘܒ ܐܡܪ ܥܠܘܗܝ: ܕܢܘܗܪܐ ܒܚܫܘܟܐ ܡܢܗܪ ܗܘܐ. ܗܢܘ ܗܘ ܩܝܡܐ ܕܗܘܐ ܠܥܡܐ ܘܢܘܗܪܐ ܕܐܢܗܪ ܠܟܠܗܘܢ ܥܡ̈ܡܐ ܘܣܓܪ ܘܟܠܐ ܐܢܘܢ ܡܢ ܫܒܝ̈ܠܐ ܡܥܩ̈ܡܬܐ ܐܝܟ ܕܟܬܝܒ ܕܒܡܐܬܝܬܗ ܢܗܘܐ ܥܪ̈ܡܐ ܠܦܩܥܬܐ ܘܐܬܪ̈ܐ ܥܣܩ̈ܐ ܠܦܩܥܬܐ: ܘܢܬܓܠܐ ܐܝܩܪܗ ܕܡܪܝܐ: ܘܢܚܙܐ ܟܠ ܒܣܪ ܚܝ̈ܘܗܝ ܕܐܠܗܐ܀

ܗܕܐ ܒܥܘܕܪܢܐ ܩܠܝܠܐ ܟܬܒܬ ܠܟ ܥܠ

cohibitus est Israel ab idolorum religione, factusque eis est foedus firmum. Propterea dixit Moyses : *Provocabo vos in populo qui non est populus, et in gente stulta irritabo vos*[1]. A nobis provocantur, et propter nos idola non adorant, ne a nobis irrideantur, qui idola abiecimus, et mendacium vocamus id quod nobis reliquerunt patres nostri. Irascuntur, et cor eorum frangitur, quod simus ingressi et heredes pro eis facti. Eorum quidem hoc fuit foedus, ut deos alienos non colerent, quamquam illud non receperunt. Ipsos per nos provocavit; nobis autem factus est lux et vita, ut ipse pronuntiavit et dixit docendo : *Ego sum lux mundi*[2]. Et iterum : *Credite dum lucem habetis, priusquam tenebrae vos comprehendant*[3]. Et adhuc : *Ambulate in luce, ut filii lucis vocemini*[4]. Ait etiam [Scriptura] de eo : *Lux in tenebris lucebat*[5]. En foedus illud quod factum est populo, et lux quae cunctis gentibus illuxit, easque a semitis perversis impedivit atque conclusit, sicut scriptum est : In eius adventu *erunt aggeres in campum, et loca aspera in planitiem; et revelabitur gloria Domini, et videbit omnis caro vitam Dei*[6].

8. Hancce brevem de gentibus com-

AB[1] — 4 A ܘܠܐ ܥܡ ܥܡܡܐ. — 6 A ܘܐܣܠܝ. — 8 A ܘܥܠܝ. — 9 A ܝܪܬܝ ܒܢ. — 11 A ܘܐܦ — 13 A om. ܟܕ ܡܠܦ. — *Ib.* A ܕܥܠܡܐ ܘܕܚܝܐ. — 16 A ܕܒܢܘܗܪܐ ܒܢܝܗ. — 17 A ܬܬܩܪܘܢ ܘܬܬܩܪܘܢ. — *Ib.* A ܕܢܘܗܪܐ. — 18 A om. ܗܘ. — 19 *B mundo* ܠܥܠܡܐ. — *Ib. B* ܕܢܘܗܪܐ. — 25 *B* ܒܥܘܕܪܢܐ.

[1] Deut. XXXII, 21. — [2] Ioh. VIII, 12. — [3] *Ib.* XII, 35. — [4] *Ib.* XII, 36. — [5] *Ib.* I, 5. — [6] Is. XL, 4, 5. Luc. III, 5, 6.

mentationem tibi conscripsi, eo quod glorientur Iudaei et dicant : Nos sumus populus Dei et filii Abrahae. Audiamus autem Iohannem loquentem ad eos, cum se esse filios Abrahae superbe profiterentur; tunc enim dixit eis Iohannes : *Nolite gloriari dicentes : Patrem habemus Abraham; quoniam potens est Deus de lapidibus istis suscitare filios Abrahae*[1]. Et Salvator eis dixit : *Vos filii Cain estis, non filii Abrahae*[2]. Et Apostolus ait : *Rami qui peccaverunt fracti sunt; nos autem eorum loco inserti sumus, et pinguedinis olivae participes facti. Ne ergo gloriemur nec peccemus, ne et nos confringamur, qui iam olivae inserti sumus*[3]. Haec est responsio adversus Iudaeos qui gloriantur dicentes : Filii nos sumus Abrahae, et nos sumus populus Dei.

Explicit Demonstratio de Populo et de Gentibus.

ܬܘܟܝܬܐ ܕܡܫܬܒܗܪܝܢ ܝܗܘܕܝܐ ܘܐܡܪܝܢ: ܕܚܢܢ ܐܢܚܢ ܥܡܗ ܕܐܠܗܐ ܘܒܢܝ ܐܒܪܗܡ. ܒܪܡ ܕܝܢ ܚܢܢ ܢܫܡܥ ܠܝܘܚܢܢ ܕܐܡܪ ܠܗܘܢ ܟܕ ܡܫܬܒܗܪܝܢ: ܕܚܢܢ ܚܢܢ ܒܢܝ ܐܒܪܗܡ: ܗܟܝܠ ܐܡܪ ܠܗܘܢ ܝܘܚܢܢ: ܕܠܐ ܬܗܘܘܢ ܡܫܬܒܗܪܝܢ ܘܐܡܪܝܢ: ܕܐܒܐ ܐܝܬ ܠܢ ܐܒܪܗܡ: ܡܛܠ ܕܡܢ ܗܠܝܢ ܟܐܦܐ ܡܫܟܚ ܐܠܗܐ ܠܡܩܡܘ ܒܢܝܐ ܠܐܒܪܗܡ. ܘܦܪܘܩܢ ܐܡܪ ܠܗܘܢ: ܕܒܢܘܗܝ ܐܢܬܘܢ ܕܩܐܝܢ ܘܠܐ ܒܢܝ ܐܒܪܗܡ. ܘܫܠܝܚܐ ܐܡܪ: ܕܣܘܟܐ ܕܚܛܘ ܐܬܦܫܚܘ ܠܗܘܢ: ܘܚܢܢ ܒܕܘܟܬܗܘܢ ܐܬܛܥܡܢ ܘܗܘܝܢ ܫܘܬܦܐ ܠܫܘܡܢܗ ܕܙܝܬܐ. ܡܛܠ ܠܐ ܢܫܬܒܗܪ ܘܢܚܛܐ ܕܠܐ ܐܦ ܚܢܢ ܢܬܦܫܚ ܕܗܐ ܡܬܛܥܡܝܢܢ ܒܗ ܒܙܝܬܐ. ܗܢܐ ܡܦܩ ܒܪܘܚܐ ܕܠܘܩܒܠ ܝܗܘܕܝܐ. ܟܠ ܕܡܫܬܒܗܪܝܢ: ܕܚܢܢ ܐܢܚܢ ܒܢܝ ܐܒܪܗܡ ܘܚܢܢ ܐܢܚܢ ܥܡܗ ܕܐܠܗܐ ܀

ܫܠܡܬ ܬܚܘܝܬܐ ܕܥܠ ܥܡܐ ܘܥܡܡܐ ܀

AB] 3 A ܐܚܢܢ. — 12 A ܘܐܚܢܢ. — 15 A ܡܬܛܥܡܝܢ ܚܢܢ ܡܬܛܥܡܝܢܢ. — 19 *B* om. ܬܚܘܝܬܐ.

[1] Matth. III, 9. — [2] Ioh. VIII, 39, 44. — [3] Rom. XI, 17, 18.

ܬܚܘܝܬܐ

ܕܥܠ ܡܫܝܚܐ ܕܒܪܗ ܗܘ ܕܐܠܗܐ

DEMONSTRATIO XVII

DE CHRISTO DEI FILIO

ܦܬܓܡܐ ܕܡܠܬܐ ܠܘܩܒܠ ܝܗܘܕܝܐ ܕܡܓܕܦܝܢ ܥܠ ܥܡܐ ܕܡܢ ܥܡܡܐ: ܡܛܠ ܕܗܟܢܐ ܐܡܪܝܢ: ܕܣܓܕܝܢ ܐܝܬܝܟܘܢ ܘܦܠܚܝܢ ܠܓܒܪܐ ܝܠܝܕܐ ܘܠܒܪ ܐܢܫܐ ܙܩܝܦܐ: ܘܩܪܝܢ ܐܝܬܝܟܘܢ ܠܒܪ ܐܢܫܐ ܐܠܗܐ: ܘܟܕ ܠܝܬ ܒܪܐ ܠܐܠܗܐ ܐܡܪܝܢ ܐܝܬܝܟܘܢ ܠܗܘܢ ܕܗܢܐ ܝܫܘܥ ܙܩܝܦܐ ܒܪܗ ܗܘ ܕܐܠܗܐ. ܘܡܝܬܝܢ ܦܬܓܡܐ ܕܐܠܗܐ ܐܡܪ: ܕܐܢܐ ܐܢܐ ܐܠܗܐ ܘܠܝܬ ܐܚܪܝܢ ܠܒܪ ܡܢܝ. ܘܬܘܒ ܐܡܪ: ܕܠܐ ܬܣܓܘܕ ܠܐܠܗ ܐܚܪܝܢ. ܡܛܠ ܠܡ ܐܝܬܝܟܘܢ ܠܘܩܒܠ ܐܠܗܐ ܡܩܘܡܝܢ ܐܝܬܝܟܘܢ ܕܩܪܝܢ ܐܝܬܝܟܘܢ ܠܒܪܢܫܐ ܐܠܗܐ܀

ܥܠ ܗܠܝܢ ܕܝܢ ܚܒܝܒܝ ܟܡܐ ܕܡܡܛܐ ܐܢܐ ܘܡܙܥܘܪܘܬܐ ܕܡܛܝܐ ܠܗ ܐܦܝܣܟ ܠܚܘܒܟ: ܕܐܦ ܟܕ ܢܫܠܡ ܠܗܘܢ ܕܒܪ ܐܢܫܐ ܗܘ: ܘܦܠܚܝܢ ܢܩܪܝܘܗܝ ܘܡܪܝܡܝܢܘܗܝ

1. Sermonem pariter adversus Iudaeos [instituimus], qui contra populum gentium blasphemant. Dicunt enim : Virum genitum adoratis et colitis, hominem qui crucifixus est; hominem appellatis Deum; et quanquam filium Deus non habet, hunc Iesum crucifixum dicitis esse Filium Dei. In argumentum etiam afferunt illud Dei verbum : *Ego sum Deus, et non est alius praeter me*[1]; et hoc aliud : *Non adorabis Deum alienum*[2]. Ergo, [inquiunt], Deo adversamini, cum hominem Deum vocatis.

2. Contra haec, carissime, prout potuero, et quantum parvitas mea consecuta est, fidem tibi faciam nos, licet eis concedamus [Iesum] hominem esse, et illum colamus, Deumque ac Dominum

AB] — In titulo B ܬܚܘܝܬܐ. ܝܙ܆ ܕܥܠ ܡܫܝܚܐ ܕܒܪܗ ܗܘ ܕܐܠܗܐ. — *Ib.* A ܥܠ ܡܫܝܚܐ. ܕܒܪܐ ܕܒܪܗ ܗܘ ܕܐܠܗܐ. — 5 B om. ܐܠܗܐ. — 9 10 A ܐܚܪܝ. — 12 A ܕܩܪܝܢ. — 16 B ܢܩܪܝܘܗܝ] ܡܪܝܐ ܢܩܪܝܘܗܝ.

[1] Deut. XXXII, 39. — [2] Ex. XXXIV, 14.

appellemus, non tamen insolita eum nuncupatione vocare, neque aliquod inauditum nomen ei imponere quod ipsi ultro non usurpaverint. Attamen pro certo tenemus Iesum, Dominum nostrum, esse Deum Filium Dei, Regem filium Regis, Lumen de Lumine, Creatorem, Consiliarium, Ducem, Viam, Salvatorem, Pastorem, Congregatorem, Portam, Margaritam et Lucernam. Et ita plurimis nominibus designatur. Ceteris autem omissis, demonstremus illum esse Filium Dei, ipsumque Deum qui a Deo prodivit.

3. Venerandum divinitatis nomen ipsis hominibus iustis tributum est, iique digni habiti sunt qui eo appellarentur; et homines in quibus Deus sibi complacuit ipse filios nominavit et amicos. Ita cum Moysem, amicum et dilectum sibi elegit, cumque populi sui principem, doctorem atque sacerdotem constituit, vocavit illum Deum. Dixit enim ei : *Constitui te Deum Pharaoni*[1]; deinde dedit ei sacerdotem suum ut prophetam : *Aaron frater tuus loquetur pro te ad Pharaonem; tu eris ipsi in Deum, ille autem tibi erit interpres*[2]. Non igitur soli Pharaoni, qui iniquus erat, praeposuit Deus Moysem ut Deum, sed etiam Aaroni, sacerdoti sancto, Deus eum ita constituit.

ܐܠܗܐ ܘܡܪܝܐ: ܠܐ ܗܘܐ ܢܘܟܪܐܝܬ ܩܪܝܢܢ ܘܠܐ ܗܘܐ ܫܡܐ ܢܘܟܪܝܐ ܣܡܢ ܠܗ ܐܝܢܐ ܕܗܘܝܘ ܠܐ ܐܫܬܡܫ ܒܗ. ܒܪܡ ܕܝܢ ܫܪܝܪ ܠܢ ܕܝܫܘܥ ܡܪܢ ܐܠܗܐ ܗܘ ܒܪ ܐܠܗܐ ܘܡܠܟܐ ܒܪ ܡܠܟܐ ܢܘܗܪܐ ܡܢ ܢܘܗܪܐ ܒܪܝܐ ܘܡܠܟܐ ܘܡܕܒܪܢܐ ܘܐܘܪܚܐ ܘܦܪܘܩܐ ܘܪܥܝܐ ܘܡܟܢܫܢܐ ܘܬܪܥܐ ܘܡܪܓܢܝܬܐ ܘܫܪܓܐ: ܘܒܫܡܗܐ ܣܓܝܐܐ ܐܬܟܢܝ. ܢܫܒܘܩ ܕܝܢ ܟܠܗܘܢ ܘܢܚܘܐ ܕܒܪܗ ܗܘ ܕܐܠܗܐ ܘܐܠܗܐ ܐܝܬܘܗܝ ܕܡܢ ܐܠܗܐ ܐܬܐ ܀

ܫܡܐ ܓܝܪ ܡܝܩܪܐ ܕܐܠܗܘܬܐ ܘܐܦ ܠܒܢܝ ܐܢܫܐ ܙܕܝܩܐ ܐܬܝܗܒ ܘܫܘܘ ܕܢܬܩܪܘܢ ܒܗ: ܘܒܢܝ ܐܢܫܐ ܕܨܒܐ ܒܗܘܢ ܐܠܗܐ ܒܢܝܐ ܘܪܚܡܐ ܩܪܐ ܐܢܘܢ. ܠܡܘܫܐ ܓܒܝܗ ܘܪܚܡܗ ܟܕ ܓܒܝܗܝ ܘܥܒܕܗ ܪܫܐ ܘܡܠܦܢܐ ܘܟܗܢܐ ܠܥܡܗ ܐܠܗܐ ܩܪܝܗܝ. ܐܡܪ ܠܗ ܓܝܪ: ܕܝܗܒܬܟ ܐܠܗܐ ܠܦܪܥܘܢ. ܘܝܗܒ ܠܗ ܟܘܡܪܗ ܢܒܝܐ: ܘܐܗܪܘܢ ܠܟ ܐܚܘܟ ܢܡܠܠ ܠܟ ܥܡ ܦܪܥܘܢ: ܘܐܢܬ ܬܗܘܐ ܠܗ ܠܐܠܗܐ ܘܗܘ ܢܗܘܐ ܠܟ ܠܡܬܪܓܡܢܐ. ܠܐ ܗܘܐ ܒܠܚܘܕ ܠܦܪܥܘܢ ܕܥܘܠܐ ܗܘܐ ܥܒܕܗ ܠܡܘܫܐ ܐܠܗܐ: ܐܠܐ ܐܦ ܠܐܗܪܘܢ ܟܗܢܐ ܩܕܝܫܐ ܐܠܗܐ ܥܒܕܗ ܠܡܘܫܐ ܀

AB — 2 A add ܐܝܬܘܗܝ ܫܡܐ. — 4 A add. ܕܝܢ ܠܢ. — 15 B ܘܩܕ. 18 B ܠܗ. 19 A [illegible] [illegible]. 22 B ܠܐܠܗܐ. — 23 24 B ܗܘܐ.

[1] Ex. VI, 1. — [2] *Ib.* VII, 1.

ܐܘ ܫܡܥ ܥܠ ܕܒܪܐ ܕܐܠܗܐ ܩܪܝܢܢܝܗܝ. ܘܐܡܪܝܢ ܕܟܕ ܠܝܬ ܠܗ ܒܪܐ ܠܐܠܗܐ ܥܒܕܝܢ ܐܢܬܘܢ ܠܗ ܠܗܢܐ ܝܫܘܥ ܙܩܝܦܐ ܒܪܐ ܒܘܟܪܐ ܠܐܠܗܐ. ܠܗ ܓܝܪ ܠܐܝܣܪܝܠ ܒܪܝ ܒܘܟܪܝ ܩܪܝܗܝ ܟܕ ܫܕܪ ܠܦܪܥܘܢ ܒܝܕ ܡܘܫܐ ܘܐܡܪ ܠܗ: ܒܪܝ ܒܘܟܪܝ ܐܝܣܪܝܠ. ܐܡܪܬ ܠܟ ܕܫܪܐ ܠܒܪܝ ܘܢܦܠܚܢܝ: ܘܐܠܐ ܨܒܝܬ ܠܡܫܒܩܘܗܝ: ܗܐ ܩܛܠ ܐܢܐ ܠܒܘܟܪܟ. ܘܐܦ ܒܝܕ ܢܒܝܐ ܣܗܕ ܥܠ ܗܘܐ ܘܡܚܣܕ ܐܢܘܢ ܘܐܡܪ ܠܗ ܠܥܡܐ: ܕܡܢ ܡܨܪܝܢ ܩܪܝܬܗ ܠܒܪܝ. ܐܝܟ ܕܩܪܝܬ ܐܢܘܢ ܗܟܢܐ ܐܙܠܘ ܘܣܓܕܘ ܠܒܥܠܐ ܘܠܦܬܟܪܐ ܣܡܘ ܒܣܡܐ. ܘܐܫܥܝܐ ܐܡܪ ܥܠܝܗܘܢ: ܕܒܢܝܐ ܪܒܝܬ ܘܪܘܡܡܬ: ܘܗܢܘܢ ܐܥܘܠܘ ܒܝ. ܘܬܘܒ ܟܬܝܒ: ܕܒܢܝܐ ܐܢܬܘܢ ܕܡܪܝܐ ܐܠܗܟܘܢ. ܘܥܠ ܫܠܝܡܘܢ ܐܡܪ: ܕܗܘ ܢܗܘܐ ܠܝ ܠܒܪܐ ܘܐܢܐ ܐܗܘܐ ܠܗ ܠܐܒܐ. ܘܐܦ ܚܢܢ ܩܪܝܢܢ ܠܡܫܝܚܐ ܒܪܗ ܕܐܠܗܐ ܕܒܗ ܝܕܥܢܢ ܠܐܠܗܐ: ܐܝܟ ܕܩܪܝܗܝ ܠܐܝܣܪܝܠ ܒܪܝ ܒܘܟܪܝ: ܘܐܝܟ ܕܐܡܪ ܥܠ ܫܠܝܡܘܢ: ܕܒܪܐ ܢܗܘܐ ܠܝ. ܘܩܪܝܢܢܝܗܝ ܐܠܗܐ ܐܝܟܢܐ ܕܟܢܝ ܠܡܘܫܐ ܫܡܐ ܒܫܡܗ. ܘܐܦ ܕܘܝܕ ܐܡܪ ܥܠܝܗܘܢ: ܕܐܢܐ ܐܡܪܬ ܕܐܠܗܐ ܐܢܬܘܢ ܘܒܢܘܗܝ ܕܡܪܝܡܐ ܟܠܟܘܢ ܘܟܕ ܠܐ ܐܬܩܢܘ

4. Nunc audi de nomine Filii Dei quo illum appellavimus. Aiunt [Iudaei] : Cum Deus filium non habeat, vos Iesum hunc crucifixum efficitis Filium primogenitum Dei. Sed Israelem vocavit Filium suum primogenitum cum misit ad Pharaonem, eique per Moysem dixit : *Filius meus primogenitus Israel. Dixi tibi : Dimitte filium meum, ut serviat mihi; quod si nolis dimittere eum; ecce ego interficiam primogenitum tuum*[1]. Sed et per prophetam testatus est, exprobrans eis et dicens populo : *Ex Aegypto vocavi eum filium meum. Ut vocavi eos, ita abierunt, et adoraverunt Baal, et simulacris thura apposuerunt*[2]. Isaias etiam de eis dixit : *Filios enutrivi et exaltavi; ipsi autem prave egerunt in me*[3]. Iterum scriptum est : *Filii estis Domini Dei vestri*[4]. Et de Salomone dixit : *Ipse erit mihi in filium, et ego ero ei in patrem*[5]. Nos igitur pariter Christum illum vocamus Filium Dei, per quem Deum cognovimus, quemadmodum ipse vocavit Israelem filium suum primogenitum, et de Salomone dixit : *Erit mihi filius;* Deum autem appellamus eum, sicut Moysem suo ipsius nomine nuncupavit. Sed insuper David de eis dixerat : *Ego dixi : Dii estis et filii Excelsi omnes*[6]. Cum autem se non emendarent, contra

AB] — 3 *B* om. ܩܪܝܢܢܝܗܝ. — 8 A ܘܐܠ ܠܐ. — 14 A ܘܒܣܡܐ. — 21 A ܕܩܪܐ. — 24 A ܐܦ. — 26 A om. ܘܟܕ ܠܐ ܐܬܩܢܘ.

[1] Ex. IV, 22. 23. — [2] Os. XI, 1, 2. — [3] Is. I, 2. — [4] Deut. XIV, 1. — [5] II Sam. VII, 14. I Chron. XXII, 10. — [6] Ps. LXXXII (LXXXI), 6.

eos ait : *Tanquam homines moriemini, et sicut unus de principibus cadetis*[1].

5. Porro divinitatis nomen ad maximum honorem datum est in mundo, et cui libuit Deus illud imposuit. Nomina autem Dei multa sunt et veneranda, sicut ipse, tradens nomina sua Moysi, dixit : *Ego sum Deus patrum vestrorum, Deus Abraham, Deus Isaac, et Deus Iacob*[2]. *Hoc nomen mihi est in aeternum, et hoc memoriale meum in generationem et generationes*[3]. Et nomen suum vocavit : *Ego sum qui sum*[4]. *Omnipotens, Dominus Sabaoth*[5]. His quippe nominibus Deus nuncupatur; quamvis autem excellens ac venerabile sit nomen divinitatis, illud iustis non denegavit; et cum sit ipse Rex magnus, summum gloriosumque nomen regni hominibus, qui plasmatio sunt eius, liberaliter communicavit.

6. Ita enim Nabuchodonosorem, regem impium, ore prophetae sui Deus regem regum nominavit. Ait siquidem Ieremias : *Quaecumque gens aut regnum non curvaverit collum sub iugo Nabuchodonosoris, regis regum, servi mei, in fame, et in gladio, et in peste visitabo super gentem illam*[6]. Licet igitur ipse sit Rex magnus, nomen regium hominibus non denegavit; licet sit Deus magnus, a divinitatis nomine carnales homines non

ܡܟܝܠ ܐܡܪ ܠܗܘܢ: ܐܝܟ ܒܢܝ̈ ܐܢܫܐ ܬܡܘܬܘܢ ܘܐܝܟ ܚܕ ܡܢ ܪ̈ܘܪܒܢܐ ܬܦܠܘܢ܀

ܫܡܐ ܓܝܪ ܕܐܠܗܘܬܐ ܠܐܝܩܪܐ ܪܒܐ ܐܬܝܗܒ ܒܥܠܡܐ ܘܠܡܢ ܕܨܒܐ ܐܠܗܐ ܣܡܗ ܠܗ. ܫܡܗ̈ܐ ܕܝܢ ܕܐܠܗܐ ܣܓܝܐܐ ܐܢܘܢ ܘܡܝܩܪܝܢ ܐܝܟ ܕܗܘ ܝܗܒ ܫܡܗܘܗܝ ܠܡܘܫܐ ܘܐܡܪ ܠܗ: ܕܐܢܐ ܐܢܐ ܐܠܗܐ ܕܐܒܗ̈ܝܟܘܢ ܐܠܗܗ ܕܐܒܪܗܡ ܐܠܗܗ ܕܐܝܣܚܩ ܘܐܠܗܗ ܕܝܥܩܘܒ. ܗܢܘ ܠܝ ܫܡܝ ܠܥܠܡ: ܘܗܢܘ ܕܘܟܪܢܝ ܠܕܪ̈ܕܪܝܢ. ܘܩܪܐ ܫܡܗ: ܐܗܝܗ ܐܫܪ ܐܗܝܗ ܐܠܫܕܝ ܘܐܕܘܢܝ ܨܒܐܘܬ. ܒܗܠܝܢ ܫܡܗ̈ܐ ܐܬܩܪܝ ܐܠܗܐ: ܘܟܕ ܫܡܐ ܕܐܠܗܘܬܐ ܪܒܐ ܘܡܝܩܪܐ ܗܘ ܡܢ ܙܕܝܩ̈ܐ ܠܐ ܟܠܝܗ. ܘܟܕ ܗܘܝܘ ܡܠܟܐ ܪܒܐ ܫܡܐ ܪܒܐ ܘܡܝܩܪܐ ܕܡܠܟܘܬܐ ܕܠܐ ܚܣܡ ܒܒܢܝ̈ܢܫܐ ܕܓܒܝܠܬܗ ܐܢܘܢ܀

ܠܢܒܘܟܕܢܨܪ ܓܝܪ ܡܠܟܐ ܪܫܝܥܐ ܒܦܘܡ ܢܒܝܗ ܐܠܗܐ ܡܠܟ ܡܠܟ̈ܐ ܩܪܝܗ. ܐܡܪ ܓܝܪ ܐܪܡܝܐ: ܕܟܠ ܥܡܐ ܘܡܠܟܘܬܐ ܕܠܐ ܬܪܟܢ ܨܘܪܗ ܒܢܝܪܗ ܕܢܒܘܟܕܢܨܪ ܡܠܟ ܡܠܟ̈ܐ ܥܒܕܝ: ܒܟܦܢܐ ܘܒܚܪܒܐ ܘܒܡܘܬܢܐ ܐܣܥܘܪ ܥܠ ܥܡܐ ܗܘ. ܘܟܕ ܗܘ ܡܠܟܐ ܪܒܐ ܐܝܬܘܗܝ: ܫܡ ܡܠܟܘܬܐ ܡܢ ܒܢܝ̈ ܐܢܫܐ ܠܐ ܟܠܐ. ܘܟܕ ܐܠܗܐ ܗܘ ܪܒܐ: ܫܡ ܐܠܗܘܬܐ

AB] — 5 A ܠܗ ,ܒܗ. — 11 A ܠܕܪ̈ܕܪܝܢ. — 12 B ܐܗܝܗ. — 17 A ܠܐ ܩܢܐ ܐܢܐ.

[1] Ps. LXXXII (LXXXI), 7. — [2] Ex. III, 6. — [3] *Ib.* III, 15. — [4] *Ib.* III, 14. — [5] Ier. XXXII, 18. — [6] Ier. XXVII, 8.

ܡܢ ܒܢܝ̈ ܒܝܬܗ ܠܐ ܚܣܟ. ܘܟܕ ܕܝܠܗ ܗܝ ܟܠܗ ܐܒܗܘܬܐ: ܐܦ ܐܒܗܬܐ ܩܪܐ ܠܒܢܝ̈ ܐܢܫܐ. ܐܡܪ ܠܗ ܓܝܪ ܠܟܢܘܫܬܐ: ܕܚܠܦ ܐܒܗܬܝܟܝ ܢܗܘܘܢ ܒܢܝ̈ܟܝ: ܘܟܕ ܕܝܠܗ ܗܝ ܡܠܟܘܬܐ: ܫܘܠܛܢܐ ܝܗܒ ܠܒܢܝ̈ ܐܢܫܐ ܚܕ ܥܠ ܚܒܪܗ. ܘܟܕ ܕܝܠܗ ܗܝ ܣܓܕܬܐ ܠܐܝܩܪܐ: ܐܚܕ ܕܢܝܩܪ ܒܗ ܐܢܫ ܠܚܒܪܗ ܒܥܠܡܐ ܝܗܒܗ. ܘܐܦܢ ܓܝܪ ܢܣܓܘܕ ܒܪ ܐܢܫܐ ܠܚܛܝܐ ܘܠܪܫܝܥܐ ܘܠܐܝܠܝܢ ܕܛܝܒܘܬܗ ܟܦܪܝܢ: ܠܐ ܡܬܬܪܫܐ ܡܢ ܐܠܗܐ. ܘܥܠ ܣܓܕܬܐ ܦܩܕ ܠܥܡܗ ܕܠܐ ܢܣܓܘܕ ܠܫܡܫܐ ܘܠܐ ܠܣܗܪܐ ܘܠܟܠܗ ܚܝܠܘܬܐ ܕܫܡܝܐ: ܘܐܦ ܠܐ ܠܟܠ ܒܪ̈ܝܢ ܕܥܠ ܐܪܥܐ ܠܐ ܬܬܪܓܪܓ ܠܡܣܓܕ. ܚܙܝ ܛܝܒܘܬܗ ܘܡܪܚܡܢܘܬܗ ܕܛܒܐ ܒܪܘܝܢ: ܕܠܐ ܚܣܟ ܡܢ ܒܢܝ̈ ܐܢܫܐ ܫܡ ܐܠܗܘܬܐ ܘܫܡ ܣܓܕܬܐ ܘܫܡ ܡܠܟܘܬܐ ܘܫܡ ܫܘܠܛܢܘܬܐ: ܡܛܠ ܕܗܘܝܘ ܐܒܐ ܕܒܪ̈ܝܬܐ ܕܥܠ ܐܦܝ̈ ܥܠܡܐ: ܘܡܢ ܟܠ ܒܪ̈ܝܬܗ ܝܩܪ ܘܐܪܝܡ ܘܫܒܚ ܠܒܢܝ̈ ܐܢܫܐ: ܡܛܠ ܕܒܐܝܕܘܗܝ ܩܕܝܫܬܐ ܓܒܠ ܐܢܘܢ ܘܡܢ ܪܘܚܗ ܢܦܚ ܒܗܘܢ ܘܡܥܡܪܐ ܗܘܐ ܠܗܘܢ ܡܢ ܩܕܝܡ: ܘܒܗܘܢ ܬܘܒ ܥܡܪ ܘܡܗܠܟ. ܐܡܪ ܓܝܪ ܒܢܒܝܐ: ܕܐܥܡܪ ܒܗܘܢ ܘܐܗܠܟ ܒܗܘܢ. ܘܬܘܒ ܐܦ ܐܪܡܝܐ ܢܒܝܐ

prohibuit; et quanquam omnem possidet paternitatem[1], mortales ipsos patris nomine nuncupavit; synagogae enim dixit : *Pro patribus tuis erunt filii tui*[2]. Etsi principatum tenet, unicuique hominum potestatem in alterum dedit; licet ad eius honorem adoratio debeatur, eam tamen ut unusquisque proximum suum honoraret in hoc mundo communicavit. Et licet quis peccatores atque impios, eosve qui eius gratiam abnegant adoret, hic a Deo non reprehenditur. De adoratione namque haec populum suum facere vetuit : *Non adorabis solem, nec lunam, neque omnes exercitus caelorum; etiamque omnes creaturas quae sunt super terram colere non desiderabis*[3]. Vide autem quanta sit boni Creatoris nostri gratia et misericordia, qui nomen divinitatis, nomen adorationis, nomen regni, aut nomen potestatis hominibus non denegavit; ipse enim pater est creaturarum omnium quae sunt super faciem mundi, ac prae ceteris creaturis honoravit, extulit et glorificavit homines, quia manibus suis sanctissimis eos plasmavit, de spiritu suo in eos insufflavit, ipseque eis olim factus est habitatio; sed in eis quoque habitat et ambulat. Ait enim per prophetam : *Habitabo in eis, et inambulabo inter illos*[4]. Rursus Ieremias propheta

AB] — 4 A ܚܠܦ. 15 B ܒܪܝܢ. — 23 A ܩܕܝܫܐ.

[1] Eph. III, 15. — [2] Ps. XLV (XLIV), 17. — [3] Deut. IV, 17. — [4] Lev. XXVI, 12. II Cor. VI, 16.

dixit : *Templum Domini vos estis, si emendaveritis vias vestras et opera vestra*[1]. Sed prius dixit David : *Domine, habitaculum factus es nobis in generationes generationum, priusquam conciperentur montes, et priusquam parturiret terra, et priusquam conderetur orbis; et a saeculo usque in saeculum tu es Deus*[2].

7. Quomodo autem istud intelligis? Nam dicit unus propheta : *Domine, habitaculum factus es nobis;* alter autem ait : *Habitabo in eis et inambulabo inter illos.* Sed primo factus ipse nobis est habitaculum, postea vero in nobis habitavit et inambulavit. Utrumque profecto sapientibus verum apertumque videtur. David igitur ait : *Domine, habitaculum factus es nobis in generationes generationum, priusquam conciperentur montes, priusquam parturiret terra, et priusquam conderetur orbis.* Porro nosti, carissime, cunctas creaturas cum superiores tum inferiores prius conditas fuisse; post omnes eas vero hominem. Quando enim cogitavit Deus mundum cum omnibus ornatibus suis creare, in mente sua concepit effinxitque hominem. Posteaquam vero in Dei cogitatione formatus fuit homo, tunc concepit [Deus] creaturas, sicuti dixit : *Priusquam conciperentur montes, aut gigneret*

ܐܡܪ: ܕܗܝܟܠܗ ܐܢܬܘܢ ܕܡܪܝܐ ܐܢ ܬܫܦܪܘܢ ܐܘܪܚܬܟܘܢ ܘܥܒܕܝܟܘܢ. ܘܗܘ ܩܕܝܡ ܐܡܪ ܕܘܝܕ: ܕܡܪܝܐ ܒܝܬ ܡܥܡܪܐ ܗܘܝܬ ܠܢ ܠܕܪܕܪܝܢ ܥܕܠܐ ܢܬܒܛܢܘܢ ܛܘܪܐ ܘܥܕܠܐ ܬܬܚܒܠ ܐܪܥܐ ܘܥܕܠܐ ܬܬܩܢ ܬܒܝܠ: ܘܡܢ ܥܠܡ ܘܥܕܡܐ ܠܥܠܡ ܐܢܬ ܗܘ ܐܠܗܐ܀

ܘܐܝܟܢܐ ܡܣܬܟܠ ܠܟ ܗܕܐ. ܕܚܕ ܢܒܝܐ ܐܡܪ: ܡܪܝܐ ܒܝܬ ܡܥܡܪܐ ܗܘܝܬ ܠܢ: ܘܚܕ ܐܡܪ: ܕܐܥܡܪ ܒܗܘܢ ܘܐܗܠܟ ܒܗܘܢ. ܒܩܕܡܝܬ ܗܘ ܗܘܐ ܠܢ ܒܝܬ ܡܥܡܪܐ: ܘܡܢ ܒܬܪܟܢ ܥܡܪ ܒܢ ܘܗܠܟ: ܘܠܚܟܝܡܐ ܬܪܬܝܗܝܢ ܫܪܝܪܢ ܘܦܫܝܩܢ. ܐܡܪ ܗܟܝܠ ܕܘܝܕ: ܕܡܪܝܐ ܒܝܬ ܡܥܡܪܐ ܗܘܝܬ ܠܢ ܠܕܪܕܪܝܢ ܥܕܠܐ ܢܬܒܛܢܘܢ ܛܘܪܐ ܘܥܕ ܠܐ ܬܬܚܒܠ ܐܪܥܐ ܘܥܕ ܠܐ ܬܬܩܢ ܬܒܝܠ. ܝܕܥ ܐܢܬ ܚܒܝܒܝ ܕܟܠܗܝܢ ܒܪܝܬܐ ܕܠܥܠ ܘܕܠܬܚܬ ܩܕܡܝܗ ܐܬܒܪܝ ܕܐܕܡ. ܘܒܬܪܟܢ ܟܠܗܘܢ ܒܪܢܫܐ ܟܕ ܚܫܒ ܐܠܗܐ ܕܢܒܪܐ ܥܠܡܐ ܒܟܠ ܨܒܬܘܗܝ. ܡܢ ܩܕܝܡ ܒܗܝ ܗܘ ܒܗ ܐܬܚܫܒ ܠܐܕܡ. ܘܡܢ ܒܬܪ ܕܐܬܚܫܒ ܐܕܡ ܒܡܚܫܒܬܗ: ܗܝܕܝܢ ܒܗܝ ܒܪܝܬܐ ܐܝܟ ܕܐܡܪ: ܕܥܕܠܐ ܢܬܒܛܢܘܢ ܛܘܪܐ ܘܬܬܚܒܠ ܐܪܥܐ ܬܒܝܠ: ܥܡܗ

AB. — 1 A ܗܘܝܬܘܢ ܕܡܪܝܐ. — 6 A ܘܥܕܡܐ. — 16 A ܕܪܕܪܝܢ. — 20 A ܒܬܪܟܢ ܟܠܗܘܢ ܒܪܢܫܐ. — *Ib.* A om. ܟܠܗܘܢ. — 22 A secunda manu, *B* punctum habent post ܩܕܝܡ ܡܢ. A prima manu punctum habebat post ܨܒܬܘܗܝ. — 23 A om. ܒܗ. — *Ib.* A ܒܡܚܫܒܬܗ.

[1] Ier. VII, 4-5. — [2] Ps. XC (LXXXIX), 1, 2. Cf. Eph. I, 4.

ܕܗܐ ܐܢܫܐ ܩܕܝܡ ܘܩܫܝܫ ܒܒܛܝܢܘܬܐ ܡܢ ܒܪ̈ܝܬܐ: ܘܒܡܝܠܕܘܬܐ ܩܕܝܡܝܢ ܘܩܫܝܫܝܢ ܒܪ̈ܝܬܐ ܡܢ ܐܕܡ. ܐܬܒܛܝ ܐܕܡ ܘܥܡܪ ܒܡܚܫܒܬܗ ܕܐܠܗܐ: ܘܟܕ ܒܒܛܝܢܘܬܐ ܚܒܝܫ ܒܠܒܒܗ ܒܡܠܬܐ ܕܦܘܡܗ ܒܪܐ ܟܠܗܝܢ ܒܪ̈ܝܬܐ. ܘܟܕ ܨܒܬ ܘܫܟܠܠ ܥܠܡܐ ܟܕ ܡܕܡ ܠܐ ܚܣܝܪ ܒܗ: ܗܝܕܝܢ ܐܘܠܕܗ ܠܐܕܡ ܡܢ ܡܚܫܒܬܗ: ܘܓܒܠܗ ܠܒܪ ܐܢܫܐ ܒܐܝܕܘܗܝ: ܘܚܙܐ ܥܠܡܐ ܐܕܡ ܟܕ ܡܫܟܠܠ: ܘܐܫܠܛܗ ܥܠ ܟܠ ܥܒܕܘܗܝ ܐܝܟ ܓܒܪܐ ܕܐܝܬ ܠܗ ܒܪܐ ܘܨܒܐ ܕܢܥܒܕ ܠܗ ܡܫܬܘܬܐ ܙܒܢ ܠܗ ܐܢܬܬܐ ܘܒܢܐ ܠܗ ܒܝܬܐ ܘܡܛܝܒ ܘܡܬܩܢ ܟܠ ܕܡܬܒܥܐ ܠܗ ܠܒܪܗ: ܘܗܝܕܝܢ ܥܒܕ ܡܫܬܘܬܐ ܘܡܫܠܛ ܠܒܪܗ ܥܠ ܒܝܬܗ. ܘܗܟܢܐ ܒܬܪ ܒܛܝܢܘܬܗ ܕܐܕܡ ܐܘܠܕܗ ܘܐܫܠܛܗ ܥܠ ܟܠܗ ܒܪܝܬܗ. ܥܠ ܗܕܐ ܐܡܪ ܢܒܝܐ: ܕܡܪܝܐ ܒܝܬ ܡܥܡܪܐ ܗܘܝܬ ܠܢ ܠܕܪ̈ܕܪܝܢ ܥܕܠܐ ܢܬܒܛܢܘܢ ܛܘܪ̈ܐ ܘܥܕܠܐ ܬܚܒܠ ܐܪܥܐ ܘܥܕܠܐ ܢܬܩܢ ܬܐܒܝܠ: ܘܡܢ ܥܠܡ ܘܥܕܡܐ ܠܥܠܡ ܐܝܬ ܗܘ ܡܪܝܐ. ܕܠܐ ܐܢܫ ܢܚܫܘܒ ܠܗ ܕܐܝܬ ܐܠܗܐ ܐܚܪܢܐ ܐܘ ܕܡܢ ܩܕܝܡ ܐܘ ܕܡܢ ܒܬܪܟܢ ܐܡܪ: ܕܡܢ ܥܠܡ ܘܥܕܡܐ ܠܥܠܡ: ܐܝܟ ܕܐܡܪ

terra partum suum; creaturis namque prior et antiquior homo est in conceptu. In nativitate autem creaturae sunt homine antiquiores et vetustiores. Homo conceptus est; in Dei autem cogitatione commorabatur, et dum in mente sua [Deus] eum conclusum tenebat in conceptione, universas creaturas condidit verbo oris sui. Completoque et ornato mundo ita ut nihil ei deesset, tum de cogitatione sua genuit hominem; plasmavit eum manibus suis, et intuitus est homo mundum conditum. Et praeposuit eum [Deus] universis operibus suis, tanquam vir qui filium habens, volensque ei fieri nuptias, mercatur ei sponsam, domum aedificat, omniaque instruit et ordinat quae filio suo sunt necessaria; ac demum nuptias celebrat, et filium domui suae praeponit. Ita postquam conceptus est homo, genuit eum [Deus], atque universae creaturae suae praeposuit. Ideo propheta dixit : *Domine, habitaculum factus es nobis in generationes generationum, priusquam conciperentur montes, priusquam parturiret terra, et priusquam conderetur orbis; et a saeculo usque in saeculum tu es Deus*[1]. Ne quis autem existimaret alium esse Deum, seu prius seu posterius, dixit : *A saeculo et usque in saecu-*

AB]. — 2 *B* ܒܪ̈ܝܬܐ. — 3 A ܘܩܕܝܡܝܢ. — 10 A ܠܒܪܢܫܐ ܐܕܡ. — 12 *B* om. ܘܥܒܕ. — 13 A ܘܙܒܢ. — 22 A ܡܢ ܥܠܡ ܘܥܕܡܐ. — 23 A ܡܪܝܐ ܐܠܗܐ. — 24 A ܢܚܫܒ — *Ib.* om. ܠܗ. — *Ib.* A ܐܠܗܐ ܐܚܪܢܐ.

[1] Ps. xc (lxxxix), 1, 2.

lum. Similiter Isaias ait : *Ego sum primus, et ego sum novissimus*[1]. Postquam igitur de cogitatione sua genuit hominem Deus, plasmavit eum, et insufflavit ei de spiritu suo; dedit ei scientiam discriminis, qua bonum a malo distingueret, et Deum, factorem suum, agnosceret. Dum autem cognovit homo creatorem suum, informatus et conceptus est Deus in mente hominis, qui templum Deo, creatori suo, effectus est, sicut scriptum est : *Templum Dei vos estis*[2]; sicut etiam ipse dixit : *Habitabo in eis et inambulabo inter illos*[3]. At in filiis Adam qui factorem suum non agnoscunt, ille non informatur, neque in eis habitat, neque eorum mente concipitur; sed tanquam iumentum coram eo reputantur[4], et tanquam reliquae creaturae.

8. Haec enim vero contumacibus facient fidem, nos nihil novi dicere, quando Christum nuncupamus Filium Dei, qui homines universos concepit, et de cogitatione sua genuit. Iterum redarguentur nomen etiam divinitatis illi competere, cum ipse iustos suos deorum nomine appellaverit. Si autem Iesum adoramus, per quem Deum agnovimus, illi erubescant qui vel coram impiis, inter gentes contaminatas principatum habentibus, pro-

ܩܕܡܝܐ܆ ܕܐܢܐ ܐܢܐ ܩܕܡܝܐ ܘܐܢܐ ܐܢܐ ܐܚܪܝܐ. ܘܡܢ ܒܬܪ ܕܐܘܠܕ ܐܠܗܐ ܠܐܕܡ ܡܢ ܒܝܢܬ ܡܚܫܒܬܗ ܓܒܠܗ ܘܢܦܚ ܒܗ ܡܢ ܪܘܚܗ ܘܝܗܒ ܝܕܥܬܐ ܕܦܘܪܫܢܐ ܕܢܦܪܘܫ ܛܒ ܡܢ ܒܝܫ ܘܕܢܕܥ ܕܐܠܗܐ ܥܒܕܗ܆ ܘܟܕ ܝܕܥ ܠܥܒܘܕܗ ܐܬܬܨܝܪ ܘܐܬܒܛܢ ܐܠܗܐ ܒܗ ܡܚܫܒܬܗ ܕܒܪܢܫܐ. ܘܗܘܐ ܠܗ ܗܝܟܠܐ ܠܐܠܗܐ ܥܒܘܕܗ܆ ܐܝܟ ܕܟܬܝܒ܆ ܕܗܝܟܠܗ ܐܢܬܘܢ ܕܐܠܗܐ. ܘܗܘ ܐܡܪ܆ ܕܐܥܡܪ ܒܗܘܢ ܘܐܗܠܟ ܒܗܘܢ. ܒܪܡ ܕܝܢ ܒܒܢܝ ܐܕܡ ܕܠܥܒܘܕܗܘܢ ܠܐ ܝܕܥܝܢ ܠܐ ܡܬܬܨܝܪ ܒܝܢܬܗܘܢ ܘܠܐ ܥܡܪ ܒܗܘܢ ܘܠܐ ܡܬܒܛܢ ܒܡܚܫܒܬܗܘܢ܆ ܐܠܐ ܐܝܟ ܒܥܝܪܐ ܚܫܝܒܝܢ ܩܕܡܘܗܝ ܘܐܝܟ ܫܪܟܐ ܕܒܪܝܬܐ܀

ܡܢ ܗܠܝܢ ܓܝܪ ܢܬܛܦܝܣܘܢ ܚܪܝܢܐ ܕܠܐ ܚܕܬܐ ܗܘܐ ܕܩܪܝܢ ܚܢܢ ܠܡܫܝܚܐ ܒܪܗ ܕܐܠܗܐ܆ ܕܗܐ ܟܠܗܘܢ ܒܢܝܢܫܐ ܗܘ ܒܛܢ ܘܐܘܠܕ ܐܢܘܢ ܡܢ ܡܚܫܒܬܗ. ܘܢܬܟܘܢܘܢ ܕܐܦ ܫܡܐ ܕܐܠܗܘܬܐ ܐܝܬ ܠܗ܆ ܕܐܦ ܠܙܕܝܩܘܗܝ ܫܡܗ ܒܫܡ ܐܠܗܐ. ܘܕܣܓܕܝܢ ܚܢܢ ܠܝܫܘܥ ܕܒܗ ܝܕܥܢ ܠܐܠܗܐ܆ ܢܒܗܬܘܢ ܕܐܦ ܠܥܡܡܐ ܛܢܦܐ ܫܠܝܛܝܢ ܕܡܢ

AB — 8 A ܠܐܠܗܐ ܥܒܘܕܗ. 9 B om. ܠܐܠܗܐ... ܥܒܘܕܗ. — 12 A ܠܐ ܠܐ. — 22 A ܠܐܠܗܐ. 23 B om. ܫܡܗ. — 24 A ܝܕܥܝܢ. *Ib* B ܘܐܦ ܒܥܡܡܐ ܛܢܦܐ ܐܚܪܢܐ.

[1] Is. XLIV, 6, XLVIII, 12. — [2] Cor. III, 16. — [3] Lev. XXVI, 12. II Cor. VI, 16. — [4] Ps. LXXIII (LXXII), 22-23.

ܟܡܝܬܐ ܠܡܠܟܐ ܢܦܠܝܢ ܘܣܓܕܝܢ ܘܡܝܩܪܝܢ ܘܟܠܗ ܪ̈ܫܝܢܐ ܡܩܒܠ: ܕܗܢܐ ܐܝܩܪܐ ܕܣܓܕܬܐ ܝܗܒ ܐܠܗܐ ܠܒܢܝ̈ܢܫܐ ܐܝܟ ܕܢܝܩܪܘܢ ܒܗ ܚܕ ܠܚܕ: ܘܐܦ ܠܐܝܠܝܢ ܕܡܥܠܝܢ ܘܡܝܩܪܝܢ ܡܢܗܘܢ. ܘܐܢ ܓܝܪ ܠܪ̈ܫܝܥܐ ܣܓܕܝܢ ܘܡܝܩܪܝܢ ܒܣܓܕܬܐ ܕܣܓܕܬܐ ܘܐܠܝܢ ܕܒܪܫܝܥܘܬܗܘܢ ܘܐܦ ܒܫܡ ܐܠܗܐ ܟܦܪܝܢ ܒܗ ܐܝܟ ܕܠܒܪܘܝܗܘܢ ܠܐ ܣܓܕܝܢ ܐܝܟ ܕܠܗܘܢ ܥܠܝܗܘܢ ܟܠܗ ܚܛܗܐ: ܠܢ ܟܡܐ ܘܠܐ ܠܢ ܕܢܣܓܘܕ ܘܢܦܠܚ ܠܝܫܘܥ ܕܐܦܢܝ ܡܕ̈ܥܝܢ ܩܫܝܬܐ ܡܢ ܟܠ ܣܓܕ̈ܝ ܕܛܥܝܘܬܐ ܣܪܝܩܬܐ ܘܐܠܦܢ ܕܠܚܕ ܐܠܗܐ ܐܒܘܢ ܘܥܒܘܕܢ ܢܣܓܘܕ ܘܢܦܠܘܚ ܘܢܫܡܫ. ܘܝܕܥܝܢ ܘܡܠ̈ܟܐ ܕܥܠܡܐ ܩܪܝܢ ܫܡܗܘܢ ܐܠܗܐ ܒܫܡ ܐܠܗܐ ܪܒܐ ܡܪ̈ܘܕܐ ܐܢܘܢ ܘܡܥܒ̈ܕܢܐ: ܘܢܦܠܝܢ ܘܣܓܕܝܢ ܩܕܡܝܗܘܢ. ܘܠܗܘܢ ܦܠܚܝܢ ܘܡܝܩܪܝܢ ܐܝܟ ܕܠܨܠܡܐ ܘܠܦܬܟܪ̈ܐ ܕܠܐ ܪܫܐ ܐܢܘܢ ܢܡܘܣܐ ܡܢܡܕܡ ܘܟܠܗ ܚܛܗܐ: ܐܝܟ ܕܐܦ ܕܢܝܐܝܠ ܣܓܕ ܗܘܐ ܠܢܒܘܟܕܢܨܪ ܥܒܘܕܐ ܘܡܥܒܕܢܐ ܘܠܐ ܐܬܪܫܝ: ܝܘܣܦ ܣܓܕ ܠܦܪܥܘܢ ܘܠܐ ܟܬܝܒ ܕܗܘܐ ܠܗ ܚܛܗܐ. ܚܢܢ ܕܝܢ

cumbunt, adorant, eis reddunt honorem, neque in ullam vituperationem incurrunt; honor quippe ille adorationis a Deo datus est hominibus, ut unusquisque alios revereretur[1], eos maxime qui aliis superiores et digniores forent. Si autem venerantur atque adorationis cultu honorant impios, qui in malitia sua ipsum Dei nomen abnegant, eos non tanquam factorem suum adorant, neque ullum peccatum contrahunt; nos vero quanto magis decet Iesum adorare et colere, qui mentes nostras pervicaces ab omnibus superstitionibus vani erroris avertit, et docuit nos Deum unum, Patrem et Factorem nostrum, adorare et colere et ei servire. Scientes autem reges huius mundi, qui nomine magni Dei seipsos deos vocant, apostatas esse et ad apostasiam cogere, coram eis tamen procumbunt et ei adorant, servitiumque eis et honorem, veluti simulacris et idolis, exhibent, neque a lege in hoc culpantur unquam, neque ullo modo peccant. Ita ipse Daniel Nabuchodonosorem, apostatam et apostasiae suasorem, adoravit, nec reprehensus fuit; Ioseph Pharaonem adoravit, nec scriptum est eum peccatum admisisse. Nos vero firmiter credimus Iesum Deum esse et Dei Filium, per

AB] — 2 *B* ܪ̈ܫܝܢܐ. — 16 *B* ܘܢܫܡܫ. — *Ib.* A ܝܕܥܝܢ. — 17 *B regem saeculorum* ܘܡܠܟܐ ܕܥܠܡ̈ܐ. — 18 A ܐܒܐ [ܪܒܐ. — 20 A prius ܩܕܡܝ secunda manu in ܩܕܡܝܗ mutatum. — 21 A ܘܠܐ. — 22 A ܡܢ ܡܕܡ. — 23 A ܗܘ. — 26 A ܐܢܚܢ.

[1] Rom. xii, 10.

quem agnovimus Patrem eius, per quem etiam ab omnibus religionibus cohibiti sumus. Nihil quidem possumus ei rependere, qui tanta pro nobis sustinuit: attamen adoratione nostra honorem ei retribuemus, pro angustia quam propter nos [passus est].

9. Nunc demonstrandum nobis est Iesum illum a prophetis olim promissum fuisse et Filium Dei vocatum fuisse. David siquidem ait : *Filius meus es tu, et ego hodie genui te*[1]. Et rursum : *In splendoribus sanctitatis ex utero, ab antiquo, te puerum genui*[2]. Isaias autem dixit : *Parvulus natus est nobis, et Filius datus est nobis; et factus est principatus eius super humerum eius; et vocabitur nomen eius Admirabilis, Consiliarius, Deus fortis saeculorum, Princeps pacis; et amplitudinis principatus eius et pacis eius non erit finis*[3]. Dicito ergo mihi, o sapiens doctor Israel, quis sit ille qui natus est, et cuius nomen vocatur Parvulus, et Filius, et Admirabilis, Consiliarius, Deus fortis saeculorum, et Princeps pacis, cuius principatus amplitudini et paci nullum ait futurum esse finem? Christum enim Filium Dei vocare David nos edocuit, eumque Deum nominare ex Isaia didicimus. *Datus est principatus super humerum eius*,

ܦܪܘܩܢ ܠܢ ܕܢܣܒ ܐܠܗܘܬܐ ܗܘ ܒܪ ܐܠܗܐ ܘܒܗ ܝܕܥܢ ܠܐܒܘܗܝ ܘܒܗ ܦܨܢ ܡܢ ܟܠ ܦܘܠܚ̈ܢܐ: ܡܟܝܠ ܠܝܬ ܠܢ ܕܢܦܪܘܥ ܠܗ ܕܗܠܝܢ ܣܝܒܪ ܡܛܠܬܢ: ܐܠܐ ܒܣܓܕܬܐ ܢܦܪܘܥ ܠܗ ܐܝܩܪܐ ܚܠܦ ܐܘܠܨܢܗ ܕܡܛܠܬܢ܀

ܬܘܒ ܘܠܐ ܠܢ ܠܡܚܘܝܘ ܕܡܣܒܪ ܗܘܐ ܡܫܝܚܐ ܗܢܐ ܝܫܘܥ ܡܢ ܩܕܝܡ ܒܢܒܝ̈ܐ ܘܐܬܩܪܝ ܒܪܐ ܕܐܠܗܐ. ܕܘܝܕ ܐܡܪ: ܕܒܪܝ ܐܢܬ: ܘܐܢܐ ܝܘܡܢܐ ܝܠܕܬܟ. ܬܘܒ ܐܡܪ: ܒܗܕܪ̈ܝ ܩܘܕܫܐ ܡܢ ܡܪܒܥܐ ܡܢ ܩܕܝܡ ܠܟ ܛܠܝܐ ܝܠܕܬܟ. ܘܐܫܥܝܐ ܐܡܪ: ܕܝܠܕܐ ܐܬܝܠܕ ܠܢ ܘܒܪܐ ܐܬܝܗܒ ܠܢ: ܘܗܘܬ ܫܘܠܛܢܗ ܥܠ ܟܬܦܗ: ܘܐܬܩܪܝ ܫܡܗ ܕܡܝܪܐ ܘܡܠܘܟܐ ܘܐܠܗܐ ܓܢܒܪܐ ܕܥܠܡܐ ܘܐܪܟܘܢܐ ܕܫܠܡܐ: ܠܣܘܓܐܐ ܫܘܠܛܢܗ ܘܠܫܠܡܗ ܠܝܬ ܣܟܐ. ܡܟܝܠ ܐܡܪ ܠܝ ܐܘ ܚܟܝܡܐ ܡܠܦܢܗ ܕܐܝܣܪܝܠ܆ ܡܢܘ ܕܐܬܝܠܕ ܘܐܬܩܪܝ ܫܡܗ ܛܠܝܐ ܒܪܐ ܘܕܡܝܪܐ ܘܡܠܘܟܐ ܐܠܗܐ ܓܢܒܪܐ ܕܥܠܡܐ ܘܐܪܟܘܢܐ ܕܫܠܡܐ ܠܣܘܓܐܐ ܫܘܠܛܢܗ ܘܠܫܠܡܗ ܐܡܪ ܕܠܝܬ ܣܟܐ܆ ܐܠ ܓܝܪ ܩܪܝܢ ܠܡܫܝܚܐ ܒܪܐ ܕܐܠܗܐ ܕܘܝܕ ܐܠܦܢ. ܘܕܩܪܝܢܝܗܝ ܐܠܗܐ ܡܢ ܐܫܥܝܐ ܝܠܦܢ: ܕܐܬܝܗܒ ܫܘܠܛܢܗ

AB| — 10 A ܒܪܝ. — Ib. A ܝܠܕܬܟ. 12 A ܝܠܕܬܟ. — 14 A ܫܘܠܛܢܘܗܝ. — Ib. A ܘܗܘܐ. — 24 A ܒܪܗ. — 26 A ܘܐܬܝܗܒ.

[1] Ps. II, 7. — [2] Ps. CX (CIX), 3. — [3] Is. IX, 6, 7.

ܟܕ ܛܥܢ ܙܩܝܦܗ ܘܢܦܩ ܡܢ ܐܘܪܫܠܡ. ܘܕܡܬܝܠܕ ܛܠܝܐ ܐܡܪ ܐܦ ܐܫܥܝܐ ܒܕܘܟܐ ܐܚܪܢܐ: ܕܗܐ ܒܬܘܠܬܐ ܬܒܛܢ ܘܬܐܠܕ: ܘܢܬܩܪܐ ܫܡܗ ܥܡܢܘܐܝܠ ܕܐܝܬܘܗܝ ܐܠܗܢ ܥܡܢ܀

ܘܐܢ ܐܡܪ ܕܥܕܡܐ ܠܗܫܐ ܠܐ ܐܬܐ ܡܫܝܚܐ: ܠܚܨܝܦܘܬܟ ܐܬܠ ܠܟ ܐܦ ܗܕܐ. ܟܕ ܐܬܐ ܓܝܪ ܐܝܟ ܕܟܬܝܒ: ܕܠܗ ܡܣܟܝܢ ܥܡܡܐ. ܗܐ ܐܢܐ ܡܢ ܥܡܡܐ ܫܡܥܬ ܕܐܬܐ ܡܫܝܚܐ: ܘܥܕ ܠܐ ܐܬܐ ܩܕܡܝܬ ܗܝܡܢܬ ܒܗ: ܘܒܐܝܕܗ ܣܓܕ ܐܢܐ ܠܐܠܗܐ ܕܐܝܣܪܝܠ. ܠܡܐ ܟܕ ܐܬܐ ܢܟܣܢܝ ܕܥܕ ܠܐ ܐܬܐ ܐܢܐ ܩܕܡܝܬ ܗܝܡܢܬ ܒܗ܀ ܕܘܝܐ ܐܢܬ ܣܟܠܐ܀ ܢܒܝܐ ܠܐ ܡܫܒܩܝܢ ܠܟ ܕܬܐܡܪ ܕܥܕܟܝܠ ܠܐ ܐܬܐ ܗܘ ܡܫܝܚܐ. ܕܢܝܐܝܠ ܡܟܣ ܠܟ ܘܐܡܪ: ܕܡܢ ܒܬܪ ܫܒܘܥܐ ܫܬܝܢ ܘܬܪܝܢ ܐܬܐ ܡܫܝܚܐ ܘܢܬܩܛܠ: ܘܒܡܐܬܝܬܗ ܡܬܚܪܒܐ ܩܪܝܬܐ ܕܩܘܕܫܐ ܘܫܘܠܡܗ ܒܫܛܦܐ: ܘܥܕܡܐ ܠܫܘܠܡܐ ܕܦܣܝܩܬܐ ܩܘܝܐ ܒܚܘܪܒܐ. ܐܢܬ ܕܝܢ ܡܣܟܐ ܘܡܣܒܪ ܐܢܬ ܕܒܡܐܬܝܬܗ ܕܡܫܝܚܐ ܗܘ ܡܬܟܢܫ ܐܝܣܪܝܠ ܡܢ ܟܠ ܐܬܪ: ܘܐܘܪܫܠܡ ܬܬܒܢܐ ܘܬܬܝܬܒ. ܘܕܢܝܐܝܠ ܣܗܕ ܕܟܕ ܐܬܐ ܡܫܝܚܐ ܘܐܬܩܛܠ ܐܘܪܫܠܡ ܬܬܚܪܒ ܘܬܩܘܐ ܒܚܘܪܒܐ ܥܕܡܐ ܠܫܘܠܡܐ ܕܦܣܝܩܬܐ ܠܟܠܗܘܢ. ܡܛܠ

quando crucem suam portavit et Ierusalem egressus est. Eum autem esse parvulum natum Isaias alio loco dixit : *Ecce Virgo concipiet et pariet; et vocabitur nomen illius Emmanuel, quod est : Deus noster nobiscum*[1].

10. Quod si dixeris Christum hucusque non advenisse, contumaciae tuae haec iterum suppeditabo. Cum venerit, ut scriptum est, *gentes eum exspectabunt*[2]. Et ecce ego ex gentibus audivi Christum venturum esse; et priusquam veniret in eum iam credidi, et per ipsum adoro Deum Israel. Numquid ut advenerit me reprehendet eo quod antequam veniret in eum iam crediderim? At, insulse! non te sinunt prophetae dicere Christum nondum advenisse. Arguit te Daniel his verbis : *Post hebdomadas sexaginta duas veniet Christus, et occidetur; et in adventu eius, civitas Sanctitatis destruetur, et finis eius in vastatione; et usque ad consummationem eorum quae praefinita sunt, in desolatione perseverabit*[3]. Tu autem exspectas sperasque in adventu Christi fore ut Israel undique in ea congregetur, et iterum aedificetur et habitetur Ierusalem. Sed Daniel testatur Ierusalem, cum Christus venerit et occisus fuerit, vastatum iri et in desolatione perseverare debere usque ad consummationem eorum

AB] — 10 A ܠܐ ܐܬܐ ܘܥܕ [ܘܥܕܡܐ. — 11 *B* ܒܗ. — 15 A ܠܡܫܝܚܐ. — 20 A add. ܠܗ ܟܠ [ܘܥܕܡܐ. — 22 A om. ܒܗ.

[1] Is. VII, 14. Matth. I, 23. — [2] Gen. XLIX, 10. — [3] Dan. IX, 26, 27.

quae praefinita sunt, in perpetuum. De passione autem Christi David ait : *Foderunt manus meas et pedes meos; eiulaverunt omnia ossa mea. Ipsi consideraverunt et inspexerunt me, diviserunt vestimenta mea inter se, et super vestem meam miserunt sortem*[1]. Isaias etiam dixit : *Ecce innotescet servus meus; exaltabitur et elevabitur, ita ut obstupescant super eum multi. Illius aspectus corruptus erit magis quam [species] viri, et forma eius plus quam [forma] hominum*[2]. Subiicitque : *Expiabit gentes multas, et super eum obstupescent reges*[3]. Et eodem loco ait : *Ascendit ut parvulus coram eo, et sicut radix de terra sitienti*[4]. Et tandem sub fine sententiae : *Ipse occidetur propter peccata nostra; humiliabitur propter iniquitatem nostram. Disciplina pacis nostrae super eum, et vulneribus eius sanabimur*[5]. Quibusnam autem vulneribus homines sanati sunt? David enim non fuit occisus, utpote qui in senectute bona obierit, et in Bethleem sepultus sit[6]. Forte autem de Saule dici contendent; Saul namque in montibus Gelboe interiit, in pugna Philistaeorum[7]. Sed si dixerint transfossas esse manus et pedes eius quando corpus eius suspenderunt in muro Bethsan[8], verbum illud in Saule non completur. Cum enim Saulis membra

ܣܝܡܢ ܘܡܥܬܕܢ ܕܗܘܝܢ ܐܡܪ: ܕܒܙܥܘ ܐܝܕܝ ܘܪ̈ܓܠܝ: ܘܐܝܠܠܘ ܟܠܗܘܢ ܓܪ̈ܡܝ. ܗܢܘܢ ܚܪܘ ܘܚܙܘ ܒܝ: ܘܦܠܓܘ ܢܚܬܝ ܒܝܢܬܗܘܢ ܘܥܠ ܠܒܘܫܝ ܐܪܡܝܘ ܦܣܐ. ܘܐܫܥܝܐ ܐܡܪ: ܕܗܐ ܡܬܝܕܥ ܥܒܕܝ ܘܡܬܥܠܐ ܘܡܬܪܘܡ ܐܝܟ ܕܢܬܡܗܘܢ ܥܠܘܗܝ ܣܓܝ̈ܐܐ. ܗܘܐ ܡܚܒܠ ܚܙܘܗ ܡܢ ܕܓܒܪܐ ܘܫܘܦܪܗ ܡܢ ܕܒܢ̈ܝ ܐܢܫܐ ܘܐܡܪ: ܕܢܕܝܐ ܠܥܡ̈ܡܐ ܣܓܝ̈ܐܐ: ܘܡ̈ܠܟܐ ܢܬܡܗܘܢ ܥܠܘܗܝ. ܘܐܡܪ ܒܗ ܒܦܠܐܬܐ: ܕܣܠܩ ܐܝܟ ܝܠܘܕܐ ܩܕܡܘܗܝ: ܘܐܝܟ ܥܩܪܐ ܡܢ ܐܪܥܐ ܕܨܗܝܐ. ܘܐܡܪ ܒܚܪܬܗ ܕܦܠܐܬܐ: ܕܗܘ ܡܬܩܛܠ ܡܛܠ ܚܛܗ̈ܝܢ ܡܬܡܟܟ ܡܛܠ ܥܘܠܢ: ܡܪܕܘܬܐ ܕܫܠܡܢ ܥܠܘܗܝ ܘܒܫܘܡ̈ܩܘܗܝ ܢܬܐܣܐ. ܒܐܝܠܝܢ ܫܘ̈ܡܩܐ ܐܬܐܣܝܘ ܒܢ̈ܝܢܫܐ: ܕܘܝܕ ܠܐ ܐܬܩܛܠ: ܡܛܠ ܕܡܝܬ ܒܣܝܒܘܬܐ ܛܒܬܐ ܘܐܬܩܒܪ ܒܒܝܬ ܠܚܡ. ܘܐܢ ܥܠ ܫܐܘܠ ܢܐܡܪܘܢ: ܫܐܘܠ ܓܝܪ ܒܛܘܪ̈ܝ ܓܠܒܘܥ ܡܝܬ ܒܩܪܒܐ ܕܦܠܫܬܝ̈ܐ. ܘܐܢ ܢܐܡܪܘܢ ܕܒܙܥܘ ܐܝܕܘܗܝ ܘܪ̈ܓܠܘܗܝ ܟܕ ܨܠܒܘ ܦܓܪܗ ܒܫܘܪܐ ܕܒܝܬ ܫܢ: ܠܐ ܓܝܪ ܫܠܡܐ ܥܠ ܫܐܘܠ. ܟܕ ܐܬܦܪܕܘ ܗܕܡ̈ܘܗܝ ܕܫܐܘܠ ܓܪ̈ܡܘܗܝ ܒܚܢܩܗ

AB¹ — 3 A ܘܗܢܘܢ. — 6 A ܘܡܬܡܬܠܐ‧] ܘܡܬܥܠܐ‧ — 25 A ܕܡ ܕܢܛܠ] ܕܡ.

1 Ps. XXII (XXI), 17-19. — 2 Is. LII, 13, 14. — 3 Ib. LII, 15. — 4 Ib. LIII, 2. — 5 Ib. LIII, 5. — 6 I (III) Reg. II, 10, sed vid. Praef. § 11. — 7 I Sam. XXXI, 4. — 8 Ib. XXXI, 10.

ܠܐ ܐܪܓܫܘ ܩܛܠܐ ܕܡܝܬܐ ܗܘܐ܇ ܘܡܢ ܒܬܪ ܕܡܝܬ ܬܠܘ ܠܗ ܦܓܪܐ ܕܝܠܗ ܘܕܒܢ̈ܘܗܝ ܥܠ ܫܘܪܐ ܕܒܝܬ ܫܢ. ܡܢ ܒܬܪ ܕܐܡܪ ܕܘܝܕ܇ ܕܒܙܥܘ ܐܝ̈ܕܝ ܘܪ̈ܓܠܝ ܘܐܣܬܟܠܘ ܟܠܗܘܢ ܓܪ̈ܡܝ܇ ܐܡܪ ܒܬܪܗ ܕܦܬܓܡܐ܇ ܕܐܠܗܐ ܠܡܥܕܪܢܝ ܒܨܝ܇ ܘܦܨܐ ܡܢ ܚܪܒܐ ܠܢܦܫܝ. ܡܫܝܚܐ ܓܝܪ ܐܬܦܨܝ ܡܢ ܚܪܒܐ ܘܣܠܩ ܡܢ ܓܘ ܫܝܘܠ ܘܚܝܐ ܘܩܡ ܠܬܠܬܐ ܝܘܡܝܢ܇ ܘܗܟܢ ܐܠܗܐ ܠܡܥܕܪܢܗ. ܫܐܘܠ ܩܪܐ ܠܡܪܝܐ ܘܠܐ ܥܢܝܗ܇ ܫܐܠ ܒܢܒ̈ܝܐ ܘܦܬܓܡܐ ܠܐ ܐܬܝܗܒ ܠܗ܇ ܘܐܬܟܣܝ ܘܫܐܠ ܒܙܕܘܐ ܘܝܠܦ܇ ܘܐܬܒܨܪ ܩܕܡ ܦܠܫܬܝ̈ܐ܇ ܘܩܛܠ ܢܦܫܗ ܒܣܝܦܗ ܟܕ ܚܙܐ ܕܐܬܙܟܝ ܡܢ ܩܪܒܐ. ܘܐܡܪ ܒܗ ܒܦܬܓܡܐ ܕܘܝܕ܇ ܕܐܫܬܥܐ ܫܡܟ ܠܐܚ̈ܝ܇ ܘܒܓܘܗ ܕܥܕܬܐ ܐܫܒܚܟ. ܗܠܝܢ ܥܠ ܫܐܘܠ ܐܝܟܢܐ ܡܫܟܚܢ ܠܡܫܠܡܘ܀ ܘܬܘܒ ܐܡܪ ܕܘܝܕ܇ ܕܠܐ ܝܗܒܬ ܠܚܣܝܕܟ ܠܡܚܙܐ ܚܒܠܐ. ܒܪܡ ܕܝܢ ܗܠܝܢ ܟܠܗܝܢ ܫܠܡ ܥܠ ܡܫܝܚܐ܇ ܟܕ ܐܬܐ ܠܘܬܗܘܢ܇ ܘܠܐ ܩܒܠܘܗܝ ܘܕܢܘܗܝ ܒܥܘܠܐ ܒܣܗܕܘܬܐ ܕܫܘܩܪܐ܇ ܘܐܬܬܠܝ ܥܠ ܩܝܣܐ ܡܢ ܐܝ̈ܕܝܗܘܢ ܘܒܙܥܘ ܐܝ̈ܕܘܗܝ ܘܪ̈ܓܠܘܗܝ ܒܣܟ̈ܐ ܕܩܒܥܘ ܒܗ܇ ܘܐܣܬܟܠܘ ܟܠܗܘܢ ܓܪ̈ܡܘܗܝ.

transfixa sunt, ossa eius cruciatum non senserunt, quod mortuus erat, nec nisi post eius mortem, ipsius et filiorum eius cadavera in muro Bethsan suspenderunt. Postquam autem dixit David : *Foderunt manus meas et pedes meos, et eiulaverunt omnia ossa mea,* huic sententiae addit : *Deus, ad defensionem meam attende; erue a framea animam meam*[1]. Etenim Christus a gladio liberatus est, et de inferno ascendit, et revixit, surrexitque post tres dies, atque sic ad auxilium eius Deus attendit. At Saul Dominum invocavit, neque exaudivit eum; prophetas interrogavit, nec redditum est ei responsum[2]. Et occultans se, hariolos consuluit, et edoctus est. Coram Philistaeis igitur victus se ipsum occidit gladio, videns se praelio superari. Dixit insuper David eodem loco : *Nuntiabo nomen tuum fratribus meis, et in medio Ecclesiae laudabo te*[3]. Quomodo vero ista in Saule queunt adimpleri? Insuper dixit : *Non dedisti sanctum tuum videre corruptionem*[4]. Haec autem cuncta in Christo completa sunt, quando ad eos venit, *et ipsi eum non receperunt*[5], et falso testimonio eum nefarie iudicaverunt, manibusque suspensus est in ligno, et *foderunt manus eius et pedes eius* clavis quibus eum transverbe-

AB] — 6 A *Deus, Deus* ܐܠܗܝ ܐܠܗܝ] ܐܠܗܐ. — 12 B ܘܡܠܬܐ] ܡܠܬܐ. — *Ib.* A ܒܢܒܝܐ. — 13 A *et profanus factus est* ܘܐܬܛܢܦ] ܘܐܬܟܣܝ. — *Ib.* A ܒܙܕܘܐ. — *Ib.* A *et cecidit* ܘܢܦܠ] ܘܩܛܠ.

[1] Ps. XXII (XXI), 17, 18. — [2] I Sam. XXVIII, 6, seqq. — [3] Ps. XXII (XXI), 23. — [4] Ps. XVI (XV), 10. — [5] Ioh. I, 11.

raverunt, et *eiulaverunt ossa eius*. Eoque die prodigium magnum factum est : obscurata est lux in medio die, ut vaticinatus est Zacharias dicens : ***Dies ille notus est Domino : non erit dies neque nox, et in tempore vesperi erit lux***[1]. Quisnam igitur est dies ille, tali signatus prodigio, ut nec fuerit dies neque nox, et in tempore vesperi lux claruerit? Ille profecto in quo eum crucifixerunt; tunc enim factae sunt tenebrae in medio die, et in tempore vesperi lux claruit. Ait etiam : ***Ecce erit in die illo frigus et gelu***[2]. Nosti enim eo die quo crucifixerunt eum frigus fuisse; ignem ideo sibi admoverant ut calefacerent se, quando venit Simon et apud eos stetit. Rursusque dixit : ***Framea surget contra pastorem et contra oves meas meas dilectas, et percutiet pastorem, et dispergentur oves gregis eius. Et convertam manum meam ad praepositos***[3]. De passione autem eius haec ait David : ***Dederunt in escam meam fel, et in siti mea potaverunt me aceto***[4]. Et in eodem loco : ***Quem tu percussisti persecuti sunt, et super dolorem occisi addiderunt***[5]. Multa ei siquidem addiderunt, quae de ipso scripta fuisse non videntur, exsecrationes nempe atque convicia, qualia nec scriptura potest revelare, adeo fuerunt convi-

ܘܒܗ ܒܝܘܡܐ ܗܘܐ ܬܕܡܘܪܬܐ ܪܒܬܐ ܕܚܫܟ ܢܘܗܪܐ ܒܦܠܓܗ ܕܝܡܡܐ ܐܝܟ ܕܐܬܢܒܝ ܙܟܪܝܐ ܘܐܡܪ: ܕܝܘܡܐ ܢܬܝܕܥ ܠܡܪܝܐ: ܠܐ ܐܝܡܡܐ ܘܠܐ ܠܠܝܐ: ܘܠܥܕܢ ܪܡܫܐ ܢܗܘܐ ܢܘܗܪܐ. ܐܝܢܘ ܗܢܐ ܝܘܡܐ ܕܐܬܦܪܫ ܒܬܕܡܘܪܬܐ ܕܠܐ ܐܝܡܡܐ ܘܠܐ ܠܠܝܐ ܘܠܥܕܢ ܪܡܫܐ ܗܘܐ ܢܘܗܪܐ܀ ܐܠܐ ܗܘ ܝܘܡܐ ܕܙܩܦܘܗܝ: ܕܗܘܐ ܚܫܘܟܐ ܒܦܠܓܗ ܕܝܘܡܐ ܘܠܥܕܢ ܪܡܫܐ ܗܘܐ ܢܘܗܪܐ. ܘܬܘܒ ܐܡܪ: ܕܒܗ ܒܝܘܡܐ ܢܗܘܐ ܩܪܝܪܐ ܘܓܠܝܕܐ. ܐܝܟ ܕܝܕܥ ܐܢܬ ܕܒܗܘ ܝܘܡܐ ܕܙܩܦܘܗܝ ܩܪܝܪ ܗܘܐ ܘܥܒܕܘ ܠܗܘܢ ܢܘܪܐ ܕܢܫܚܢܘܢ ܟܕ ܐܬܐ ܫܡܥܘܢ ܘܩܡ ܠܘܬܗܘܢ. ܘܬܘܒ ܐܡܪ: ܕܚܪܒܐ ܬܬܥܝܪ ܥܠ ܪܥܝܐ ܘܥܠ ܓܒܪܐ ܚܒܪܝ ܘܬܡܚܐ ܠܪܥܝܐ ܘܢܬܒܕܪܢ ܐܡܪܐ ܕܥܢܗ: ܘܐܗܦܘܟ ܐܝܕܝ ܥܠ ܙܥܘܪܐ. ܘܕܘܝܕ ܐܡܪ ܥܠ ܚܫܗ: ܕܝܗܒܘ ܒܡܐܟܘܠܬܝ ܡܪܪܬܐ ܘܠܨܗܝ ܚܠܐ ܐܫܩܝܘܢܝ. ܬܘܒ ܐܡܪ ܒܗ ܒܦܢܝܬܐ: ܠܡܢ ܕܐܢܬ ܡܚܝܬ ܪܕܦܘ: ܘܐܘܣܦܘ ܥܠ ܟܐܒܗ ܕܩܛܝܠܐ. ܐܘܣܦܘ ܠܗ ܓܝܪ ܨܘܚܝܬܐ ܐܝܟ ܕܟܬܝܒ ܕܠܐ ܡܬܚܙܝܢ ܕܟܬܝܒܢ ܒܗܘܢ: ܠܘܛܬܐ ܘܚܣܕܐ ܐܝܠܝܢ ܕܐܦ ܠܐ ܟܬܒܐ ܡܫܟܚ ܠܡܓܠܝܘ

AB] — 3 A ܗܘ ܝܘܡܐ. — 12 A ܘܓܠܝܕܐ. — 16 A *et contra virum amicum meum* ܘܥܠ ܓܒܪܐ ܚܒܪܝ. — 20 B ܘܠܨܗܝ. — 22 A ܕܠܡܢ. — 23 A ܕܩܛܝܠܐ. — 24 A om. ܐܝܟ.

[1] Zach. XIV, 7. — [2] *Ib.* XIV, 6. — [3] Zach. XIII, 7. Matth. XXVI, 31. Marc. XIV, 27. — [4] Ps. LXIX (LXVIII), 22. — [5] *Ib.* LXIX (LXVIII), 27.

ܐܝܟ ܕܡܬܛܠܡܝܢ ܗܘܘ ܪ̈ܘܫܥܝܗܘܢ. ܨܒܐ ܕܝܢ ܡܪܝܐ ܕܢܡܟܟܝܘܗܝ ܘܢܫܢܩܝܘܗܝ: ܘܗܘ ܐܬܩܛܠ ܡܛܠ ܥܘܠܢ: ܘܐܬܡܟܟ ܡܛܠ ܚܛܗܝܢ ܘܐܬܥܒܕ ܚܛܝܬܐ ܒܩܢܘܡܗ܀

ܚܢܢ ܗܟܝܠ ܠܗܠܝܢ ܪ̈ܚܡܐ ܣܓܕܝܢܢ ܒܒܘܪܟܐ ܩܕܡ ܪܒܘܬܗ ܕܐܒܘܗܝ ܕܐܦܢܝ ܣܓܕܬܢ ܠܘܬܗ. ܩܪܝܢܝܗܝ ܐܠܗܐ ܐܝܟ ܡܘܫܐ: ܒܘܟܪܐ ܘܒܪܐ ܐܝܟ ܐܝܣܪܝܠ: ܘܝܫܘܥ ܐܝܟ ܝܫܘܥ ܒܪ ܢܘܢ: ܘܟܘܡܪܐ ܐܝܟ ܐܗܪܘܢ: ܘܡܠܟܐ ܐܝܟ ܕܘܝܕ: ܘܢܒܝܐ ܪܒܐ ܐܝܟ ܟܠܗܘܢ ܢܒܝ̈ܐ: ܘܪܥܝܐ ܐܝܟ ܪ̈ܥܘܬܐ ܕܕܒܪܘ ܘܪܥܘ ܠܐܝܣܪܝܠ. ܘܠܢ ܩܪܐ ܒܢ̈ܝܐ ܐܝܟ ܕܐܡܪ: ܕܒܢ̈ܝܐ ܢܘܟܪ̈ܝܐ ܢܫܡܥܘܢܢܝ: ܘܥܒܕܢ ܠܗ ܐܚ̈ܐ ܐܝܟ ܕܐܡܪ: ܕܐܫܬܥܐ ܫܡܟ ܠܐܚ̈ܝ: ܘܗܘܝܢ ܠܗ ܪ̈ܚܡܐ ܐܝܟ ܕܐܡܪ ܠܬܠܡܝ̈ܕܘܗܝ: ܕܪ̈ܚܡܝ ܩܪܝܬܟܘܢ: ܐܝܟ ܕܩܪܐ ܐܒܘܗܝ ܠܐܒܪܗܡ ܪܚܡܐ. ܘܐܡܪ ܠܢ ܕܐܢܐ ܐܢܐ ܪܥܝܐ ܛܒܐ ܘܬܪܥܐ ܘܐܘܪܚܐ ܘܓܦܬܐ ܘܙܪܘܥܐ ܘܚܬܢܐ ܘܡܪܓܢܝܬܐ ܘܫܪܓܐ ܘܢܘܗܪܐ ܘܡܠܟܐ ܘܐܠܗܐ ܘܡܚܝܢܐ ܘܦܪܘܩܐ: ܘܡܬܩܪܐ ܫܡܗ̈ܐ ܣܓܝ̈ܐܐ܀

cia eorum nefanda. *Veruntamen voluit eum Dominus humiliare et tormentis tradere*[1]; *et ipse occisus est propter iniquitatem nostram, et humiliatus est propter peccata nostra*[2], et factus est in semetipso peccatum[3].

11. Nos itaque misericordias illas adoramus, genuque flectimus ante Maiestatem Patris eius, qui adorationes nostras ad illum convertit. Vocavimus eum Deum, sicut Moysem; Primogenitum et Filium, sicut Israel; Iesum, ut Iesum filium Nun; Sacerdotem tanquam Aaron; Regem, sicut David : Prophetam magnum, ut omnes prophetas; Pastorem, sicut pastores qui duxerunt et paverunt Israel. Nos vicissim vocavit filios, quemadmodum ait : *Filii alieni audient me*[4]; et effecit nos sibi fratres, sicuti dixit : *Nuntiabo nomen tuum fratribus meis*[5]; eique amici facti sumus, sicut discipulis ait : *Vos vocavi amicos*[6]; quemadmodum Pater eius Abraham amicum vocavit[7]. Nobis adhuc dixit : Ego sum pastor bonus[8], ostium[9], via[10], vitis[11], seminator[12], sponsus[13], margarita[14], lucerna[15], lumen[16], Rex[17], Deus[18], Vivificator[19], et Salvator[20]. Hisce enim multis nominibus nuncupatur.

AB] — 6 A ܐܝܟ ܗܟܝܠ ܐܝܟ. — 8 A ܘܡܪܢܝܢܢܝ. — 22 A ܘܡܪܓܢܝܬܐ] ܘܡܪܓܢܝܬܐ.

[1] Is. LIII, 10. — [2] *Ib.* LIII, 5. — [3] II Cor. V, 21. — [4] Ps. XVIII (XVII), 45. — [5] Ps. XXII (XXI), 23. — [6] Ioh. XV, 15. — [7] Is. XLI, 8. — [8] Ioh. X, 11. — [9] *Ib.* X, 7. — [10] *Ib.* XIV, 6. — [11] *Ib.* XV, 1. — [12] Matth. XIII, 37. — [13] *Ib.* IX, 15. — [14] *Ib.* XIII, 46. — [15] Ioh. V, 35. — [16] *Ib.* I, 9; VIII, 12. — [17] Matth. II, 2; XXI, 5; XXVII, 11. — [18] Ioh. I, 1. — [19] *Ib.* V, 21. — [20] Luc. II, 11.

12. Brevem hanc argumentationem ad te scripsi, carissime, ut Iudaeos refellas, quoniam aiunt Deum non habere Filium; et quia Deum, Filium Dei, Regem et Primogenitum omnium creaturarum eum appellamus.

Explicit Demonstratio de Christo Dei Filio.

ܗܳܕܶܐ ܡܶܠܠܳܐ ܦܣܺܝܩܳܐ ܟܬܒܶܬ ܠܳܟ ܚܰܒܺܝܒܝ ܕܬܶܦܣܘܿܩ ܒܪܘܼܚܳܐ ܠܥܰܡܠܳܐ ܝܗܘܼܕ̈ܝܶܐ: ܥܰܠ ܕܐܳܡܪܺܝܢ ܕܠܰܝܬ ܒܪܳܐ ܠܰܐܠܳܗܳܐ ܘܥܰܠ ܕܩܳܪܶܝܢܰܢ ܠܶܗ ܠܰܐܠܳܗܳܐ ܒܪ ܐܠܳܗܳܐ ܘܡܰܠܟܳܐ ܘܒܘܼܟܪܳܐ ܕܟܽܠܗܘܿܢ ܒܪ̈ܝܳܬܳܐ܀

ܫܠܶܡܰܬ ܬܰܚܘܝܬܳܐ ܕܥܰܠ ܡܫܺܝܚܳܐ ܒܪܳܐ ܕܐܰܠܳܗܳܐ܀

AB | — 2 A ܪܘܚܐ. — 6 AB ܫܠܡ ܕܥܠ ܒܪܐ ܕܐܠܗܐ.

ܬܚܘܝܬܐ ܕܠܘܩܒܠ
ܝܗܘܕܝܐ ܥܠ ܒܬܘܠܘܬܐ ܘܩܕܝܫܘܬܐ

DEMONSTRATIO XVIII

ADVERSUS IUDAEOS DE VIRGINITATE ET SANCTITATE

ܠ ܨܒܐ ܐܢܐ ܕܐܘܕܥܟ ܚܒܝܒܝ ܐܦ ܥܠ ܗܕܐ ܕܐܟܪܐ ܠܝ: ܥܠ ܗܢܐ ܩܝܡܐ ܩܕܝܫܐ ܕܒܬܘܠܘܬܐ ܘܩܕܝܫܘܬܐ ܕܩܝܡܝܢ ܒܗ: ܕܡܛܠ ܦܚܙܘܬܗܘܢ ܘܙܢܝܘܬܐ ܕܦܓܪܝܗܘܢ ܡܬܬܩܠܝܢ ܒܗ ܥܡܐ ܕܝܗܘܕܝܐ: ܘܡܛܥܝܢ ܘܡܕܘܕܝܢ ܬܪܥܝܬܐ ܕܐܢܫܐ ܦܫܝܛܐ ܘܗܕܝܘܛܐ ܐܝܠܝܢ ܕܡܬܚܛܦܝܢ ܘܡܬܨܝܕܝܢ ܒܦܘܚܡܐ ܕܚܪܝܢܘܬܗܘܢ. ܘܐܡܪܝܢ ܠܡ: ܕܐܠܗܐ ܟܕ ܒܪܝܗܝ ܠܐܕܡ ܗܟܢܐ ܒܪܟܗ ܘܐܡܪ ܠܗ: ܕܦܪܘ ܘܣܓܘ ܘܐܘܠܕܘ ܘܡܠܘ ܐܪܥܐ. ܘܐܦ ܠܢܘܚ ܒܗ ܒܡܠܬܐ ܐܡܪ ܠܗ: ܕܣܓܘ ܒܐܪܥܐ ܘܐܘܠܕܘ ܒܗ. ܘܠܐܒܪܗܡ ܒܪܟܗ ܘܐܡܪ ܠܗ: ܕܚܘܪ ܒܫܡܝܐ ܘܡܢܝ ܟܘܟܒܐ ܐܢ ܡܫܟܚ ܐܢܬ ܠܡܡܢܝܢܘ ܐܢܘܢ. ܘܐܡܪ ܠܗ: ܕܗܟܢܐ ܢܗܘܐ ܙܪܥܟ. ܘܡܠܐܣܗܕܢܬܐ

1. Volo etiam, carissime, de re qua valde sollicitor te edocere; de sacro scilicet pacto, seu de virginitate et castitate in qua perstamus. Hac enim, ob suam proterviam et libidinem corporum suorum, gens Iudaeorum offenditur, mentesque conturbant atque decipiunt hominum simplicium ac rudium, qui turbulentis eorum argumentis illiciuntur et capiuntur. Dicunt autem : Cum creavit Adam Deus, hoc modo ei benedixit, dicens : *Crescite et multiplicamini, procreate liberos, et implete terram*[1]. Eodem quoque modo ad Noe locutus est : *Multiplicamini super terram, et progenerate in ea*[2]. Abraham pariter benedixit dicens : *Suspice caelum, et numera stellas, si potes eas computare. Et dixit ei : Sic erit semen tuum*[3].

AB] — *B* in titulo ܬܚܘܝܬܐ ܝܚ ܕܠܘܩܒܠ. — 2 A om. ܠܝ. — 3 *B* ܕܦܓܪ̈ܝܗܘܢ. — 6 A ܘܡܛܥܝܢ. — *Ib.* A ܬܪܥܝܬܐ. — 7 A ܘܐܝܠܝܢ. — 9 A add. ܠܗ [ܕܐܠܗܐ.

[1] Gen. I, 28. — [2] *Ib.* IX, 7. — [3] *Ib.* XV, 5.

Israeli denique in benedictionibus ait : *Non erit in te infecundus aut infecunda*[1]. Et iterum : *Non erit sterilis neque infecunda in terra vestra*[2]. Abrahae in benedictione datus est Isaac; Isaac pro Rebecca deprecatus est ut pareret; et benedixit [Deus] Iacob, ut semen eius multiplicaretur; Anna cum gemitibus petiit Samuelem, et sterilis [mulieris] proles generatione multiplicata est. Omnes tandem iusti acceperunt cum benedictione generationem. Vos vero contra Dei praeceptum agitis, maledictionem suscipientes et sterilitatem augentes, prohibentesque generationem, benedictionem iustorum. Uxores non ducitis, et mulieres viris non traduntur. Abhorretis a generatione, quae benedictio est a Deo tributa. Adversus autem haec dicta, te, carissime, quantum in me erit, edocebo.

2. Adae enim Deus benedicens ait : *Procreate filios et multiplicamini super terram*[3]. Eis namque benedixit, ut ex eis mundus impleretur; et sane, de filiis eius orta est propago; sed cum essent multiplicati, corrupte et inique egerunt, adeo ut suis sceleribus spiritum Creatoris sui contristarent atque offenderent. Ideo dixit : *Paenitet me fecisse eos*[4]; et, in ira effusa et iudicio duro, aquis diluvii

ܒܒܘܪܟܬܐ ܐܡܪ ܠܗ: ܕܠܐ ܢܗܘܐ ܒܟ ܥܩܪܐ ܘܥܩܪܬܐ. ܘܬܘܒ ܐܡܪ: ܕܠܐ ܬܗܘܐ ܘܡܬܟܠܢܝܬܐ ܘܥܩܪܬܐ ܒܐܪܥܟܘܢ. ܠܐܒܪܗܡ ܒܒܘܪܟܬܐ ܐܬܝܗܒ ܠܗ ܐܝܣܚܩ: ܘܐܝܣܚܩ ܨܠܝ ܥܠ ܪܦܩܐ ܕܐܬܠܕ: ܘܒܪܟ ܠܝܥܩܘܒ ܕܢܣܓܐ ܙܪܥܗ: ܚܢܐ ܒܬܢܚܬܐ ܫܐܠܬܗ ܠܫܡܘܐܝܠ ܘܣܓܝ ܝܠܕܗ ܕܥܩܪܬܐ ܒܡܘܠܕܗ. ܘܟܠ ܙܕܝܩܐ ܩܒܠܘ ܡܘܠܕܐ ܒܒܘܪܟܬܐ ܩܕܡܝܗ. ܘܐܢܬܘܢ ܠܡ ܥܒܕܝܢ ܐܝܬܝܟܘܢ ܡܕܡ ܕܡܢ ܐܠܗܐ ܠܐ ܐܬܦܩܕ ܕܩܒܠܬܘܢ ܠܘܛܬܐ ܘܐܣܓܝܬܘܢ ܠܥܩܪܘܬܐ: ܘܟܠܝܬܘܢ ܡܘܠܕܐ ܒܒܘܪܟܬܐ ܕܙܕܝܩܐ: ܢܫܐ ܠܐ ܢܣܒܝܢ ܐܢܬܘܢ ܘܓܒܪܐ ܢܫܐ ܠܐ ܗܘܝܢ: ܘܣܢܝܬܘܢ ܡܘܠܕܐ ܒܒܘܪܟܬܐ ܕܡܢ ܐܠܗܐ ܝܗܝܒܐ. ܥܠ ܗܠܝܢ ܡܠܐ ܢܠܦܟ ܐܝܟ ܡܕܡ ܕܡܫܟܚܐ ܐܝܕܝ ✤

ܠܐܕܡ ܓܝܪ ܕܒܪܟܗ ܐܠܗܐ ܐܡܪ ܠܗ: ܕܐܦܪܘ ܘܣܓܘ ܒܐܪܥܐ. ܡܛܠ ܕܗܘܐ ܒܪܟ ܐܢܘܢ ܕܢܬܡܠܐ ܡܢܗܘܢ ܥܠܡܐ. ܡܢ ܒܢܘܗܝ ܓܝܪ ܦܐܪܐ ܗܘܐ: ܟܕ ܣܓܝܘ ܚܒܠܘ ܘܐܥܘܠܘ ܒܥܘܠܐ ܕܒܣܘܪܚܢܗܘܢ ܐܟܪܝܘ ܘܐܚܡܬܘ ܪܘܚܗ ܕܒܪܘܝܗܘܢ. ܘܐܡܪ: ܕܬܘܝܬ ܕܥܒܕܬ ܐܢܘܢ. ܘܒܪܘܓܙܐ ܐܫܝܕܐ ܘܒܕܝܢܐ

AB] — 1 B ܒܒܘܪܟܬܐ. — 9 A ܒܡܘܠܕܗ̈] ܒܡܘܠܕܗ. — *Ib.* A ܕܙܕܝܩܐ. — 10 A ܒܒܘܪܟܬܐ. — 11 A om. ܡܕܡ. — 12 A ܠܥܩܪܘܬܐ. 19 A ܘܐܡܪ. — 22 A ܦܐܪܐ.

[1] Deut. VII, 14. — [2] Ex. XXIII, 26. — [3] Gen. I, 28. — [4] *Ib.* VI, 7.

ܚܪܝܦܐ ܕܥܡܡܐ ܕܛܘܦܢܐ ܒܛܠܗ ܐܢܘܢ. ܡܟܝܠ ܐܡܪ ܠܝ ܐܘ ܕܪܘܫܗ ܕܐܝܣܪܝܠ. ܡܢܘ ܝܬܪܐ ܒܘܪܟܬܗ ܕܐܕܡ: ܕܚܒܠܘ ܐܘܪܚܗܘܢ ܘܐܬܛܒܥܘ ܒܡܝܐ ܕܛܘܦܢܐ. ܒܗ ܒܙܘܓܗܘܢ ܥܘܠܐ ܚܒܠܘ ܘܐܬܚܝܒܘ ܘܕܥܟܬ ܒܘܪܟܬܐ ܒܚܛܗܝܗܘܢ ܕܥܘܠܐ. ܘܢܘܚ ܒܡܒܨܝܢܘܬܐ ܕܡܢܝܢܐ ܟܕ ܠܐ ܣܓܝ ܒܢܐ ܡܕܒܚܐ ܘܐܢܝܚ ܪܚܡܘܗܝ ܕܩܕܝܫܐ: ܘܛܒ ܢܘܚ ܒܙܥܘܪܘܬܗ ܡܢ ܟܠܗ ܕܪܐ ܡܥܩܡܐ ܘܡܢܗ ܐܬܩܝܡ ܥܠܡܐ ܐܚܪܢܐ. ܘܐܦ ܢܘܚ ܕܐܬܒܪܟ ܕܢܣܓܐ ܒܡܘܠܕܐ ܐܝܟ ܕܢܬܡܠܐ ܥܠܡܐ ܘܢܣܓܘܢ ܒܢܝ ܐܕܡ: ܟܕ ܣܓܝܘ ܘܥܫܢܘ ܘܐܬܦܪܥܘ ܒܡܘܠܕܐ ܛܥܘ ܠܐܠܗܐ ܘܣܓܕܘ ܠܦܬܟܪܐ ܟܠ ܥܡܡܐ ܘܠܫܢܐ ܕܗܘܘ ܡܢ ܙܪܥܗ: ܘܐܬܚܫܒܘ ܠܐܠܗܐ ܐܝܟ ܠܐ ܡܕܡ: ܐܝܟ ܢܛܦܬܐ ܡܢ ܕܘܠܐ ܘܐܝܟ ܢܓܠܐ ܕܡܣܐܬܐ. ܒܠܚܘܕ ܙܪܥܐ ܕܙܕܝܩܐ ܚܝܐ ܘܐܫܬܘܙܒ ܩܕܡ ܐܠܗܐ. ܡܢܐ ܗܢܝ ܒܘܪܟܬܐ ܠܥܣܪܐ ܕܪܝܢ ܕܡܢ ܩܕܡ ܡܒܘܠܐ. ܡܢܐ ܐܘܬܪܐ ܠܣܕܘܡܝܐ ܕܐܬܚܛܦܘ ܡܢ ܢܘܪܐ ܘܟܒܪܝܬܐ ܚܝܝܗܘܢ: ܘܕܥܟܬ ܒܘܪܟܬܐ ܒܚܛܗܝܗܘܢ ܕܥܘܠܐ. ܐܘ ܡܢܐ ܗܢܝܐ ܘܝܘܬܪܢܐ ܝܗܒܬ ܒܘܪܟܬܐ ܠܫܬܡܐܐ ܐܠܦܝܢ ܕܢܦܩܘ ܡܢ ܡܨܪܝܢ: ܕܫܦܘ

eos delevit. Dicito ergo mihi, o doctor Israel, ad quid profuerit benedictio Adae? Viam suam enim corruperunt, et aquis diluvii deleti sunt; in ipso coniugio perperam agentes rei facti sunt; et impiorum peccatis benedictio restincta est. Noe autem, licet parvo [filiorum] numero non amplificaretur, aedificavit altare, et placavit misericordiam Sancti; melior enim habitus est Noe in exiguitate sua, quam tota generatio illa perversa; et ex ipso mundus secundus exstitit. Et pariter Noe benedictionem accepit ut generatione multiplicaretur, et mundus repleretur, et multiplicarentur filii Adae. Cum autem aucti ac roborati, generatione ampliati sunt, populi et linguae omnes, ex eius semine prognati, Dei obliti sunt, et simulacra coluerunt et coram Deo tanquam nihilum[1], *quasi stilla situlae, vel quasi momentum staterae*[2], reputati sunt. Semen tantummodo iustorum ante Deum vixit et servatum est. Quid enim profuit benedictio decem generationibus quae ante diluvium exstiterunt? aut quid profuit Sodomitis, qui vivi interempti sunt igni ac sulphure, benedictio peccantium sceleribus exstincta? Quem profectum utilitatemve attulit benedictio sexcentis millibus qui de Aegypto egressi sunt, et in deserto arido perierunt, et Sanc-

A*B*] — 9 A ܗܘܘ. — 22 A ܡܢܐ ܕܐܘܬܪܐ. — 25 A prius ܗܢܝܐ secunda manu in ܗܢܝܐ mutatum [ܗܢܝܐ·

[1] Dan. IV, 35 (32). — [2] Is. XL, 15.

tum irritaverunt? Qualem etiam utilitatem et commoditatem habuerunt in benedictione generationis liberorum gentes immundae quas Iosue delevit? Aut quid Israeli profuit benedictio qua velut stellae semen eius amplificaretur, cum eos bellum et gladius consumpserint?

3. De cetero autem, unus homo voluntatem Dei efficiens multo magis praestans ac familiaris ante Maiestatem eius invenitur, quam myriades et millia illa peccantium. Noe coram Deo praestantior et clarior evasit quam decem generationes perversae quae ei anteierant. Magis etiam reputatus est Abraham ante Deum quam decem retro generationes; iisque pariter praestitit quae eum consecutae sunt. Isaac et Iacob, filii promissionis, meliores ac praestantiores fuerunt ante Deum cunctis Amorrhaeis inter quos habitabant. Ioseph magis apud Deum reputatus est quam universus populus impius Pharaonis. Et Moyses, propheta magnus in Israel, melior et excellentior coram Deo evasit sexcentis millibus quos de Aegypto eduxit, quique rebellione sua Deum molestaverunt, et ideo terram promissionis nequiverunt ingredi.

4. Sed virginitatem et sanctitatem tibi ostendam in populo illo coram Deo placuisse, et magis excelluisse in populo illo

ܒܡܕܒܪܐ ܚܪܒܐ ܘܐܪܓܙܘܗ ܠܡܫܝܚܐ. ܘܡܢܐ ܝܘܬܪܢܐ ܘܗܢܝܢܐ ܗܘܐ ܒܒܘܪܟܬܐ ܕܡܘܠܕܐ ܒܥܡܡ̈ܐ ܛܢܦ̈ܬܐ ܕܚܪܒ ܝܫܘܥ. ܐܘ ܡܢܐ ܐܘܬܪܗ ܠܐܝܣܪܝܠ ܒܘܪܟܬܐ. ܕܐܝܟ ܟܘܟܒ̈ܐ ܢܣܓܐ ܙܪܥܗ: ܕܩܪܒܐ ܘܚܪܒܐ ܫܠܡ ܐܢܘܢ.

ܠܐܠܗܐ ܕܝܢ ܚܕ ܒܪܢܫܐ ܥܒܕ ܨܒܝܢܗ ܡܝܬܪ ܘܩܪܝܒ ܩܕܡ ܪܒܘܬܗ ܡܢ ܪ̈ܒܘܬܐ ܘܐܠ̈ܦܐ ܐܠܝܢ ܕܚܛܝܢ. ܢܘܚ ܐܬܝܬܪ ܘܐܬܢܨܚ ܩܕܡ ܐܠܗܐ ܡܢ ܥܣܪܐ ܕܪ̈ܝܢ ܡܣܬܟܠܢ̈ܐ ܕܩܕܡܘܗܝ. ܘܐܒܪܗܡ ܐܬܚܫܒ ܩܕܡ ܐܠܗܐ ܡܢ ܥܣܪܐ ܕܪ̈ܝܢ ܕܡܢܗ ܠܥܠ: ܘܐܦ ܕܡܢ ܒܬܪܗ ܗܘ ܐܬܝܬܪ. ܐܝܣܚܩ ܘܝܥܩܘܒ ܒ̈ܢܝ ܡܘܠܟܢܐ ܛܒ̈ܝܢ ܗܘܘ ܘܡܝܬܪ̈ܝܢ ܠܐܠܗܐ ܡܢ ܟܠܗܘܢ ܐܡܘܪ̈ܝܐ ܕܒܡܨܥܬܗܘܢ ܥܡܪܘ. ܘܝܘܣܦ ܐܬܚܫܒ ܩܕܡ ܐܠܗܐ ܡܢ ܟܠܗ ܥܡܐ ܥܘܠܐ ܕܒܝܬ ܦܪܥܘܢ. ܘܡܘܫܐ ܢܒܝܐ ܪܒܐ ܕܒܐܝܣܪܐܝܠ ܛܒ ܘܐܬܝܬܪ ܩܕܡ ܐܠܗܐ ܡܢ ܫܬܡܐܐ ܐܠܦܝܢ ܕܐܦܩ ܡܢ ܡܨܪܝܢ ܕܒܡܡܪܡܪܢܘܬܗܘܢ ܐܟܥܣܘܗܝ ܠܐܠܗܐ ܘܠܐ ܐܫܟܚܘ ܠܡܥܠ ܠܐܪܥܐ ܕܡܘܠܟܢܐ܀

ܡܛܠ ܒܬܘܠܘܬܐ ܘܩܕܝܫܘܬܐ ܐܢܐ ܐܚܘܝܟ ܕܒܗܘ ܥܡܐ ܫܦܪܬ ܐܬܝܬܪܬ ܩܕܡ ܐܠܗܐ: ܒܗ ܒܗܘ ܥܡܐ ܩܕܝܫܐ

AB] — 16 A om. ܠܐܠܗܐ. — 19 A ܕܒܝܬ. — 20 A ܕܒܐܝܣܪܐܝܠ. — 22 A ܕܢܦܩ. — *Ib.* B ܕܒܡܡܪܡܪܢܘܬܗܘܢ. — 23 A ܐܟܥܣܘܗܝ.

ܝܬܝܪ ܡܢ ܗܘܢܬܐ ܡܘܠܕܐ ܕܠܐ ܐܘܬܪ. ܡܘܫܐ ܓܒܪܐ ܢܒܝܐ ܪܒܐ ܡܕܒܪܢܐ ܕܟܠܗ ܐܝܣܪܝܠ: ܡܢ ܙܒܢܐ ܕܡܪܗ ܡܠܠ ܥܡܗ ܪܚܡ ܩܕܝܫܘܬܐ ܘܫܡܫ ܠܩܕܝܫܐ ܘܐܬܪܚܩ ܡܢ ܥܠܡܐ ܘܡܢ ܡܘܠܕܗ ܘܗܘܐ ܠܒܪ ܢܦܫܗ ܕܢܫܦܪ ܠܡܪܗ. ܘܐܠܐ ܚܘܝܢܝ ܡܢܐ ܐܡܪ ܐܢܬ ܕܪܘܫܐ ܚܟܝܡܐ ܕܥܡܐ. ܕܡܢ ܙܒܢܐ ܕܐܠܗܐ ܡܠܠ ܥܡܗ ܥܡ ܡܘܫܐ ܫܡܫ ܒܙܘܘܓܐ ܕܐܢܬܬܐ. ܘܐܢ ܕܝܢ ܬܐܬܐ ܠܝ ܒܦܠܐ ܕܓܠܐ: ܠܐ ܡܬܛܦܝܐ ܐܢܐ ܠܗ ܠܡܫܡܥܬܟ ܕܒܥܠܕ ܕܠܛܡܝܘ ܩܕܝܫܐ ܡܬܚܦܛ ܐܢܬ ܒܡܪܚܘܬܟ. ܡܛܠ ܕܐܠܘ ܒܙܘܘܓܐ ܡܫܡܫ ܗܘܐ: ܠܐ ܡܫܟܚ ܗܘܐ ܕܢܫܡܫ ܐܝܩܪܐ ܕܡܪܗ. ܐܝܟ ܕܠܐ ܐܫܟܚ ܐܝܣܪܝܠ ܕܢܩܒܠ ܦܬܓܡܐ ܩܕܝܫܐ ܘܡܠܐ ܚܝܐ ܕܡܠܠ ܩܕܝܫܐ ܥܡ ܡܘܫܐ ܒܛܘܪܐ ܥܕܡܐ ܕܩܕܫܗ ܠܥܡܐ ܠܬܠܬܐ ܝܘܡܝܢ: ܘܗܝܕܝܢ ܡܠܠ ܥܡܗܘܢ ܩܕܝܫܐ. ܐܡܪ ܠܗ ܓܝܪ ܠܡܘܫܐ: ܕܚܘܬ ܠܘܬ ܥܡܐ ܘܩܕܫ ܐܢܘܢ ܬܠܬܐ ܝܘܡܝܢ. ܘܗܟܢܐ ܐܡܪ ܠܗܘܢ ܡܘܫܐ ܒܦܪܝܫܐܝܬ: ܕܠܐ ܬܬܩܪܒܘܢ ܠܐܢܬܬܐ. ܘܟܕ ܐܬܩܕܫܘ ܬܠܬܐ ܝܘܡܝܢ ܗܠܝܢ ܒܝܘܡܐ ܬܠܝܬܝܐ ܐܬܓܠܝ ܩܕܝܫܐ ܒܒܪܩܐ ܝܩܝܕܐ ܘܒܫܘܒܚܐ ܪܒܐ ܘܒܩܠܐ ܥܫܝܢܐ

[1] Iob. XXII, 9, 7, 6; XXIV, 3; XXII, 8-10. — [2] *Ib*. XXIX, 15. — [3] *Ib*. XXXI, 20, 21. — [4] *Ib*. XXXI, 16, 17. — [5] *Ib*. XXIX, 16, 17. — [6] *Ib*. XXXI, 32, 16. — [7] *Ib*. XXXI, 22. — [8] *Ib*. XIX, 21.

sed cum facis [convivium], voca pauperes, rudes, caecos et claudos, et eos qui nihil habent; *et beatus eris quia non habent retribuere tibi; erit enim retributio tua in resurrectione cum iustis*[1]. Iterumque dixit : *Facite vobis amicos de mammona illo iniquitatis, ut, cum defecerit, recipiant vos in aeterna tabernacula*[2]. Quinam autem sunt amici qui aeterna tenent tabernacula, et per mammonam iniquitatis sibi adquirunt homines? Amici illi sunt Deus et Christus eius, habentes aeterna tabernacula; et quando pauperibus tribuit homo de facultatibus suis, Dei et Christi eius recreat voluntatem, sicuti dixit : *Haec est requies mea : reficite lassos*[3]. Et Dominus ait : *Quod his fecistis, mihimet fecistis*[4]. Dixit autem : *Facite vobis amicos*, secundum verbum Isaiae : *Noli timere, serve meus Iacob, semen Abrahae amici mei*[5]. Et Dominus discipulis suis dicebat : *Vos vocavi amicos, quia quaecumque audivi a Patre meo nota feci vobis*[6]. Illi ergo sunt amici quos obtinebunt homines, cum pauperibus dederint, et in aeternis eorum tabernaculis [erunt], in loco ubi requiescunt iusti, *tabernaculo non manufacto, neque huius creationis*, quemadmodum Apostolus dixit[7]. Amplius

ܘܬܘܒ ܐܡܪ ܦܪܘܩܢܢ ܗܟܢܐ: ܐܠܐ ܐܡܬܝ ܕܥܒܕ ܐܢܬ. ܩܪܝ ܠܡܣܟܢܐ ܘܠܗܕܝܘܛܐ ܘܠܣܡܝܐ ܘܠܚܓܝܪܐ ܘܠܐܝܠܝܢ ܕܠܝܬ ܠܗܘܢ: ܘܛܘܒܝܟ ܕܠܝܬ ܠܗܘܢ ܕܢܦܪܥܘܢܟ ܘܬܗܘܐ ܦܘܪܥܢܟ ܒܩܝܡܬܐ ܥܡ ܙܕܝܩܐ. ܘܬܘܒ ܐܡܪ: ܕܥܒܕܘ ܠܟܘܢ ܪܚܡܐ ܡܢ ܡܡܘܢܐ ܗܢܐ ܕܥܘܠܐ: ܕܡܐ ܕܚܣܪ ܢܩܒܠܘܢܟܘܢ ܒܡܛܠܝܬܗܘܢ ܕܠܥܠܡ. ܘܡܢ ܐܢܘܢ ܪܚܡܐ ܕܐܝܬ ܠܗܘܢ ܡܛܠܝܬܐ ܕܠܥܠܡ ܘܡܢ ܡܡܘܢܐ ܕܥܘܠܐ ܩܢܝܢ ܠܗܘܢ ܒܢܝܢܫܐ. ܪܚܡܐ ܗܢܘܢ ܐܠܗܐ ܗܘ ܘܡܫܝܚܗ ܕܐܝܬ ܠܗܘܢ ܡܛܠܝܬܐ ܕܠܥܠܡ: ܘܡܐ ܕܝܗܒ ܒܪܢܫܐ ܡܢ ܡܐܐ ܕܐܝܬ ܠܗ ܠܡܣܟܢܐ ܐܢܝܚ ܨܒܝܢܗ ܕܐܠܗܐ ܘܕܡܫܝܚܗ ܐܝܟ ܕܐܡܪ: ܕܗܕܐ ܗܝ ܢܝܚܬܝ: ܐܢܝܚܘ ܠܡܠܐܝܐ. ܘܡܪܢ ܐܡܪ: ܕܡܐ ܕܠܗܠܝܢ ܥܒܕܬܘܢ ܠܝ ܗܘ ܥܒܕܬܘܢ. ܘܐܡܪ: ܕܥܒܕܘ ܠܟܘܢ ܪܚܡܐ: ܐܝܟ ܕܐܡܪ ܐܫܥܝܐ: ܕܠܐ ܬܕܚܠ ܥܒܕܝ ܝܥܩܘܒ ܙܪܥܗ ܕܐܒܪܗܡ ܪܚܡܝ. ܘܡܪܢ ܐܡܪ ܗܘܐ ܠܬܠܡܝܕܘܗܝ: ܕܪܚܡܝ ܩܪܝܬܟܘܢ ܡܛܠ ܕܟܠ ܕܫܡܥܬ ܡܢ ܐܒܝ ܐܘܕܥܬܟܘܢ. ܗܠܝܢ ܐܢܘܢ ܪܚܡܐ ܕܩܢܝܢ ܒܢܝ ܐܢܫܐ ܟܕ ܝܗܒܝܢ ܠܡܣܟܢܐ. ܘܡܛܠܝܬܗܘܢ ܕܠܥܠܡ ܐܬܪ ܕܢܝܚܝܢ ܒܗ ܙܕܝܩܐ: ܡܫܟܢܐ ܕܠܐ ܒܐܝܕܝ ܐܬܥܒܕ ܘܠܐ ܗܘܐ ܡܢ ܗܠܝܢ ܒܪܝܬܐ ܐܝܟ ܕܐܡܪ ܫܠܝܚܐ. ܘܬܘܒ

AB] — 22 A ܪ̈ܚܡܝ. — 25 B ܒܐܝܕܝ sic.

[1] Luc. xiv, 12-14. — [2] Ib. xvi, 9. — [3] Is. xxviii, 12. — [4] Matth. xxv, 40. — [5] Is. xli, 10, 8; xliv, 2. — [6] Ioh. xv, 15. — [7] Hebr. ix, 11.

ܡܚܦܛ ܡܪܢ ܠܡܦܪ̈ܢܣܢܐ ܡܣ̈ܟܢܐ ܘܒ̈ܨܝܪܐ. ܐܡܪ ܓܝܪ: ܕܠܐ ܬܣܝܡܘܢ ܠܟܘܢ ܣܝܡ̈ܬܐ. ܒܐܪܥܐ ܐܬܪ ܕܦܠܫܝܢ ܓܢ̈ܒܐ ܘܓܢܒܝܢ ܘܐܬܪ ܕܢܦܠ ܣܐܣܐ ܘܡܚܒܠ: ܐܠܐ ܣܝܡܘ ܠܟܘܢ ܣܝܡܬܐ ܒܫܡܝܐ ܣܝܡܬܐ ܕܠܐ ܚܣܪܐ ܐܬܪ ܕܠܐ ܣܐܣܐ ܡܚܒܠ ܘܠܐ ܓܢ̈ܒܐ ܓܢܒܝܢ: ܘܐܬܪ ܕܣܝܡܬܟܘܢ ܬܗܘܐ: ܬܡܢ ܢܗܘܐ ܐܦ ܠܒܟܘܢ. ܐܦ ܫܠܝܚܐ ܬܘܒ ܐܡܪ ܥܠ ܫܠܝ̈ܚܐ ܕܩܕܡ ܡܢ ܩܕܡܘܗܝ: ܕܒܠܚܘܕ ܗܕܐ ܦܩܕܘܢ: ܕܢܗܘܐ ܥܗܕܝܢ ܠܡܣ̈ܟܢܐ: ܘܐܬܚܦܛܬ ܠܗ̇ ܕܗܝ ܗܕܐ ܐܥܒܕܝܗ̇ ܀

ܘܡܪܢ ܐܡܪ: ܕܛܘܒܝܗܘܢ ܠܡܣ̈ܟܢܐ ܒܪܘܚܗܘܢ: ܕܕܝܠܗܘܢ ܗܝ ܡܠܟܘܬܐ ܕܫܡܝܐ. ܘܥܠ ܥܬܝܪ̈ܐ ܐܡܪ: ܕܘܝ ܠܟܘܢ ܥܬܝܪ̈ܐ ܕܩܒܠܬܘܢ ܒܥܘܬܟܘܢ. ܘܡܢ ܐܢܘܢ ܥܬܝܪ̈ܐ ܕܩܒܠܘ ܒܥܘܬܗܘܢ. ܐܠܐ ܗܘ ܥܡܐ ܩܕܡܝܐ ܕܟܠ ܕܐܪܥܐ ܒܥܐ ܘܠܐ ܕܫܡܝܐ: ܐܝܟ ܗܘ ܥܬܝܪܐ ܕܟܢܫ ܘܐܘܣܦ ܥܠܠܬܗ ܘܥܠ ܐܠܗܐ ܠܐ ܥܬܝܪ ܗܘܐ: ܘܐܝܟ ܗܘ ܕܐܬܦܢܩ ܒܟܠ ܛܒ̈ܬܐ ܘܩܒܠ ܒܥܘܬܗ ܡܟܐ ܘܠܗܠ ܠܐ ܐܬܝܗܒܬ ܠܗ ܡܐ ܕܫܐܠ. ܘܥܠ ܡܣ̈ܟܢܐ ܐܡܪ: ܕܕܝܠܗܘܢ ܗܝ ܡܠܟܘܬܐ ܕܫܡܝܐ. ܕܠܡܐ ܐܡܪܝܢܢ ܕܥܠ ܡܢ ܕܡܣܟܢܝܢ ܡܢ ܩܢܝܢܗ

autem incitat Dominus pauperum et egenorum sustentatores. Ait enim : *Nolite thesaurizare vobis thesauros in terra, ubi fures effodiunt et furantur, et quo tinea incidit et corrumpit. Thesaurizate autem vobis thesaurum in caelo, thesaurum non deficientem, ubi neque tinea demolitur, nec fures furantur; ubi enim erit thesaurus vester, ibi et cor vestrum erit*[1]. Rursus autem Apostolus dixit de antecessoribus suis Apostolis[2] : *Hoc tantummodo* praeceperunt : *ut pauperum memores essemus; et sollicitus fui hoc ipsum facere*[3].

17. Dominus etiam ait : *Beati pauperes spiritu, quoniam ipsorum est regnum caelorum*[4]. De divitibus autem dixit : *Vae vobis divitibus, quia recepistis petitionem vestram*[5]. Quinam sunt autem divites qui receperunt petitionem suam? nisi populus ille prior, qui cuncta terrena, minime vero caelestia appetebat, velut hic dives qui collegit et ampliavit fructus suos, neque erat in Deo dives[6]; vel alius ille qui bonis omnibus oblectabatur, et hinc iam recepit petitionem suam, ultra autem non ei datum est quod quaesivit[7]. De pauperibus insuper ait : *Ipsorum est regnum caelorum*. Numquid dicemus eum locutum esse de quo-

AB| — 5 B ܣܝܡܬܐ. — 8 A ܐܦ ܠܒܟܘܢ ܬܡܢ ܢܗܘܐ. — 16 A ܒܥܘܬܗܘܢ.

[1] Matth. vi, 19-21. — [2] Gal. i, 17. — [3] *Ib.* ii, 10. — [4] Matth. v, 3. — [5] Luc. vi, 24. Vid. Praef. § 11. — [6] Luc. xii, 21. — [7] *Ib.* xvi, 25.

vis homine rerum saeculi istius inope? Sunt enim pauperes quibus omnia omnino desunt, qui fures sunt, et homicidae, mendaces, patratores scelerum contra legem. Numquid talium erit regnum caelorum? Absit! Verum pauperibus in spiritu suo, et timentibus Deum, beatitudo data est, eis qui cum timore Dei sui facultates suas non componunt, sed ipsis utuntur [tanquam] superfluo: Abraham diviti, qui spiritum suum pauperem effecit Deo; Isaac et Iacob, filiis promissionis, qui in semitis eius ambulaverunt, et, quamvis divites, Deo suo placuerunt; Iob, viro ditissimo inter Orientales[1], qui cum in liberis suis et in possessionibus suis tentatus esset, Deum suum dilexit qui haec ei dederat, nec contra Deum blasphemavit. En eos de quibus Apostolus ait: *Per dilectionem pauperum vixerunt, illi qui receperunt angelos*[2]. Quinam enim sunt peregrinorum amatores? nisi Abraham, Lot, et Iob, et iusti alii his similes. Vide namque, carissime, quomodo peregrinos diligerent illi patriarchae. Prospiciens enim angelos illos Abraham, existimavit eos peregrinos esse, *et cucurrit in occursum eorum, adoravitque coram eis*[3], ut in tabernaculum eius intrarent, se-

ܕܥܠܡܐ ܗܢܐ ܐܡܪ܆ ܗܘܐ ܚܣܝܪ ܐܢܫ ܡܣܟܢܐ ܕܟܠܗ ܠܗܘܢ ܚܣܝܪ: ܕܓܢܒܐ ܐܢܘܢ ܘܩܛܘܠܐ ܘܕܓܠܐ ܘܥܒܕܝ ܒܝܫܬܐ ܕܠܒܪ ܡܢ ܢܡܘܣܐ. ܕܠܡܐ ܕܗܠܝܢ ܗܝ ܡܠܟܘܬܐ ܕܫܡܝܐ܆ ܚܣ. ܐܠܐ ܛܘܒܐ ܠܡܣܟܢܐ ܒܪܘܚܗܘܢ ܠܕܚܠܝܗ ܕܐܠܗܐ ܝܗܝܒ: ܗܠܝܢ ܕܠܐ ܚܫܝܒ ܠܗܘܢ ܩܢܝܢܗܘܢ ܥܡ ܕܚܠܬܗ ܕܐܠܗܗܘܢ: ܐܠܐ ܡܢ ܝܬܝܪܘ ܡܫܬܡܫܝܢ ܒܗ: ܐܒܪܗܡ ܥܬܝܪܐ ܕܡܣܟܢ ܪܘܚܗ ܠܐܠܗܗ: ܘܐܝܣܚܩ ܘܝܥܩܘܒ ܒܢܝ ܡܘܠܟܢܗ ܕܗܠܟܘ ܒܫܒܝܠܘܗܝ ܘܫܦܪܘ ܠܐܠܗܗܘܢ ܟܕ ܥܬܝܪܝܢ: ܐܝܘܒ ܓܒܪܐ ܥܬܝܪܐ ܡܢ ܒܢܝ ܡܕܢܚܐ ܘܟܕ ܐܬܢܣܝ ܒܒܢܘܗܝ ܘܒܩܢܝܢܗ ܠܐܠܗܗ ܪܚܡ ܠܗܘ ܕܝܗܒ ܠܗ: ܘܠܐ ܓܕܦ ܥܠ ܐܠܗܐ. ܗܠܝܢ ܐܝܟ ܕܐܡܪ ܫܠܝܚܐ ܠܗܘܢ: ܕܒܪܚܡܬܐ ܕܐܟܣܢܝܐ ܚܝܘ ܐܢܫܝܢ ܕܩܒܠܘ ܡܠܐܟܐ. ܡܢ ܐܢܘܢ ܓܝܪ ܪܚܡܝ ܐܟܣܢܝܐ܆ ܐܠܐ ܐܒܪܗܡ ܘܠܘܛ ܘܐܝܘܒ ܘܙܕܝܩܐ ܐܚܪܢܐ ܕܐܟܘܬܗܘܢ. ܚܙܝ ܚܒܝܒܝ ܟܡܐ ܪܚܡܝܢ ܗܘܘ ܠܐܟܣܢܝܐ ܗܠܝܢ ܐܒܗܬܐ. ܕܟܕ ܚܙܐ ܐܒܪܗܡ ܠܗܠܝܢ ܡܠܐܟܐ ܠܐܟܣܢܝܐ ܕܡܐ ܐܢܘܢ: ܘܪܗܛ ܗܘܐ ܠܐܘܪܥܗܘܢ ܘܣܓܕ ܩܕܡܝܗܘܢ ܕܢܥܠܘܢ ܠܡܫܟܢܗ

AB| — 6 A ܠܡܣܟܢܝܢ. — 12 B ܒܫܒܝܠܗ. — 13 A ܟܕ. — 22 B ܗܘܘ ܪܚܡܝܢ ܐܟܣܢܝܐ. — 24 A ܒܐܟܣܢܝܐ. — 25 A om. ܠܐܘܪܥܗܘܢ..... ܘܣܓܕ.

[1] Iob. I, 3. — [2] Hebr. XIII, 2. — [3] Gen. XVIII, 2, seqq.

ܘܢܬܬܢܝܚܘܢ ܠܘܬܗ: ܐܝܟ ܕܢܬܒܪܟ ܐܟܣܢܝܐ ܒܪܚܡܬ ܐܟܣܢܝܐ. ܘܒܗܕܐ ܗܟܝܠ ܐܬܕܡܪ ܒܓܒܪܐ ܪܒܐ ܕܡܬܓܗܢ ܘܣܓܕ ܘܡܬܟܫܦ ܘܒܥܐ ܕܢܥܠܘܢ ܠܘܬܗ ܐܟܣܢܝܐ ܠܡܬܢܝܚܘ. ܥܝܕܗ ܗܘ ܗܘܐ ܬܡܝܪ ܕܐܒܪܗܡ ܕܟܠ ܝܘܡ ܕܢܗܘܐ ܡܩܒܠ ܐܟܣܢܝܐ ܠܘܬܗ: ܘܟܕ ܚܙܐ ܐܢܘܢ ܠܡܠܐܟܐ ܡܬܚܙܝܐ ܒܐܟܣܢܝܐ ܡܣܟܢܐ ܘܚܫܒ ܐܢܘܢ ܘܪܗܛ ܠܐܘܪܥܗܘܢ ܘܩܒܠ ܐܢܘܢ ܐܝܟ ܕܠܐܟܣܢܝܐ ܟܕ ܟܣܝܐ ܪܒܘܬܗܘܢ ܡܢ ܥܝܢܘܗܝ: ܘܩܡ ܠܗ ܗܘ ܥܠܝܗܘܢ ܘܩܪܒ ܘܡܫܡܫ ܗܘܐ ܠܗܘܢ: ܘܠܣܪܐ ܦܩܕ ܕܬܠܘܫ ܒܐܝܕܝܗ ܬܠܬ ܣܐܝܢ ܣܡܝܕܐ ܢܩܝܦܐ: ܣܐܐ ܠܚܕ ܚܕ ܟܝܠܐ ܡܝܬܪܐ: ܕܒܟܝܠܬܐ ܕܒܗ ܡܟܝܠܬܐ ܕܒܗ ܢܩܒܠ ܦܘܪܥܢܐ ܢܬܟܝܠܘܢ ܠܗ ܗܟܢܐ. ܘܡܛܠ ܕܪܚܡ ܐܟܣܢܝܐ ܩܒܠ ܦܘܪܥܢܐ ܘܡܘܠܟܢܐ ܕܒܙܪܥܗ ܢܬܒܪܟܘܢ ܟܠܗܘܢ ܥܡܡܐ. ܘܐܦ ܠܘܛ ܗܟܢܐ ܩܒܠ ܐܟܣܢܝܐ ܘܦܠܛܗ ܡܢ ܣܕܘܡ ܣܢܝܬ ܐܟܣܢܝܐ ܐܝܟ ܕܐܡܪ ܚܙܩܝܐܝܠ: ܕܗܢܐ ܗܘܐ ܥܘܠܐ ܕܣܕܘܡ ܘܕܚܒܪܬܗ: ܕܒܐܝܕܐ ܕܡܣܟܢܐ ܘܕܒܨܝܪܐ ܠܐ ܐܚܕ: ܘܟܕ ܗܠܝܢ ܚܙܐ ܒܗܝܢ ܗܦܟ ܐܢܝܢ. ܘܐܦ ܙܟܝ ܡܟܣܐ ܚܛܝܐ ܟܕ ܥܠ ܡܪܢ ܠܒܝܬܗ ܘܐܡܪ

que apud eum reficerent, et sic hospes hospitalitate benediceretur. In hoc autem virum illum magnum admirare prostratum et adorantem, supplicantem ac petentem ut ad se hospites intrarent ad quiescendum. Quotidianus enim erat mos Abrahae peregrinos apud se suscipere; cumque vidit angelos illos, pro peregrinis egenis illos habuit, cucurritque in occursum eorum, ac tanquam peregrinos eos recepit; latebat enim maiestas eorum oculos eius. *Et surrexit, et adstitit eis, ipsisque ministravit. Saram autem iussit tria sata similae manibus depsere;* evidenter satum unicuique unum, mensura autem supereffluenti[1]; ut cum retributionem reciperet, ita ei remetirentur. Quia igitur peregrinos dilexit, remunerationem accepit et promissionem, fore scilicet ut in semine eius omnes gentes benedicerentur[2]. Pariter etiam Lot peregrinos suscepit, et eripuit eum Deus Sodoma, peregrinis inimica, quemadmodum Ezechiel ait : *Haec fuit iniquitas Sodomae et sociarum eius : pauperes et miseros manu non tenuerunt; haec vero in eis videns, subverti eas*[3]. Similiter Zachaeus, publicanus et peccator, ingredienti Domino domum eius dixit : *Ecce, Domine, dimi-*

AB] — 14 A ܣܡܝܕܐ ܢܩܝܦܐ. — 15 A ܟܝܠܬܐ cum ܐ in fine eraso. — 16 A ܦܘܪܥܢܐ. — *Ib.* B ܘܡܘܠܟܢ. — 17 21 A ܐܟܣܢܝܐ. — 22 B ܕܚܒܪܬܗ. — *Ib.* A ܘܕܚܒܪܬܗ. — 23 A ܘܕܒܨܝܪܐ ܘܡܣܟܢܐ.

[1] Luc. VI, 38. — [2] Gen. XVIII, 18. — [3] Ezech. XVI, 49, 50.

ܠܗ: ܗܐ ܡܪܝ ܦܠܓܘܬܐ ܕܩܢܝܢܝ ܝܗܒܢܐ ܠܡܣܟܢܐ: ܘܟܠ ܕܛܠܡܬ ܦܪܥܢܐ ܚܕ ܒܐܪܒܥܐ. ܘܐܡܪ ܠܗ ܡܪܢ: ܝܘܡܢܐ ܗܘܐ ܚܝܐ ܒܒܝܬܐ ܗܢܐ܀

ܘܐܦ ܠܗܘ ܥܬܝܪܐ ܕܐܬܐ ܠܘܬ ܡܪܢ ܘܐܡܪ ܠܗ: ܕܡܢܐ ܐܥܒܕ ܕܐܪܬ ܚܝܐ ܕܠܥܠܡ. ܐܡܪ ܠܗ ܡܪܢ: ܠܐ ܬܓܘܪ ܘܠܐ ܬܓܢܘܒ: ܘܝܩܪ ܠܐܒܘܟ ܘܠܐܡܟ: ܘܐܚܒ ܠܩܪܝܒܟ ܐܝܟ ܢܦܫܟ. ܐܡܪ ܠܗ ܗܘ ܓܒܪܐ: ܗܠܝܢ ܥܒܕܬ ܐܢܝܢ ܗܐ ܡܢ ܛܠܝܘܬܝ: ܐܠܐ ܡܢܐ ܚܣܝܪ ܐܢܐ. ܝܫܘܥ ܕܝܢ ܚܪ ܒܗ ܢܝܚܐܝܬ ܘܐܡܪ ܠܗ: ܚܕܐ ܚܣܝܪܐ ܠܟ: ܐܢ ܨܒܐ ܐܢܬ ܕܓܡܝܪܐ ܬܗܘܐ ܙܠ ܙܒܢ ܟܠ ܡܕܡ ܕܐܝܬ ܠܟ ܘܗܒ ܠܡܣܟܢܐ ܘܫܩܘܠ ܨܠܝܒܟ ܘܬܐ ܒܬܪܝ. ܘܗܘ ܓܒܪܐ ܟܕ ܫܡܥ ܟܪܝܬ ܠܗ ܛܒ ܘܐܙܠ ܠܒܝܬܗ ܟܕ ܡܟܪܝܐ ܢܦܫܗ ܕܥܬܝܪ ܗܘܐ ܒܢܟܣܐ ܛܒ. ܘܐܡܪ ܝܫܘܥ: ܐܝܟܢܐ ܥܛܠܐ ܠܐܝܠܝܢ ܕܬܟܝܠܝܢ ܥܠ ܢܟܣܝܗܘܢ ܕܢܥܠܘܢ ܠܡܠܟܘܬܐ ܕܫܡܝܐ. ܘܬܘܒ ܐܡܪ: ܦܫܝܩ ܕܢܥܘܠ ܓܡܠܐ ܒܚܪܘܪܐ ܕܡܚܛܐ ܐܘ ܥܬܝܪܐ ܠܡܠܟܘܬܗ ܕܐܠܗܐ. ܘܐܦ ܫܠܝܚܐ ܐܡܪ: ܕܗܘܐ ܙܪܥܐ ܡܢ ܕܙܪܥ ܒܚܣܝܢܘܬܐ ܐܦ ܒܚܣܝܢܘܬܐ ܢܚܨܘܕ: ܘܡܢ ܕܙܪܥ ܕܝܢ ܒܒܘܪܟܬܐ ܡܢ ܒܘܪܟܬܐ ܢܚܨܘܕ: ܘܟܕ ܥܒܕܝܢܢ ܛܒܬܐ ܠܐ ܗܘܐ ܡܡܐܢ ܠܢ܀

dium bonorum meorum do pauperibus, et quidquid defraudavi reddo in quadruplum. Et ait ei Dominus : *Hodie salus in hac domo facta est*[1].

18. Et diviti illi qui accessit ad Dominum et ait ei : *Quid faciam ut vitam aeternam possideam?* Dominus respondit : *Non moechaberis; non furtum facies. Horona patrem tuum et matrem tuam; dilige proximum tuum sicut te ipsum. Ait autem ei homo ille : Haec feci a iuventute mea. Quid adhuc mihi deest? Iesus autem benigne intuitus est eum, et dixit ei : Unum tibi deest : si vis perfectus esse, vade, vende omnia quae habes, et da pauperibus, et tolle crucem tuam, et sequere me.* Cumque haec audisset homo ille, contristatus est valde, et abiit in domum suam moerens; erat enim facultatibus admodum dives. Et dixit Iesus : *Quam difficile est confidentes in pecunia in regnum caelorum intrare!* Et rursus ait : *Facilius est camelum per foramen acus intrare, quam divitem in regnum Dei*[2]. Apostolus quoque ait : *Semen illud qui parce seminat, parce et metet, et qui seminat in benedictione, de benedictione metet*[3]; et cum bonum facimus, taedio nunquam laborabimus.

AB] — 23 A ܠܡܠܟܘܬ ܐܠܗܐ. — 26 A ܢܚܨܘܕ. — 27 A

[1] Luc. XIX, 8, 9. — [2] Matth. XIX, 16 seqq. Marc. X, 17, 19-25. Luc. XVIII, 18, seqq. — [3] II Cor. IX, 6, seqq.

ܗܕܐ ܡܠܬܐ ܒܥܘܕܪܢܐ ܟܬܒܬ ܠܟ ܚܒܝܒܝ ܥܠ ܡܬܘܠܬܐ ܡܣܟܢܐ. ܗܘܝܬ ܡܠܦ ܘܡܦܝܣ ܠܝܗܘܒܐ ܕܢܙܪܥܘܢ ܠܩܕܡܝܗܘܢ ܙܪܥܐ ܕܚܝܐ ܐܝܟ ܕܟܬܝܒ: ܕܐܘܕܥ ܠܙܕܝܩܐ ܘܢܘܣܦ ܥܠ ܡܠܦܢܘܬܗ. ܘܟܠ ܡܢ ܕܪܚܡ ܠܡܣܟܢܐ ܗܘܝܬ ܡܬܦܝܣ ܠܗ ܒܗܠܝܢ ܒܥܘܕܪܢܐ: ܕܐܦ ܠܟ ܡܢܬܐ ܒܥܡܠܗ ܬܗܘܐ ܠܟ ܀

ܫܠܡܬ ܬܚܘܝܬܐ ܕܥܠ ܦܘܪܢܣܐ ܕܡܣܟܢܐ.

19. Brevem hanc de eleemosyna pauperum commentationem tibi, carissime, conscripsi. Datores exhortare et suade, ut ante se seminent semen vitae, sicut scriptum est : *Doce iustum, ut augeat doctrinam suam*[1]; et omnem pauperum amatorem his argumentis impelle, ut in eius labore tu quoque partem habeas.

Explicit Demonstratio de Sustentatione egenorum.

AB] — 3 *B* om ܘܡܦܝܣ. — 6 *B* ܠܡܣܟܢܐ. — 9 A ܫܠܡ. — *Ib.* AB om. ܬܚܘܝܬܐ. — *Ib.* A ܥܠ.

[1] Prov. IX, 9.

ܬܚܘܝܬܐ ܕܪܕܘܦܝܐ

DEMONSTRATIO XXI

DE PERSECUTIONE

1. Contumeliam audivi, quam aegerrime tuli. Asserunt enim immundi[1] [homines] nullum esse Deum populo qui ex omnibus gentibus congregatus est; atque ita loquuntur impii : Si Deum habent, quare ille populi sui ultionem non exsequitur. At densiori [tristitiae] oppressus sum nebula, quod Iudaei quoque nobis conviciarentur, et super filios populi nostri sese extollerent. Accidit enim quodam die, ut vir, qui nomen sapientis gerit apud Iudaeos, me interrogaret dicens : Iesus, qui vocatur Magister vester, scripsit vobis : *Si habueritis fidem sicut granum unum sinapis, dicetis monti huic : Transi; et transibit a conspectu vestro; vel etiam ut tollatur et cadat in mare, et obediet vobis*[2]. Itaque ne ullus quidem in universo populo vestro exsistit homo sapiens, cuius exaudiatur oratio, et qui Deum deprecetur ut perse-

ܫܡܥܬ ܚܣܕܐ ܘܣܓܝ ܥܩܬ ܠܝ: ܟܕ ܐܡܪܝܢ ܛܢܦܐ ܕܠܝܬ ܐܠܗܐ ܠܥܡܐ ܗܢܐ ܕܡܢ ܟܠ ܥܡܡܝܢ ܡܟܢܫ. ܘܗܟܢܐ ܐܡܪܝܢ ܥܘܠܐ: ܕܐܢ ܫܪܝܪ ܐܝܬ ܠܗܘܢ ܐܠܗܐ ܠܡܢܐ ܠܐ ܬܒܥ ܬܒܥܬܐ ܕܥܡܗ. ܘܝܬܝܪ ܩܛܝܪܐ ܥܠܝ ܥܩܬܐ ܟܕ ܐܦ ܝܗܘܕܝܐ ܡܚܣܕܝܢ ܠܢ ܘܡܬܪܘܪܒܝܢ ܥܠ ܒܢܝ ܥܡܢ. ܓܕܫ ܘܐܟܠܢܝ ܚܕ ܡܢ ܝܘܡܝܢ ܓܒܪܐ ܕܡܬܩܪܐ ܚܟܝܡܐ ܕܝܗܘܕܝܐ ܘܐܡܪ: ܕܝܫܘܥ ܕܡܬܩܪܐ ܡܠܦܢܟܘܢ ܟܬܒ ܠܟܘܢ: ܕܐܢ ܬܗܘܐ ܒܟܘܢ ܗܝܡܢܘܬܐ ܐܝܟ ܦܪܕܬܐ ܚܕܐ ܕܚܪܕܠܐ: ܬܐܡܪܘܢ ܠܛܘܪܐ ܗܢܐ: ܕܫܢܝ: ܘܫܢܐ ܡܢ ܩܕܡܝܟܘܢ. ܘܐܦ ܕܬܫܬܩܠ ܘܬܦܠ ܒܝܡܐ: ܘܬܫܬܡܥ ܠܟܘܢ. ܘܗܟܢܐ ܠܝܬ ܒܟܠܗ ܥܡܟܘܢ ܚܕ ܓܒܪܐ ܚܟܝܡܐ ܕܡܫܬܡܥܐ ܨܠܘܬܗ ܘܒܥܐ ܡܢ ܐܠܗܐ ܐܝܟ ܕܢܬܒܥܘܢ ܪܕܘܦܝܟܘܢ

AB[1] — In titulo A *de persecutis* ܪܕܘܦܝܐ. — 2 A prius ܛܢܦܐ secunda manu in ܛܢܦܐ mutatum. — 3 A ܘܗܟܢܐ. — 6 A ܐܦ. — 7 B ܥܠ ܒܢܝ. — 8 A ܘܐܟܠܢܝ. — 13 A ܠܛܘܪܐ, ܕܫܢܝ. — 15 A ܘܬܫܬܡܥܘܢ.

[1] ܛܢܦܐ et ܛܢܦܐ *immundum*, de infidelibus et gentibus intellige. Cf. Act. x, 14. — [2] Matth. xvii, 19; xxi, 21.

ܪ̈ܕܘܦܝܟܘܢ: ܡܛܠ ܕܗܟܢܐ ܟܬܝܒ ܒܗ ܠܟܘܢ ܒܗ̇ܝ ܕܘܟܬܐ: ܕܟܠܡܕܡ ܕܠܐ ܬܫܟܚܘܢ ܠܡܥܒܕ܀

ܘܟܕ ܚܙܝܬܗ ܕܡܓܕܦ ܘܡܠܠ ܣܓܝ ܠܘܩܒܠ ܐܘܪܚܐ ܗܢܐ ܡܛܠܬܗ ܐܬܬܙܝܥ ܪ̈ܥܝܢܝ ܘܚܙܝܬܗ ܕܠܐ ܡܩܒܠ ܦܘܫܩܗܘܢ ܕܡ̈ܠܐ ܕܐܡܪ ܠܝ. ܘܫܐܠܬܗ ܐܦ ܐܢܐ ܠܚܕܐ ܡ̈ܠܐ ܡܢ ܢܡܘܣܐ ܘܡܢ ܢܒ̈ܝܐ ܘܐܡܪܬ ܠܗ: ܕܐܝܬܘܗܝ ܗܟܝܠ ܡܒܕܪܝܢ ܐܝܬܝܟܘܢ ܕܐܦ ܟܕ ܡܒܕܪܝܢ ܐܝܬܝܟܘܢ ܐܠܗܐ ܥܡܟܘܢ ܗܘ. ܘܐܘܕܝ ܠܝ: ܕܥܡܢ ܗܘ ܐܠܗܐ: ܡܛܠ ܕܟܢ ܐܡܪ ܐܠܗܐ ܠܐܝܣܪܝܠ: ܕܐܦ ܒܐܪܥܐ ܕܒܥܠܕܒܒ̈ܝܗܘܢ ܠܐ ܫܒܩܬ ܐܢܘܢ: ܘܠܐ ܒܛܠܬ ܩܝܡܝ ܕܥܡܗܘܢ. ܘܬܘܒ ܐܡܪܬ ܠܗ: ܛܒ ܫܦܝܪ ܕܫܡܥܬ ܡܢܟ ܕܥܡܟܘܢ ܗܘ ܐܠܗܐ. ܠܗܘܦܟܐ ܡ̈ܠܝܟ ܐܦ ܐܢܐ ܐܡܪ ܠܟ. ܐܫܥܝܐ ܓܝܪ ܢܒܝܐ ܐܡܪ ܠܗ ܠܐܝܣܪܝܠ ܐܝܟ ܕܡܢ ܦܘܡܐ ܕܐܠܗܐ: ܕܐܢ ܬܥܒܪ ܒܝܡܐ ܥܡܟ ܐܢܐ ܘܢܗܪ̈ܘܬܐ ܠܐ ܢܫܛܦܘܢܟ: ܘܐܢ ܬܗܠܟ ܒܢܘܪܐ ܠܐ ܬܬܟܘܐ ܘܫܠܗܒܝܬܐ ܠܐ ܬܘܩܕܟ ܡܛܠ ܕܥܡܟ ܗܘ ܡܪܝܐ ܐܠܗܟ. ܘܗܫܐ ܠܝܬ ܓܒܪܐ ܚܕ ܒܟܠܗ ܥܡܐ ܘܟܐܢܐ ܘܚܟܝܡܐ ܡܢ ܟܠܗ ܥܡܟܘܢ ܘܢܥܒܪ ܒܝܡܐ ܘܢܚܐ ܘܠܐ ܡܬܛܒܥ:

cutiones vestrae cessent a vobis? Ita namque scriptum vobis est in eodem loco : *Nihil erit quod facere nequeatis*[1].

2. Quem cum blasphemantem viderem, multaque adversus viam [religionis Christi][2] loquentem, animo commotus sum, eumque comperi verborum quae mihi recitaverat interpretationem non recipere. Tum et ego eum interrogavi de sententiis legis et prophetarum, dixique ei : Arbitraminine Deum esse vobiscum licet dispersis? Et mihi confessus est : Nobiscum est Deus; de Israel namque Deus dixit : *Etiam in terris hostium suorum non dereliqui eos, neque irritum feci pactum meum cum eis*[3]. Rursusque ei dixi : Optimum sane a te audivi, Deum vobiscum esse; at ipsa verba tua nunc impugnabo. Isaias propheta Israeli quasi ex ore Dei loquens, ait : *Cum transieris per mare, tecum ero, et flumina non operient te; si ambulaveris in igne, non combureris, et flamma non ardebit in te, quia tecum est Dominus Deus tuus*[4]. Nullus igitur ex omni populo vestro reperitur vir iustus et rectus et sapiens, qui per mare incolumis incedat, nec submergatur; aut per amnem, neque obruatur; vel per ignem ambulans videat an non concremetur,

AB] — 9 *B* om. ܠܚܕܐ ... ܘܐܡܪܬ. — 10 *B* om. ܐܝܬܝܟܘܢ secundo. — 16 A ܕܫܡܥܬ. — *Ib.* *B* ܕܥܡܟܘܢ. — 21 A ܐܢܐ ܐܢܐ ܥܡܟ ܗܘܝܬ. — *Ib.* A ܥܡܟ ܘܢܗܪ̈ܐ. — 26 A ܘܢܚܐ ܐܢ ܠܐ ܡܬܛܒܥ.

[1] Matth. XVII, 19. — [2] ܐܘܪܚܐ *via, institutum, disciplina, religio christiana.* Cf. Act. IX, 2. XVIII, 25. XIX, 9. 23; XXIV, 22. — [3] Lev. XXVI, 44. — [4] Is. XLIII, 2, 3.

vel flamma aduratur. Quod si explicationem mihi volueris adducere, fidem mihi non facies, quemadmodum nec tu interpretationem verborum de quibus me percontatus es recipis.

ܘܢܘܪܐ ܐܠܐ ܬܚܪܘܟ ܠܗ: ܘܐܢ ܬܒܥܐ ܠܝ ܦܫܪܐ ܘܣܒܪܐ ܐܠܐ ܡܠܬܗ ܐܘ ܡܬܒܥܝܢܐ ܠܐ ܡܗܝܡܢܐ ܠܗ. ܐܘ ܬܘܪܓܡܐ ܐܝܟܢܐ ܠܝ ܠܐ ܡܬܦܢܐ ܐܢܬ ܠܝ ܐܝܟ ܕܐܦܠܐ ܐܢܬ ܡܩܒܠ ܐܢܬ ܦܘܫܩܐ ܕܡܠܐ ܕܫܐܠܬܢܝ܀

3. Iterumque cum interrogavi de alio sermone apud Ezechielem conscripto, qui ad Ierusalem ait : *Sodoma et filiae eius aedificabuntur ut olim, et tu et filiae tuae eritis sicut prius*[1]. Hanc ergo sententiam mihi interpretare. Tum ille defensionem suam exorsus est, mihique dixit : Cum Deus per prophetam ad Ierusalem locutus est : *Sodoma et filiae eius aedificabuntur ut olim, et tu et filiae tuae eritis sicut prius;* sensus sermonis est Sodomam et filias eius in sede sua esse restituendas ut olim, et Israeli in servitutem subigendas; Ierusalem autem et filiae eius in decore regni sicut prius existent. Quam responsionem ab eo cum audissem, valde contemptibilem existimavi; ei igitur dixi : Cum prophetarum verba ex ira proferuntur, tota sententia iram ostendit; num forte pars altera iram exprimit, et altera benignitatem? Et ille respondit sermonem iratum totum esse plenum irae, nec pacem ei prorsus inesse. Ad quae ego :

ܬܘܒ ܫܐܠܬܗ ܡܠܬܐ ܐܚܪܬܐ ܕܟܬܝܒܐ ܒܚܙܩܝܐܝܠ ܕܐܡܪ ܠܗ ܠܐܘܪܫܠܡ: ܕܣܕܘܡ ܘܒܢܬܗ ܢܬܒܢܝܢ ܐܝܟ ܕܗܘܝ ܡܢ ܩܕܝܡ: ܘܐܢܬܝ ܘܒܢܬܟܝ ܬܗܘܝܢ ܐܝܟ ܕܗܘܝ ܡܢ ܩܕܝܡ. ܦܫܘܩ ܠܝ ܡܟܝܠ ܡܠܬܐ ܗܕܐ. ܘܫܪܝ ܢܦܩ ܒܪܘܚܐ ܘܐܡܪ ܠܝ: ܕܗܢܐ ܕܐܡܪ ܠܗ ܐܠܗܐ ܒܝܕ ܢܒܝܐ ܠܐܘܪܫܠܡ: ܕܣܕܘܡ ܘܒܢܬܗ ܢܬܒܢܝܢ ܐܝܟ ܕܗܘܝ ܡܢ ܩܕܝܡ: ܘܐܢܬܝ ܘܒܢܬܟܝ ܬܗܘܝܢ ܐܝܟ ܕܗܘܝ ܡܢ ܩܕܝܡ: ܗܢܘ ܣܘܟܠܗ ܕܡܠܬܐ: ܕܣܕܘܡ ܘܒܢܬܗ ܢܗܘܝܢ ܒܝܬܒܘܬܗܝܢ ܐܝܟ ܕܗܘܝ ܡܢ ܩܕܝܡ ܘܢܫܬܥܒܕܘܢ ܠܗܘܢ ܐܣܝܪܐ ܕܐܝܣܪܝܠ: ܘܐܘܪܫܠܡ ܘܒܢܬܗ ܢܗܘܝܢ ܒܫܘܦܪܐ ܕܡܠܟܘܬܐ ܐܝܟ ܕܗܘܝ ܡܢ ܩܕܝܡ. ܘܟܕ ܫܡܥܬ ܡܢܗ ܗܕܐ ܡܕܡ ܒܪܘܚܐ. ܫܛܝܐ ܐܬܚܫܒ ܒܥܝܢܝ ܘܐܡܪܬ ܠܗ: ܕܡܠܐ ܕܢܒܝܐ ܟܕ ܒܪܘܓܙܐ ܡܬܐܡܪܢ ܟܠܗ ܦܠܓܘܬܐ ܕܪܘܓܙܐ ܗܝ: ܐܘ ܕܦܠܓܐ ܦܠܓܗ ܕܪܘܓܙܐ ܘܦܠܓܗ ܕܚܢܢܐ. ܘܐܡܪ: ܕܦܠܓܘܬܐ ܕܪܘܓܙܐ ܟܠܗ ܪܘܓܙܐ ܡܠܐ ܘܠܝܬ ܒܗ ܫܠܡܐ. ܘܐܡܪܬ

AB! — 5 B ܡܠܐ ܕܫܐܠܬܢܝ. — Ib. B ܕܫܐܠܬܢܝ. — 6 A ܫܐܠܬܗ. — 8 A ܒܢܬܗ] ܒܢܬܗܝܢ. — 9 A om. ܘܐܢܬܝ ... ܩܕܝܡ. — 11 A om. ܒܪܘܚܐ. — 13 A ܒܢܬܗ] ܒܢܬܗܝܢ. — 14 A om. ܘܐܢܬܝ ... ܩܕܝܡ. — 17 A ܘܢܫܬܥܒܕܘܢ.

[1] Ezech. XVI, 55.

ܠܗ: ܡܛܠ ܕܐܦܣܬܢܝ ܕܠܝܬ ܫܠܡܐ ܒܗܿܘ ܦܬܓܡܐ ܕܪܘܓܙܐ: ܫܡܥ ܕܠܐ ܚܪܝܢܐ ܘܠܐ ܬܬܚܪܦ: ܘܐܢܐ ܐܦܫܩ ܠܟ ܗܿܘ ܡܠܬܐ. ܡܢ ܪܫܗ ܓܝܪ ܕܡܠܐ ܥܕܡܐ ܠܥܩܒܗ ܦܬܓܡܐ ܒܪܘܓܙܐ ܐܬܡܠܠ. ܐܡܪ ܠܗ ܓܝܪ ܠܐܘܪܫܠܡ: ܕܚܝ ܐܢܐ ܐܡܪ ܡܪܝܐ ܐܠܗܐ ܕܠܐ ܥܒܕܬ ܣܕܘܡ ܘܒܢܬܗ ܐܝܟ ܡܐ ܕܥܒܕܬܝ ܐܢܬܝ ܘܒܢܬܟܝ. ܘܐܡܪ ܠܗ: ܕܒܗܬܝ ܘܩܒܠܝ ܚܣܕܟܝ ܕܙܟܝܬܝ ܠܐܚܘܬܟܝ ܒܚܛܗܝܟܝ ܘܗܢܝܢ ܐܙܕܕܩܝ ܝܬܝܪ ܡܢܟܝ. ܡܛܠ ܕܐܡܪ: ܕܣܕܘܡ ܘܒܢܬܗ ܐܙܕܕܩܝ ܝܬܝܪ ܡܢ ܐܘܪܫܠܡ ܘܡܢ ܒܢܬܗ ܘܙܟܬ ܐܘܪܫܠܡ ܠܣܕܘܡ ܒܚܛܗܝܗ: ܘܘܠܐ ܗܝ ܕܟܕ ܡܬܟܢܫ ܐܝܣܪܝܠ ܒܣܕܘܡ ܘܒܥܡܘܪܐ ܢܗܘܐ ܡܘܬܒܗ: ܡܛܠ ܕܓܦܬܗܘܢ ܡܢ ܓܦܬܐ ܗܝ ܕܣܕܘܡ ܘܡܢ ܫܬܠܬܐ ܕܥܡܘܪܐ: ܘܥܢܒܝܗܘܢ ܡܪܝܪܝ ܘܣܓܘܠܝܗܘܢ ܡܪܪܐ ܠܗܘܢ. ܘܐܦ ܐܫܥܝܐ ܪܫܢܝܗ ܕܣܕܘܡ ܘܥܡܐ ܕܥܡܘܪܐ ܩܪܐ ܐܢܘܢ. ܐܢ ܓܝܪ ܡܬܟܢܫ ܐܝܣܪܝܠ: ܒܣܕܘܡ ܘܒܥܡܘܪܐ ܘܘܠܐ ܕܢܥܡܪ ܥܡ ܪܫܢܝܗ ܕܣܕܘܡ ܘܥܡ ܥܡܐ ܕܥܡܘܪܐ ܘܥܠ ܓܦܬܐ ܕܣܕܘܡ ܘܥܠ ܫܬܠܬܐ ܕܥܡܘܪܐ: ܕܢܐܟܘܠ ܥܢܒܐ ܡܪܝܪܐ ܘܢܗܘܐ ܩܛܦ ܣܓܘܠܐ

Quoniam mihi concessisti nihil subesse pacifici illi vaticinio irae, audi sine contentione, et noli conviciari, tibique verbum illud explicabo. Ab exordio usque ad calcem, tota sententia ex ira pronuntiatur. Ait enim ad Ierusalem : *Vivo ego, dicit Dominus Deus, quia non fecit Sodoma cum filiabus eius sicut fecisti tu et filiae tuae*[1]. Et addit : *Erubesce, et porta ignominiam tuam, quae vicisti sorores tuas peccatis tuis, et ipsae iustiores te sunt*[2]. Quoniam igitur ait Sodomam et filias eius iustiores factas fuisse Ierusalem et filiabus eius, et Ierusalem Sodomam vicisse peccatis suis, Israelem oportebit, quando congregabitur, Sodomae et Gomorrhae ponere sedem. Nam *vinea eorum de vinea Sodomae est, et de traduce Gomorrhae; uvae eorum amarae, et botri eorum fel*[3]. Et Isaias *principes Sodomae et populum Gomorrhae*[4] vocavit eos. Si ergo Israel congregetur, Sodomae et Gomorrhae debet habitare, cum principibus Sodomae et populo Gomorrhae, et super vineam Sodomae et plantaria Gomorrhae uvas amaras comedere, botrosque fellis racemare, de ovis reguli manducare, et telis aranearum operiri[5], vineae labruscas assumere, et in argentum re-

AB] — 6 A om. ܠܗ. — 8 A ܐܢܬܝ ܘܒܢܬܟܝ. — 15 B ܘܠܐ ܗܝ | ܘܘܠܐ ܗܝ. — *Ib.* AB ܘܠܐ ܗܝ. Ego cum Wright ܡܬܟܢܫ conieci. — 17 *B* ܗܝ. — 18 *B* ܘܥܢܒܝܗܘܢ. — 23 A ܥܡ ܪܫܢܐ ܘܥܡ ܥܡܐ. — 26 A ܡܪܝܪܐ ܣܓܘܠܐ.

[1] Ezech. XVI, 48. — [2] *Ib.* XVI, 52. — [3] Deut. XXXII, 32. — [4] Is. I, 10. — [5] *Ib.* LIX, 5, 6.

probum converti[1]. Ita Sodoma et filiae eius quae iustiores quam Ierusalem effectae sunt, prout olim fuerant aedificabuntur; Ierusalem autem, quae Sodomam vicit peccatis suis, in peccatis suis permanebit, et *in vastitate relinquetur, donec quae praefinita sunt compleantur in aeternum*[2].

4. Ait etiam Ezechiel : *Haec fuit iniquitas Sodomae et filiarum eius : Pauperes et egenos manu non sublevarunt; talia autem in eis videns subverti eas*[3]. Computa autem, et animadverte ex quo subversa est Sodoma donec Ierusalem aedificata est, annos esse octingentos nonaginta sex; nempe a tempore quo Deus Abrahae per angelum nuntiavit : *Hoc eodem tempore, proximo anno, revertar ad te, et habebit Sara, uxor tua, filium*[4]; ab eo, inquam, tempore, donec ingressus est Iacob in Aegyptum, anni sunt centum nonaginta unus; dein manserunt filii Iacob in Aegypto ducentos et viginti quinque annos; eorumque omnium summa, ab Isaaci conceptione et Sodomae destructione, quadringenti et sexdecim sunt anni. Post haec, ab egressione Israel de Aegypto donec magna aedificatio Ieru-

ܕܡܪܕܐ: ܘܐܬܗܦܟܬ ܒܢܬܐ ܕܫܡܪܝܢ: ܘܬܬܒܢܝܢ ܢܗܘܝܢ ܐܝܟ ܕܗܘܝ: ܕܢܬܒܢܝܢ ܒܒܪܝܫܝܬܐ ܕܩܕܡܝܐ: ܘܐܘܪܫܠܡ ܒܚܛܗܝܗ ܡܣܠܡܢܐ. ܣܕܘܡ ܙܟܬܗ ܕܐܪܙܝܬܐ ܢܛܐܪ ܡܢ ܚܛܗܝܗ ܢܩܘܐ ܐܝܟ ܕܡܢ ܩܕܝܡ: ܘܚܛܗܝܗ ܕܩܕܡ ܠܣܕܘܡ ܒܚܛܗܝܗ ܢܩܘܘܢ ܘܬܫܬܒܩ ܒܚܘܪܒܐ ܥܕܡܐ ܠܫܘܠܡܐ ܕܩܨܝܨܢ ܠܥܠܡ܀

ܘܐܡܪ ܚܙܩܝܐܝܠ: ܕܗܢܐ ܗܘܐ ܥܘܠܗ ܕܣܕܘܡ ܘܕܒܢܬܗ: ܕܠܡܣܟܢܐ ܘܠܒܝܫܐ ܠܐ ܐܚܝܕܘ: ܘܟܕ ܚܙܝܬ ܗܠܝܢ ܒܗܝܢ ܗܦܟܬ ܐܢܝܢ. ܚܫܘܒ ܘܚܙܝ ܕܡܢ ܕܐܬܗܦܟܬ ܣܕܘܡ ܥܕܡܐ ܕܐܬܒܢܝܬ ܐܘܪܫܠܡ ܗܘܝ ܫܢܝܐ ܬܡܢܡܐܐ ܘܬܫܥܝܢ ܘܫܬ ܫܢܝܢ: ܡܢ ܙܒܢܐ ܕܐܣܒܪ ܐܠܗܐ ܠܐܒܪܗܡ ܒܝܕ ܡܠܐܟܐ: ܕܒܙܒܢܐ ܗܢܐ ܐܬܐ ܠܟ ܘܢܗܘܐ ܒܪܐ ܠܣܪܐ ܐܢܬܬܟ: ܘܡܢ ܗܘ ܙܒܢܐ ܥܕܡܐ ܕܥܠ ܝܥܩܘܒ ܠܡܨܪܝܢ: ܡܐܐ ܘܬܫܥܝܢ ܘܚܕܐ ܫܢܝܢ. ܘܗܘܘ ܒܡܨܪܝܢ ܒܢܝ ܝܥܩܘܒ ܡܐܬܝܢ ܘܥܣܪܝܢ ܘܚܡܫ ܫܢܝܢ: ܕܗܘܝܢ ܟܠܗܝܢ ܫܢܝܐ ܕܡܢ ܟܕ ܐܬܒܛܢ ܐܝܣܚܩ ܘܐܬܗܦܟܬ ܣܕܘܡ ܐܪܒܥܡܐܐ ܘܫܬܬܥܣܪ ܫܢܝܢ. ܘܡܢ ܡܦܩܬܐ ܕܐܝܣܪܝܠ ܕܡܢ ܡܨܪܝܢ

AB^{1} — 1 A ܘܐܬܗܦܟܬ. — 2 A ܢܗܘܝ] ܢܗܘܐ. — 3 A ܒܚܛܗܝܗ] ܒܚܛܗܐ. — 7 *B* ܠܗܘܢ] ܠܗܘܐ. — *Ib.* *B* om. ܒܚܛܗܝܗܘܢ. — 10 A ܘܕܡܣܟܢܐ] ܘܕܡܣܟܢܐ. — 14 A ܐܪܒܥܡܐܐ. — 20 A*B* *anni ducenti* ܡܐܬܝܢ ܫܢܝܢ. Ego cum Sasse ܡܐܐ ܘܬܫܥܝܢ ܘܚܕܐ conieci. — 22 A*B* om. ܘܚܡܫ. Ego cum Sasse conieci. — 23 A om. ܟܠܗܝܢ. — 25 A*B* ܘܫܬܬܥܣܪ. Ego cum Sasse conieci.

1 Ier. v, 30. — 2 Dan. ix, 27. — 3 Ezech. xvi, 49. — 4 Gen. xviii, 14.

ܟܕ ܡܬܒܢܝܐ ܐܘܪܫܠܡ ܒܢܝܢܗ ܪܒܐ ܒܝܕ ܫܠܝܡܘܢ ܘܐܬܬܩܢ ܗܝܟܠܐ ܗܘܝ ܐܪܒܥܡܐܐ ܘܬܡܢܐܝܢ ܫܢܝܢ. ܡܟܝܠ ܟܠܗܘܢ ܫܢܝܐ ܕܡܢ ܒܛܢܗ ܕܐܝܣܚܩ ܘܕܐܬܗܦܟܬ ܣܕܘܡ ܥܕܡܐ ܠܒܢܝܢܗ ܪܒܐ ܕܐܘܪܫܠܡ ܗܘܝ ܬܡܢܡܐܐ ܘܬܫܥܝܢ ܘܫܬ ܫܢܝܢ: ܘܡܢ ܒܢܝܢܗ ܪܒܐ ܕܐܘܪܫܠܡ ܥܕ ܚܪܒܐ ܐܘܪܫܠܡ ܐܪܒܥܡܐܐ ܘܥܣܪܝܢ ܘܚܡܫ ܫܢܝܢ. ܘܚܘܫܒܢܐ ܕܟܠܗܘܢ ܫܢܝܐ ܕܡܢ ܙܒܢܐ ܕܗܘܦܟܝܐ ܕܣܕܘܡ ܥܕܡܐ ܕܚܪܒܬ ܐܘܪܫܠܡ ܐܠܦ ܘܬܠܬܡܐܐ ܘܥܣܪܝܢ ܘܚܕܐ. ܗܠܝܢ ܟܠܗܘܢ ܫܢܝܐ ܕܚܪܒܐ ܣܕܘܡ ܘܒܢܬܗ ܡܢ ܩܕܡ ܐܘܪܫܠܡ: ܘܥܕܟܝܠ ܠܐ ܐܬܝܬܒܬ ܕܗܝ ܝܬܝܪ ܙܕܝܩܐ ܗܘܬ ܡܢ ܐܘܪܫܠܡ. ܡܟܝܠ ܟܠܗ ܚܘܫܒܢܐ ܕܫܢܝܐ ܕܡܢ ܗܘܦܟܝܗ ܕܣܕܘܡ ܥܕܡܐ ܠܫܢܬ ܫܬܡܐܐ ܘܚܡܫܝܢ ܘܚܡܫ ܕܡܠܟܘܬܗ ܕܐܠܟܣܢܕܪܘܣ ܒܪ ܦܝܠܝܦܘܣ ܡܩܕܘܢܝܐ ܐܝܬ ܐܠܦܝܢ ܘܡܐܬܝܢ ܫܒܥܝܢ ܘܫܬ ܫܢܝܢ. ܘܡܢ ܕܚܪܒܬ ܐܘܪܫܠܡ ܡܢ ܒܒܠܝܐ ܥܕܡܐ ܠܗ ܠܝܘܡܐ ܗܢܐ ܬܫܥܡܐܐ ܘܚܡܫܝܢ ܘܚܡܫ ܫܢܝܢ. ܘܐܘܪܫܠܡ ܒܬܪ ܡܢ ܕܚܪܒܘܗ̇ ܒܒܠܝܐ ܗܠܝܢ ܫܒܥܝܢ ܫܒܘܥܝܢ ܕܐܣܗܕ ܥܠܝܗܘܢ ܕܢܝܐܝܠ: ܘܩܒܠܬ ܚܪܒܐ ܚܘܪܒܗ̇ ܐܚܪܝܐ ܡܢ ܪ̈ܗܘܡܝܐ ܕܠܐ

salem per Salomonem exstructa est, conditumque templum, quadringenti octoginta anni sunt. Itaque summa annorum est, a conceptione Isaaci et eversione Sodomae usque ad magnam aedificationem Ierusalem, octingenti nonaginta sex anni; et ab aedificatione magna Ierusalem usque ad eius vastationem quadringenti viginti quinque; denique, a tempore eversionis Sodomae usque ad destructionem Ierusalem summa universa annorum est mille trecentorum viginti et unius. Hi sunt anni universi quibus desolata fuit ante Ierusalem Sodoma cum filiabus suis; et quae iustior fuit quam Ierusalem, usque adhuc non est habitata. Si igitur universum numerum annorum computes ab eversione Sodomae ad annum sexcentesimum quinquagesimum quintum regni Alexandri Philippi Macedonis, habes bis mille ducentos septuaginta et sex annos. A tempore autem quo Ierusalem a Babyloniis vastata fuit, usque in hunc diem, nongenti quinquaginta et quinque anni sunt. Postquam autem a Babyloniis fuit destructa, iterum habitata est septuaginta illas hebdomades de quibus Daniel testificatus est. Deinde ultimum excidium a Romanis accepit, neque unquam restaurabitur, quoniam

AB] — 3 A ܘܐܬܗܦܟܬ ܣܕܘܡ. — *Ib.* A ܕܒܢܝܢܗ. — 6 A add. ܫܢܝܢ̈ ܗܘܝ. — 7 A ܐܘܪܫܠܡ. — 14 A ܕܗܘܝ. — 20 *AB* om. ܘܡܐܬܝܢ. Ego cum Wright conieci. — 24 A ܕܚܪܒܘܗ̇. — 25 A ܕܐܣܗܕ.

in vastitate manet donec consummentur ea quae praefinita sunt[1]. Omnes porro anni vastationis Ierusalem prioris et posterioris, sunt quadringenti sexaginta et quinque; e quibus si septuaginta annos deducas [captivitatis] Babylonis, manent trecenti nonaginta et quinque anni.

ܠܐ ܡܬܒܢܝܐ ܠܥܠܡ ܡܛܠ ܕܐܬܐܡܪ ܠܗ ܥܠ ܫܠܡܐ ܕܙܒܢܐ ܠܫܘܡܠܝܐ ܘܦܣܝܩܬܐ. ܒܪܡ ܕܝܢ ܟܠܗܝܢ ܫܢܝܐ ܕܚܘܪܒܗ ܕܐܘܪܫܠܡ ܩܕܡܝܐ ܘܐܚܪܝܐ ܗܘܝܢ ܐܪܒܥܡܐܐ ܘܫܬܝܢ ܘܚܡܫ ܫܢܝܢ܆ ܡܢ ܐܠܝܢ ܡܢܗܘܢ ܫܒܥܝܢ ܫܢܝܢ ܕܒܒܠ ܗܘܝ ܒܗܝܢ ܠܬܠܬܡܐܐ ܘܬܫܥܝܢ ܘܚܡܫ ܫܢܝܢ܀

5. Hanc omnem demonstrationem tibi scripsi, quod se efferant Iudaei [dicentes] : Futurum nobis est ut denuo congregemur. Si autem Sodoma, cuius malitia iniquitatem Ierusalem non exaequavit, hucusque non est restituta, neque, ut dicimus, in perpetuum restituetur, quomodo Ierusalem instaurabitur, cuius maior fuit iniquitas quam Sodomae et filiarum eius? Sodomae per annos mille ducentos septuaginta sex Deum non miseruit; num dicendum nobis est Ierusalem eum debere misereri, a cuius desolatione trecenti nonaginta et quinque anni hucusque colliguntur, secundum computationem supra institutam? Insuper autem cum dixit : *Sodoma et filiae eius instaurabuntur ut olim;* ad Ierusalem vero : *Tu et filiae tuae eritis sicut prius*[2]; significatio sermonis est eas nunquam in perpetuum esse habitandas; terrae enim cui iratus est Domi-

ܗܢܐ ܟܠܗ ܬܚܘܝܬܐ ܟܬܒܬ ܠܟ ܡܛܠ ܕܡܫܬܒܗܪܝܢ ܝܗܘܕܝܐ܆ ܕܐܡܪܝܢ ܕܥܬܝܕ ܠܢ ܠܡܬܟܢܫܘ. ܐܢ ܓܝܪ ܣܕܘܡ ܕܒܝܫܘܬܗ ܠܐ ܫܘܝܐ ܗܘܐ ܐܝܟ ܕܐܘܪܫܠܡ ܥܕܡܐ ܠܗܫܐ ܠܐ ܐܬܒܢܝܬ ܘܐܦܠܐ ܐܡܪܝܢܢ ܕܠܥܠܡ ܠܐ ܬܬܒܢܐ܆ ܐܘܪܫܠܡ ܕܣܓܝ ܥܘܠܗ ܡܢ ܕܣܕܘܡ ܘܕܒܢܬܗ ܐܝܟܢܐ ܬܬܒܢܐ܂ ܣܕܘܡ ܠܐܠܦ ܘܡܐܬܝܢ ܘܫܒܥܝܢ ܘܫܬ ܫܢܝܢ ܠܐ ܐܬܪܚܡ ܥܠܝܗ ܐܠܗܐ܆ ܕܠܡܐ ܐܡܪܝܢܢ ܕܥܠ ܐܘܪܫܠܡ ܡܪܚܡ܂ ܕܡܢ ܚܘܪܒܗ ܠܗܫܐ ܐܢܝܢ ܘܬܠܬܡܐܐ ܘܬܫܥܝܢ ܘܚܡܫ ܫܢܝܢ ܡܢ ܚܘܫܒܢܐ ܕܐܬܚܫܒ. ܠܗܢܐ ܣܟܡܐ ܕܡܢ ܠܥܠ ܣܝܡ. ܒܪܡ ܕܝܢ ܗܘ ܕܐܡܪ܆ ܕܣܕܘܡ ܘܒܢܬܗ ܢܬܒܢܝܢ ܐܝܟ ܕܡܢ ܩܕܝܡ܆ ܘܥܠ ܐܘܪܫܠܡ ܐܡܪ܆ ܕܐܢܬܝ ܘܒܢܬܟܝ ܬܗܘܝܢ ܐܝܟ ܕܡܢ ܩܕܝܡ܆ ܗܢܘ ܣܘܟܠܗ ܕܡܠܬܐ܆ ܕܠܥܠܡ ܠܐ ܢܬܝܬܒܢ܆ ܡܛܠ ܕܐܦ ܥܠ ܐܪܥܐ ܕܪܓܙ ܒܗ ܡܪܝܐ ܗܘܝܐ

AB[1] — 1 A ܐܬܒܢܝܬ. — Ib. A ܠܫܘܡܠܝܐ. — 5 B om. ܘܫܬܝܢ. — 8 A ܟܬܒܬ. — 11 B ܠܐܘܪܫܠܡ. — 15 AB om. ܘܡܐܬܝܢ. Ego cum Wright conieci ut supra. — 18 B ܕܚܘܒܗ. — 20 A om. ܠܥܠ. — 21 A ܘܐܡܪ. — 23 A ܘܐܘܪܫܠܡ.

1 Dan. IX, 27. — 2 Ezech. XVI, 55.

ܠܥܠܡ: ܕܠܐ ܬܙܕܪܥ ܘܠܐ ܬܥܒܐ ܘܠܐ ܬܣܩ ܒܗ ܟܠ ܥܣܒ: ܐܠܐ ܬܗܘܐ ܐܝܟ ܣܕܘܡ ܘܥܡܘܪܐ ܕܪܓܙ ܒܗܘܢ ܡܪܝܐ ܘܠܐ ܐܬܪܥܝ ܒܗܘܢ. ܡܩܒܠܢܐ ܐܬܛܦܝܣ ܐܘ ܫܡܘܥܐ ܕܣܕܘܡ ܘܒܢܬܗ ܠܥܠܡ ܠܐ ܡܬܝܬܒܢ: ܐܠܐ ܢܗܘܝܢ ܐܝܟ ܕܗܘܝ ܡܢ ܩܕܝܡ ܐܝܟ ܗܘ ܙܒܢܐ ܕܒܗ ܠܐ ܡܬܝܬܒܢ ܗܘܝ ܘܐܝܟ ܙܒܢܐ ܕܪܓܙ ܒܗܘܢ ܡܪܝܐ ܘܠܐ ܐܬܪܥܝ ܒܗܘܢ. ܘܐܘܪܫܠܡ ܘܒܢܬܗ ܢܗܘܝܢ ܐܝܟ ܕܗܘܝ ܡܢ ܩܕܝܡ ܐܝܟ ܙܒܢܐ ܩܕܡܝܐ ܕܒܚܘܪܒܐ ܩܐܡ ܗܘܐ ܛܘܪܐ ܕܐܡܘܪܝܐ ܕܒܗ ܒܢܐ ܐܒܪܗܡ ܡܕܒܚܐ ܟܕ ܦܟܪ ܒܓܘܗ ܠܐܝܣܚܩ ܒܪܗ: ܘܐܝܟ ܕܚܪܝܒ ܗܘܐ ܟܕ ܙܒܢ ܕܘܝܕ ܐܕܪܐ ܡܢ ܐܪܢܢ ܝܒܘܣܝܐ ܘܒܢܐ ܬܡܢ ܡܕܒܚܐ. ܘܐܣܬܟܠ ܘܚܙܝ ܕܗܘ ܛܘܪܐ ܕܩܪܒ ܒܗ ܐܒܪܗܡ ܠܒܪܗ ܗܘܝܘ ܛܘܪܐ ܕܝܒܘܣ ܕܗܝ ܗܝ ܐܘܪܫܠܡ: ܘܗܘ ܕܘܟܬܐ ܕܐܕܪܐ ܕܙܒܢ ܕܘܝܕ ܡܢ ܐܪܢܢ ܗܘ ܗܘ ܕܐܬܒܢܝ ܒܗ ܗܝܟܠܐ. ܗܟܢܐ ܩܝܡܐ ܐܘܪܫܠܡ ܒܚܘܪܒܐ ܐܝܟ ܕܗܘܝ ܡܢ ܩܕܝܡ. ܘܐܣܬܟܠ ܕܟܕ ܐܬܢܒܝ ܚܙܩܝܐܝܠ ܗܢܐ ܦܬܓܡܐ ܒܫܝܢܐ ܐܘܪܫܠܡ ܝܬܒܐ ܗܘܬ ܒܪܒܘܬܗ: ܘܡܪܝܕܝܢ ܗܘܘ ܒܢܝ̈ܗ ܥܠ ܡܠܟܐ ܕܒܒܠ: ܘܦܬܓܡܐ ܕܐܡܪ ܢܒܝܐ ܒܪܘܓܙܐ ܘܒܚܣܕܐ ܐܡܪ ܥܠ ܐܘܪܫܠܡ܀

nus maledixit : *Non conseretur, nec germen proferet, neque ascendet in ea quidpiam virens; sed erit sicut Sodoma et Gomorrha, quibus iratus est Dominus nec placatus est*[1]. Persuasum ergo habeas, auditor, Sodomam et filias eius nunquam habitatum iri, verum quales olim fuerint mansuras, prout nimirum eo tempore erant quo nondum incolas tenebant, et sicut in die illo quo adversus eas iratus est Dominus, nec potuit eis placari. Ierusalem etiam et filiae eius quales prius fuerint manebunt, sicut pristinis temporibus, cum desertus existebat mons Amorrhaeorum, ubi erexit Abraham altare, super quod alligavit filium suum Isaac; sicut etiam aridus erat quando emit David aream ab Ornan Iebusaeo, altareque ibi aedificavit. Intellige enim et animadverte montem illum in quo Abraham filium suum obtulit, ipsum esse montem Iebus, quae est Ierusalem; locumque illum areae quam David ab Ornan coemit, eum esse in quo Templum aedificatum est. Ita igitur Ierusalem in vastitate, sicut prius, permanebit. Nota insuper tempore quo Ezechiel effatum illud vaticinabatur, Ierusalem adhuc in magnificentia sua constitisse; at incolae eius adversus regem Babylonis rebellaverant, et sententiam quam propheta enuntiavit, ex ira et in vituperationem adversus Ierusalem protulit.

AB] — 6 A ܡܬܒ. — 8 A ܕܪܓܙ. — 16 A ܕܗܘ [ܗܘܝܘ. — 18 A om. ܗܝ.

[1] Deut. XXIX, 23.

6. Hoc etiam attende, auditor et considera : Si spem Deus reliquisset Sodomae et [urbibus] sociis eius, non igne eas et sulphure, quae signum sunt diei novissimae mundi, subvertisset, verum tradidisset uni cuilibet regnorum, a quo castigarentur. Scriptum est enim Ieremiam quando calicem furoris propinavit gentibus et regnis[1], de singulis civitatibus dixisse : Postquam calicem biberint, convertam captivitatem Aelam, et Tyri, et Sidonis, et filiorum Ammon, et Moab, et Edom; et de unoquoque regnorum horum dicit : *In novissimis diebus, reducam captivitatem illius*[2]. Videmus itaque Tyrum inhabitatam fuisse opibusque abundasse postquam septuaginta annos erraverat, et postquam praemium quaestuum suorum tulerat, atque cum universis regnis fuerat fornicata; tunc *citharam sumpsit, beneque pulsavit, et canticum frequentavit*[3]. Regio Aelam quoque incolis copiisque abundavit. At de Babylone dixit Ieremias : *Cadet Babylon et non consurget*[4]. Et ecce, usque ad hanc diem et in perpetuum, in vastitate manebit. De Ierusalem pariter ait : *Cadet et non adiiciet ut resurgat virgo Israel; derelicta est humi, et non est qui suscitet eam*[5]. Quod

ܐܣܬܟܠ ܚܙܝ ܫܡܘܥܐ ܕܐܠܘ
ܣܒܪ ܐܠܗܐ ܫܒܩܐ ܠܣܕܘܡ ܘܠܫܒܒܬܗ:
ܠܐ ܗܘܐ ܒܢܘܪܐ ܘܒܟܒܪܝܬܐ ܗܦܟ ܗܘܐ
ܠܗܝܢ ܐܠܗ ܕܢܝܫܐ ܐܚܪܝܐ ܕܥܠܡܐ:
ܐܠܐ ܡܫܠܡ ܗܘܐ ܠܗܘܢ ܠܚܕ ܚܕܐ
ܡܢ ܡܠܟܘܬܐ ܕܢܪܕܘܢ ܐܝܟ ܕܟܬܝܒ
ܕܟܕ ܐܫܩܝ ܐܪܡܝܐ ܟܣܐ ܕܚܡܬܐ
ܠܥܡܡܐ ܘܠܡܠܟܘܬܐ ܐܡܪ ܗܘܐ
ܥܠ ܚܕܐ ܚܕܐ ܡܢ ܡܕܝܢܬܐ: ܕܒܬܪ
ܕܫܬܝܢ ܟܣܐ ܡܗܦܟ ܐܢܐ ܫܒܝܬܐ
ܕܥܝܠܡ ܘܕܨܘܪ ܘܕܨܝܕܢ ܘܕܒܢܝ ܥܡܘܢ
ܘܕܡܘܐܒ ܘܕܐܕܘܡ: ܘܥܠ ܚܕܐ ܚܕܐ ܡܢ
ܗܠܝܢ ܡܠܟܘܬܐ ܐܡܪ: ܕܒܐܚܪܝܬ
ܝܘܡܬܐ ܐܗܦܟ ܫܒܝܬܗ. ܘܚܙܝܢ ܕܨܘܪ
ܝܬܒܐ ܘܡܥܡܪܐ ܡܢ ܒܬܪ ܕܛܥܬ
ܫܒܥܝܢ ܫܢܝܢ ܘܡܢ ܒܬܪ ܕܢܣܒܬ
ܐܓܪܐ ܡܢ ܐܬܓܪܘܬܗ ܘܡܢ ܒܬܪ ܕܙܢܝܬ
ܒܟܠܗܝܢ ܡܠܟܘܬܐ: ܘܢܣܒܬ ܟܢܪܐ
ܘܢܩܫܬ ܫܦܝܪ ܘܐܣܓܝܬ ܙܡܪܐ.
ܘܐܦ ܐܬܪܐ ܕܥܝܠܡ ܝܬܝܒ ܘܡܥܡܪ.
ܥܠ ܒܒܠ ܐܡܪ ܐܪܡܝܐ: ܕܬܦܠ
ܒܒܠ ܘܠܐ ܬܩܘܡ. ܘܗܐ ܥܕܡܐ ܠܝܘܡܢܐ
ܘܐܦ ܥܕܡܐ ܠܥܠܡ ܒܚܘܪܒܐ
ܝܬܒܐ. ܘܐܦ ܥܠ ܐܘܪܫܠܡ ܐܡܪ:
ܕܬܦܠ ܘܠܐ ܬܘܣܦ ܠܡܩܡ ܒܬܘܠܬܐ
ܕܐܝܣܪܝܠ: ܐܫܬܒܩܬ ܥܠ ܐܪܥܐ

AB. — 6 B ܘܒܕܘܒܪܐ [illegible] — 11 A ܘܨܝܕ. — 12 B om. ܘܕܐܕܘܡ. — 15 B ܘܡܢ. — Ib. A ܕܐܬܓܪܘܬ. — 18 B ܟܢܪܐ. — 24 A ܝܬܒܐ

[1] Ier. xxv, 15, 17, 21, 22. — [2] Ib. xlviii, 47, xlix, 6, 39. — [3] Is. xxiii, 15, 16. — [4] Ier. li, 64. — [5] Am. v, 1, 2.

ܘܟܐܢܐ ܕܡܬܢܒܝܢ ܒܗ. ܐܢ ܫܪܝܪ ܫܪܝܪܐ ܢܒܝܘܬܐ ܗܝ ܕܐܡܪ ܐܪܡܝܐ ܥܠ ܒܒܠ: ܐܦ ܥܠ ܐܘܪܫܠܡ ܫܪܝܪܐ ܘܡܗܝܡܢܐ. ܘܐܫܥܝܐ ܐܡܪ ܠܗ ܠܐܘܪܫܠܡ: ܕܠܐ ܐܪܓܙ ܥܠܝܟܝ ܘܠܐ ܐܟܐܐ ܒܟܝ. ܫܪܝܪܐܝܬ ܠܐ ܪܓܙ ܥܠܝܗ: ܘܐܦ ܠܐ ܟܐܐ ܒܗ ܠܥܠܡ: ܡܛܠ ܕܚܪܝܒܐ ܠܗ ܗܘ ܟܐܐ ܒܗ ܘܠܐ ܗܝ ܡܡܪܡܪܐ ܠܗ܀

ܡܛܠ ܕܡܚܣܕܝܢ ܠܢ: ܕܡܬܪܕܦܝܢ ܐܢܬܘܢ ܘܠܐ ܡܬܦܪܩܝܢ ܐܢܬܘܢ: ܢܒܗܬܘܢ ܗܢܘܢ ܕܒܫܥܒܕܐ ܐܬܪܕܝܘ ܘܒܐܘܠܨܢܐ ܣܓܝܐܐ ܥܕ ܡܬܦܪܩܝܢ. ܐܫܬܥܒܕܘ ܒܡܨܪܝܢ ܡܐܬܝܢ ܘܥܣܪܝܢ ܘܚܡܫ ܫܢܝܢ. ܘܫܥܒܕܘ ܡܕܝܢܝܐ ܠܐܝܣܪܝܠ ܒܝܘܡܝ ܒܪܩ ܘܕܒܘܪܐ. ܘܐܫܬܠܛܘ ܒܗܘܢ ܡܘܐܒܝܐ ܒܝܘܡܝ ܐܗܘܕ: ܘܥܡܘܢܝܐ ܒܝܘܡܝ ܢܦܬܚ: ܘܦܠܫܬܝܐ ܒܝܘܡܝ ܫܡܫܘܢ ܘܐܦ ܒܝܘܡܝ ܥܠܝ ܘܫܡܘܐܝܠ ܢܒܝܐ: ܘܐܕܘܡܝܐ ܒܝܘܡܝ ܐܚܒ: ܘܐܬܘܪܝܐ ܒܝܘܡܝ ܚܙܩܝܐ: ܘܡܠܟܐ ܕܒܒܠ ܡܢ ܐܪܥܗܘܢ ܥܩܪ ܘܒܕܪ ܐܢܘܢ. ܘܟܕ ܣܓܝ ܒܩܐ ܘܪܕܐ ܐܢܘܢ: ܠܐ ܐܬܬܪܨܘ ܐܝܟ ܕܐܡܪ ܠܗܘܢ: ܕܣܪܝܩܐܝܬ ܡܚܝܬ ܠܒܢܝܟܘܢ ܘܡܪܕܘܬܐ ܠܐ ܩܒܠܘ. ܘܬܘܒ ܐܡܪ: ܕܦܣܩܬ ܠܢܒܝܐ ܘܩܛܠܬ

si vera est prophetia quam adversus Babylonem Ieremias protulit, vera etiam ac fidelis est adversus Ierusalem. Isaias quidem ad Ierusalem ait : *Non irascar tibi neque increpabo te*[1]. Vere enim adversus eam ultra non irascetur, neque eam increpabit in aeternum; nam eam quae iam vastata est neque ille reprehendet, neque ipsa eum amplius exacerbabit.

7. Porro qui nobis conviciantur [dicentes] : Vos persecutionem sustinetis nec liberamini; erubescant ipsi eo quod vexationibus iugiter subiecti fuerint, idque plurimis annis antequam liberarentur. Servierunt namque in Aegypto ducentos viginti et quinque annos. Servitio Israelitas iterum Madianitae, sub diebus Barac et Debborae, subiecerunt[2]. Ipsis etiam dominati sunt Moabitae in diebus Aod; Ammonitae in diebus Iephte, Philistaei in diebus Samsonis et rursus tempore Heli et Samuelis prophetae; Idumaei in diebus Achab[3], Assyrii quoque tempore Ezechiae, et tandem eos rex Babylonis de terra eorum exterminavit atque dispersit. Sed quamvis plurimum probati et castigati fuerint, non se emendaverunt, quemadmodum ait eis : *Frustra percussi filios, et discipli-*

AB] — 2 A ܢܒܝܘܬܐ ܗܝ. — 8 A ܠܐ]ܠܗ. — 10 A ܕܡܣܚܕܝܢ (sic). — 14 A add. ܡܬܠܡܝܢ ܗܘܘ. — 19 A ܐܦ.

[1] Is. LIV, 9. — [2] Non Madianitae sed Chananaei. Iud. IV, 2. — [3] Non Idumaei sed Syri, ܐܪܡ. I (III) Reg. XX, 11. Vid. supra Demonstr. XIV, § 10. Cf. Praef. § 11.

nam non receperunt[1]. Et iterum : *Dissecui prophetas et occidi eos in verbo oris mei*[2]. Et ad Ierusalem ait : *Infirmitatibus et plagis erudire, Ierusalem, ne forte recedat anima mea a te*[3]. Ipsi vero dereliquerunt eum et idola coluerunt, sicut adversus eos Ieremias dixit : *Transite ad insulas longinquas, et in Cedar mittite, et attente considerate, et videte si factum est huiuscemodi; si mutant gentes deos suos; et certe non sunt dii; populus vero meus mutavit gloriam suam in rem inutilem. Obstupescite caeli super hoc; moveamini et extimescite vehementer, dicit Dominus. Duo enim mala fecit populus meus : me dereliquerunt, fontem aquae vivae, et abeuntes foderunt sibi cisternas effractas, quae continere non valent aquas*[4]. Cisternae illae disruptae, sunt simulacrorum et idolorum cultus. Hoc vero caelos obstupefacit; quod adoraverint [Iudaei] militias caelorum; condemnati sunt autem caeli ut sicut volumen complicarentur, omnisque militia eorum deflueret[5].

8. Totum hunc sermonem praecedentem tibi, carissime, conscripsi, propter convicia quibus Iudaeus quidam filios populi nostri increpavit. Nunc vero pro facultate mea tibi ostendam vexatos mercedem magnam esse consecutos,

ܐܝܟ ܕܒܡܐܡܪ ܦܘܡܝ. ܘܠܐܘܪܫܠܡ ܐܡܪ ܠܗ: ܕܒܟܐܒܐ ܘܒܡܚܘܬܐ ܐܬܪܕܝ ܐܘܪܫܠܡ: ܕܠܡܐ ܬܐܢܐ ܢܦܫܝ ܡܢܟܝ. ܘܗܢܘܢ ܫܒܩܘܗܝ ܘܦܠܚܘ ܠܦܬܟܪܐ ܐܝܟ ܕܐܡܪ ܥܠܝܗܘܢ ܐܪܡܝܐ: ܕܥܒܪܘ ܠܓܙܪܬܐ ܕܪܚܝܩܢ ܘܠܩܝܕܪ ܫܕܪܘ: ܘܚܙܘ ܐܣܬܟܠܘ ܛܒ ܐܢ ܗܘܐ ܐܝܟ ܗܕܐ: ܐܢ ܡܚܠܦܝܢ ܥܡܡܐ ܐܠܗܝܗܘܢ ܐܝܟ ܕܠܐ ܗܢܘܢ ܐܠܗܐ. ܘܥܡܝ ܚܠܦ ܐܝܩܪܗ ܒܡܕܡ ܕܠܐ ܡܘܬܪ. ܐܬܡܗܘ ܫܡܝܐ ܥܠ ܗܕܐ: ܘܙܘܥܘ ܘܕܚܠܘ ܛܒ ܐܡܪ ܡܪܝܐ: ܡܛܠ ܕܬܪܬܝܢ ܒܝܫܢ ܥܒܕ ܥܡܝ: ܠܝ ܫܒܩܘ ܡܒܘܥܐ ܕܡܝܐ ܚܝܐ: ܘܐܙܠܘ ܚܦܪܘ ܠܗܘܢ ܓܘܒܐ: ܓܘܒܐ ܬܒܝܪܐ ܕܠܐ ܡܫܟܚܝܢ ܠܡܚܡܠܘ ܒܗܘܢ ܡܝܐ. ܓܘܒܐ ܓܝܪ ܬܒܝܪܐ ܕܐܡܪ ܦܬܟܪܐ ܐܢܘܢ ܘܦܠܚܢܐ: ܘܫܡܝܐ ܕܬܡܗܘ ܠܗܘܢ ܡܛܠ ܕܣܓܕܘ ܠܚܝܠܘܬܐ ܕܫܡܝܐ: ܘܡܬܚܝܒܝܢ ܫܡܝܐ ܡܫܡܫ ܒܢܦܠܐ ܕܡܬܟܪܟܝܢ ܐܝܟ ܡܓܠܬܐ ܘܟܠܗ ܚܝܠܗܘܢ ܢܬܪ܀

ܗܢܐ ܟܠܗ ܡܐܡܪܐ ܕܩܕܡ ܠܟ ܚܒܝܒܝ ܟܬܒܬ ܠܟ: ܡܛܠ ܕܚܣܕ ܓܒܪܐ ܝܗܘܕܝܐ ܠܒܢܝ ܥܡܢ. ܗܫܐ ܕܝܢ ܐܝܟ ܡܣܬܝܟ ܕܡܛܝܐ ܐܢܐ ܐܚܘܝܟ ܥܠ ܪ̈ܕܘܦܐ ܕܗܢܘܢ

AB[1] — 12 A ܒܡܕܡ. — 13 A pariter prima manu ܓܘܒܐ ܓܘܒܐ sed secunda manu alterum ܓܘܒܐ erasum est. — 15 *B* ܬܒܝܪܐ — *Ib.* A ܐܬܒܪܐ. — 17 *B* ܠܚܝܠܘܬܐ. — 18 ܕܡܬܚܝܒܝܢ. — 26 A ܐܬܪ̈ܕܦܘ.

[1] Ier. II, 30. — [2] Os. VI, 5. — [3] Ier. VI, 7, 8. — [4] *Ib.* II, 10-13. — [5] Is. XXXIV, 4.

ܩܒܠܗ ܦܘܪܥܢܐ ܗܘܐ. ܘܪܕܘܦܐ ܗܘܘ ܒܨܥܪܐ ܘܒܫܝܛܘܬܐ܀

ܝܥܩܘܒ ܪܕܝܦܐ ܘܥܣܘ ܪܕܘܦܐ: ܝܥܩܘܒ ܢܣܒ ܒܘܪܟܬܐ ܘܒܘܟܪܘܬܐ: ܘܥܣܘ ܐܣܬܠܩ ܡܢ ܬܪܬܝܗܝܢ. ܝܘܣܦ ܪܕܝܦܐ ܘܐܚܘܗܝ ܪܕܘܦܐ: ܝܘܣܦ ܐܬܪܝܡ ܘܪܕܘܦܘܗܝ ܣܓܕܘ ܠܗ: ܘܐܫܬܠܡܘ ܚܠܡܘܗܝ ܘܚܙܘܘܗܝ. ܘܝܘܣܦ ܪܕܝܦܐ ܕܡܘܬܐ ܗܘ ܕܝܫܘܥ ܪܕܝܦܐ. ܝܘܣܦ ܐܠܒܫܗ ܐܒܘܗܝ ܟܘܬܝܢܐ ܕܦܣܬܐ: ܘܝܫܘܥ ܐܠܒܫܗ ܐܒܘܗܝ ܦܓܪܐ ܡܢ ܒܬܘܠܬܐ. ܝܘܣܦ ܪܚܝܡ ܗܘܐ ܠܗ ܐܒܘܗܝ ܝܬܝܪ ܡܢ ܐܚܘܗܝ: ܘܝܫܘܥ ܪܚܡܗ ܘܝܚܝܕܗ ܕܐܒܘܗܝ. ܝܘܣܦ ܚܙܐ ܚܙܘܐ ܘܚܠܡ ܚܠܡܐ: ܘܝܫܘܥ ܡܠܝ ܚܙܘܐ ܘܢܒܝܐ. ܝܘܣܦ ܪܥܝܐ ܥܡ ܐܚܘܗܝ: ܘܝܫܘܥ ܪܫ ܪܥܘܬܐ. ܝܘܣܦ ܟܕ ܫܕܪܗ ܐܒܘܗܝ ܠܡܣܥܪ ܠܐܚܘܗܝ ܚܙܐܘܗܝ ܕܐܬܐ ܘܐܬܚܫܒܘ ܠܡܩܛܠܗ: ܘܝܫܘܥ ܟܕ ܫܕܪܗ ܐܒܘܗܝ ܠܡܣܥܪ ܠܐܚܘܗܝ ܐܡܪܘ: ܕܗܢܘ ܝܪܬܐ: ܬܘ ܢܩܛܠܝܘܗܝ. ܝܘܣܦ ܐܪܡܝܘܗܝ ܐܚܘܗܝ ܒܓܘܒܐ: ܘܝܫܘܥ ܐܚܬܘܗܝ ܐܚܘܗܝ ܠܒܝܬ ܡܝܬܐ. ܝܘܣܦ ܣܠܩ ܡܢ ܓܘܒܐ: ܘܝܫܘܥ ܩܡ ܡܢ ܒܝܬ ܡܝܬܐ.

persecutores autem in ignominiam et contemptionem venisse.

9. Iacob vexatus fuit, Esau autem persecutor; Iacob benedictionem et primogenita suscepit, Esau ab utrisque reprobatus est. Ioseph persecutionem sustinuit, et fratres eius persecutores fuerunt. Ioseph exaltatus est; persecutores autem eius coram eo sunt prostrati, et comprobata sunt eius somnia et visiones. Ioseph autem vexatus similitudinem praebet Iesu vexati. Ioseph namque a Patre suo vestitus est tunica fimbriata; Iesum autem Pater eius corpore induit de Virgine [adsumpto]. Ioseph a patre super fratres suos diligebatur; et Iesus amatus et dilectus Patris est. Ioseph visiones vidit et somnia somniavit; Iesus visiones et prophetas adimplevit. Ioseph pastor fuit cum fratribus suis; Iesus princeps pastorum est. Ioseph cum misisset eum pater suus ut fratres inviseret, venientem prospexerunt, et cogitaverunt eum occidere; Iesum cum misisset Pater fratres suos visitatum, dixerunt : *Hic est heres; venite, occidamus eum*[1]. Ioseph a fratribus in cisternam proiectus est; Iesum ad mortuos demiserunt. Ioseph de cisterna escendit; Iesus e mortuis sur-

AB] — 1 *B* ܘܪܕܘܦܐ. — 3 A ܐܪܕܝܦܐ. — *Ib.* A prius *vexatus* ܪܕܝܦܐ, secunda manu in ܪܕܘܦܐ mutatum [ܪܕܘܦܐ. — *Ib.* *B* ܪܕܝܦܐ ܘܥܣܘ [ܪܕܘܦܐ ܥܣܘ. — 4 A ܒܘܪܟܬܐ ܘܒܘܟܪܘܬܐ. — 8 A ܘܚܙܘܢܘܗܝ. — 15 *B somnium somniavit ac visionem vidit* ܚܠܡ ܚܠܡܐ ܘܚܙܐ ܚܙܘܐ. — 16 *B* ܚܙܘܐ. — 23 *B* ܘܥܣܘ.

[1] Matth. xxi, 38.

rexit. Ioseph de cisterna ubi emersit, in fratres suos dominatus est. Iesu postquam e sepulcro surrexit, dedit Pater nomen magnum et excellentius, ut fratres eius ei servirent, et inimici eius sub pedibus ipsius ponerentur. Postquam Ioseph fratres suos agnovit, erubuerunt et pertimuerunt, magnitudinem eius admirantes; Iesus cum in fine temporum adveniet et in maiestate sua revelabitur, erubescent, formidabunt et exterrebuntur coram eo fratres eius, qui eum cruci fixerunt. Ioseph suadente Iuda venditus est in Aegyptum; Iesus manibus Iudae Iscariotae Iudaeis proditus est. Ioseph dum eum vendebant nullum verbum fratribus suis respondit; neque Iesus quidquam locutus est aut responsum dedit iudicibus qui ipsum iudicabant. Ioseph ab hero iniuste traditus est in carcerem; Iesum filii populi sui inique damnarunt. Ioseph duas vestes suas, fratribus unam, alteram uxori domini sui dimisit; Iesus vestimenta sua reliquit, et diviserunt sibi ea milites. Ioseph triginta annos natus in conspectu Pharaonis stetit, et dominus Aegypti constitutus est; et Iesus, cum esset quasi annorum triginta [1], ad Iordanem venit ut baptizaretur, et Spiritum accepit, exiitque ad praedicandum. Io-

ܝܘܣܦ ܒܬܪ ܕܣܠܩ ܡܢ ܓܘܒܐ ܐܫܬܠܛ ܥܠ ܐܚܘܗܝ܂ ܘܝܫܘܥ ܒܬܪ ܕܩܡ ܡܢ ܒܝܬ ܡܝܬܐ ܝܗܒ ܠܗ ܐܒܘܗܝ ܫܡܐ ܪܒܐ ܘܡܝܬܪܐ ܕܢܫܬܥܒܕܘܢ ܠܗ ܐܚܘܗܝ ܘܒܥܠܕܒܒܘܗܝ ܢܬܬܣܝܡܘܢ ܬܚܝܬ ܪܓܠܘܗܝ܂ ܝܘܣܦ ܟܕ ܐܫܬܘܕܥ ܐܦ ܠܐܚܘܗܝ ܒܗܬܘ ܘܕܚܠܘ ܘܐܬܕܡܪܘ ܒܪܒܘܬܗ܂ ܘܝܫܘܥ ܟܕ ܐܬܐ ܒܫܘܠܡܐ ܕܙܒܢܐ ܘܡܬܓܠܐ ܒܪܒܘܬܗ܂ ܒܗܬܝܢ ܘܕܚܠܝܢ ܘܡܬܬܙܝܥܝܢ ܐܚܘܗܝ ܕܨܠܒܘܗܝ ܩܕܡܘܗܝ܂ ܝܘܣܦ ܕܝܢ ܒܡܠܟܘܬܗ ܕܝܗܘܕܐ ܐܙܠ ܠܡܨܪܝܢ܂ ܘܝܫܘܥ ܡܢ ܐܝܕܝ ܝܗܘܕܐ ܐܣܟܪܝܘܛܐ ܐܫܬܠܡ ܠܝܗܘܕܝܐ܂ ܝܘܣܦ ܟܕ ܙܒܢܘܗܝ ܠܐ ܝܗܒ ܦܬܓܡ ܠܐܚܘܗܝ܂ ܘܝܫܘܥ ܠܐ ܡܠܠ ܘܝܗܒ ܦܬܓܡܐ ܠܕܝܢܐ ܕܕܢܘܗܝ܂ ܝܘܣܦ ܒܥܘܠܐ ܐܫܠܡܗ ܡܪܗ ܠܒܝܬ ܐܣܝܪܐ܂ ܘܝܫܘܥ ܒܥܘܠܐ ܚܝܒܘܗܝ ܒܢܝ ܥܡܗ܂ ܝܘܣܦ ܐܫܒܩ ܬܪܝܢ ܠܒܘܫܘܗܝ܂ ܚܕ ܠܐܚܘܗܝ ܘܚܕ ܠܐܢܬܬ ܡܪܗ܂ ܘܝܫܘܥ ܐܫܒܩ ܠܒܘܫܘܗܝ ܘܦܠܓܘ ܐܢܘܢ ܒܝܢܬܗܘܢ ܐܣܛܪܛܝܘܛܐ܂ ܝܘܣܦ ܒܪ ܬܠܬܝܢ ܫܢܝܢ ܩܡ ܩܕܡ ܦܪܥܘܢ ܘܗܘܐ ܡܪܐ ܠܡܨܪܝܢ܂ ܘܝܫܘܥ ܐܝܟ ܒܪ ܫܢܝܢ ܬܠܬܝܢ ܐܬܐ ܠܝܘܪܕܢܢ ܕܢܥܡܕ ܘܩܒܠ ܪܘܚܐ ܘܢܦܩ ܠܡܟܪܙܘ܂ ܝܘܣܦ ܦܪܢܣ

AB. — 13 A ܠܡܨܪܝܢ. 17 B ܠܕܝܢܐ. — 22 A ܒܝܢܬܗܘܢ ܐܣܛܪܛܝܘܛܐ.

[1] Luc. III. 23.

ܠܡܨܪܝܐ ܒܠܚܡܐ: ܘܝܫܘܥ ܦܪܢܣ ܠܥܠܡܐ ܟܠܗ ܡܢ ܠܚܡܗ ܕܚܝܐ. ܝܘܣܦ ܢܣܒ ܒܪܬܐ ܕܟܘܡܪܐ ܥܘܠܐ ܘܛܢܦܐ: ܘܝܫܘܥ ܩܪܒ ܠܘܬܗ ܥܕܬܐ ܡܢ ܥܡܡܐ ܛܢܦܐ. ܝܘܣܦ ܡܝܬ ܘܐܬܩܒܪ ܒܡܨܪܝܢ: ܘܝܫܘܥ ܡܝܬ ܘܐܬܩܒܪ ܒܐܘܪܫܠܡ. ܝܘܣܦ ܐܣܩܘ ܐܚܘܗܝ ܓܪܡܘܗܝ ܡܢ ܡܨܪܝܢ: ܘܝܫܘܥ ܐܩܝܡܗ ܐܒܘܗܝ ܡܢ ܒܝܬ ܡܝܬܐ: ܘܐܣܩ ܦܓܪܗ ܥܡܗ ܠܫܡܝܐ ܟܕ ܠܐ ܡܚܒܠ܀

ܘܐܦ ܡܘܫܐ ܪܕܝܦܐ ܘܝܫܘܥ ܪܕܝܦܐ. ܡܘܫܐ ܟܕ ܐܬܝܠܕ ܛܫܝܘܗܝ ܕܠܐ ܢܬܩܛܠ ܡܢ ܪܕܘܦܘܗܝ: ܘܝܫܘܥ ܟܕ ܐܬܝܠܕ ܐܥܪܩܘܗܝ ܠܡܨܪܝܢ ܕܠܐ ܢܩܛܠܝܘܗܝ ܗܪܘܕܣ ܪܕܘܦܗ. ܒܝܘܡܝ ܡܘܫܐ ܟܕ ܐܬܝܠܕ ܡܬܚܢܩܝܢ ܗܘܘ ܛܠܝܐ ܒܢܗܪܐ: ܘܒܡܘܠܕܗ ܕܝܫܘܥ ܡܬܩܛܠܝܢ ܛܠܝܐ ܒܒܝܬ ܠܚܡ ܘܒܬܚܘܡܝܗ. ܠܡܘܫܐ ܐܡܪ ܠܗ ܐܠܗܐ: ܕܡܝܬܘ ܠܗܘܢ ܓܒܪܐ ܕܒܥܝܢ ܗܘܘ ܢܦܫܟ: ܘܠܝܘܣܦ ܐܡܪ ܡܠܐܟܐ ܒܡܨܪܝܢ: ܕܩܘܡ ܫܩܘܠ ܠܛܠܝܐ ܘܙܠ ܠܐܪܥܐ ܕܐܝܣܪܝܠ: ܡܛܠ ܕܡܝܬܘ ܠܗܘܢ ܐܝܠܝܢ ܕܒܥܝܢ ܗܘܘ ܢܦܫܗ ܕܛܠܝܐ ܠܡܘܒܕܗ. ܡܘܫܐ ܐܦܩ ܠܥܡܗ ܡܢ ܫܘܥܒܕܗ ܕܦܪܥܘܢ: ܘܝܫܘܥ ܦܪܩ ܟܠܗ ܥܡܡܐ ܡܢ ܫܘܥܒܕܗ ܕܣܛܢܐ. ܡܘܫܐ

seph Aegyptios pane sustentavit; Iesus panem vitae mundo universo dispensavit. Ioseph filiam sacerdotis impii et immundi accepit; Iesus Ecclesiam e gentibus contaminatis sibi adiunxit. Ioseph obiit et sepultus est in Aegypto; Iesus mortuus est et sepultus est in Ierusalem. Ossa Ioseph ex Aegypto detulerunt fratres eius; Iesum autem Pater a mortuis suscitavit, et corpus eius incorruptum secum in caelum adsumpsit.

10. Moyses etiam vexatus est, et Iesus persecutionem sustinuit. Moysem natum occultaverunt, ne a persecutoribus suis interficeretur; Iesum natum fugientes in Aegyptum adduxerunt, ne eum Herodes persecutor eius occideret. Tempore quo Moyses natus est, infantes in flumine suffocabantur; et in nativitate Iesu infantes in Bethleem eiusque confiniis occisi sunt. Moysi dixit Deus : *Mortui sunt viri qui quaerebant animam tuam*[1]; et dixit angelus ad Ioseph in Aegypto : *Surge, et tolle puerum, et vade in terram Israel; defuncti sunt enim ii qui quaerebant animam pueri ut auferrent eam*[2]. Moyses populum suum e servitute Pharaonis eduxit; Iesus omnes gentes a servitio Satanae eripuit. Moyses apud Pharaonem educatus est;

AB] — 2 A ܚܝܐ. — 7 *B* om. ܐܣܩܘܗܝ. — 25 *B* ܠܥܡܡܗ. — 26 A ܫܘܥܒܕܐ.

[1] Ex. IV, 19. — [2] Matth. II, 20.

et Iesus adolevit in Aegypto, cum eum illuc Ioseph profugum abduxisset. Maria stabat super ripam fluminis, Moyse aquis innatante; Maria peperit Iesum, Gabriele angelo ei annuntiante. Quando Moyses agnum immolavit, interfecti sunt Aegyptiorum primogeniti; et quando Iesum, agnum verum, cruci fixerunt, propter eius occisionem populus interfector eius periit. Moyses populo suo manna descendere fecit; Iesus Corpus suum gentibus dedit. Moyses aquas amaras per lignum dulces reddidit; Iesus cruce sua, ligno patibuli sui, amaritudinem nostram mitigavit. Moyses legem populo suo detulit; Iesus mandata sua gentibus dedit. Moyses manuum suarum extensione superavit Amalec; Iesus signo crucis suae satanam devicit. Moyses populo suo eduxit aquam de petra; Iesus misit Simonem Petrum, ut doctrinam suam inter gentes deferret. Moyses velamen auferebat a facie sua, et Deus cum eo loquebatur; Iesus velamen removit a facie gentium, ut audirent et reciperent doctrinam suam. Moyses legatis suis manum imposuit, et sacerdotium susceperunt; Iesus manum imposuit Apostolis suis, et acceperunt Spiritum Sanctum. Moyses montem conscendit, ibique mortuus est; et

ܐܬܪܒܝ ܒܝܬ ܦܪܥܘܢ܆ ܘܝܫܘܥ ܐܬܪܒܝ ܒܡܨܪܝܢ ܟܕ ܐܥܪܩܗ ܝܘܣܦ ܠܬܡܢ. ܡܪܝܡ ܩܡܬ ܥܠ ܣܦܬ ܢܗܪܐ ܟܕ ܛܐܦ ܡܘܫܐ ܒܡܝ̈ܐ܆ ܘܡܪܝܡ ܝܠܕܬ ܠܝܫܘܥ ܟܕ ܣܒܪܗ ܓܒܪܐܝܠ ܡܠܐܟܐ. ܡܘܫܐ ܟܕ ܢܟܣ ܐܡܪܐ ܐܬܩܛܠܘ ܒܘܟܪܝܗܘܢ ܕܡܨܪܝ̈ܐ܆ ܘܝܫܘܥ ܐܡܪܐ ܕܫܪܪܐ ܟܕ ܙܩܦܘܗܝ܆ ܒܩܛܠܗ ܡܝܬ ܥܡܐ ܩܛܘܠܗ. ܡܘܫܐ ܐܚܬ ܡܢܢܐ ܠܥܡܗ܆ ܘܝܫܘܥ ܝܗܒ ܦܓܪܗ ܠܥܡ̈ܡܐ. ܡܘܫܐ ܐܚܠܝ ܡܝ̈ܐ ܡܪ̈ܝܪܐ ܒܩܝܣܐ܆ ܘܝܫܘܥ ܐܚܠܝ ܡܪܝܪܘܬܢ ܒܨܠܝܒܗ ܒܩܝܣܐ ܕܙܩܝܦܗ. ܡܘܫܐ ܐܚܬ ܢܡܘܣܐ ܠܥܡܗ܆ ܘܝܫܘܥ ܝܗܒ ܕܝܬܩ̈ܘܗܝ ܠܥܡ̈ܡܐ. ܡܘܫܐ ܙܟܐ ܠܥܡܠܝܩ ܒܦܫܛ ܐܝܕ̈ܘܗܝ܆ ܘܝܫܘܥ ܙܟܐ ܠܣܛܢܐ ܒܢܝܫܐ ܕܨܠܝܒܗ. ܡܘܫܐ ܐܦܩ ܡܝ̈ܐ ܡܢ ܟܐܦܐ ܠܥܡܗ܆ ܘܝܫܘܥ ܠܫܡܥܘܢ ܟܐܦܐ ܫܕܪܗ ܕܢܫܩܘܠ ܒܝܬ ܥܡ̈ܡܐ ܝܘܠܦܢܗ. ܡܘܫܐ ܫܩܠ ܬܐܣܝܬܐ ܡܢ ܐܦ̈ܘܗܝ ܘܡܡܠܠ ܥܡܗ ܐܠܗܐ܆ ܘܝܫܘܥ ܫܩܠ ܬܐܣܝܬܐ ܡܢ ܐܦ̈ܝܗܘܢ ܕܥܡ̈ܡܐ܆ ܕܢܫܡܥܘܢ ܘܢܩܒܠܘܢ ܝܘܠܦܢܗ. ܡܘܫܐ ܣܡ ܐܝܕܗ ܥܠ ܫܠܝ̈ܚܘܗܝ ܘܩܒܠܘ ܟܗܢܘܬܐ܆ ܘܝܫܘܥ ܣܡ ܐܝܕܗ ܥܠ ܫܠܝ̈ܚܘܗܝ ܘܩܒܠܘ ܪܘܚܐ ܕܩܘܕܫܐ. ܡܘܫܐ ܣܠܩ ܠܛܘܪܐ

AB] — 4 A ܒܡܝ̈ܐ] ܒܢܗܪܐ — 17 B ܒܢܝܫܐ] ܒܢܝܫܗ. — 19 B ܫܕܪ] ܫܕܪܗ. — 24 B ܡܘܫܐ ܣܡ ܐܝܕܗ] ܘܣܡ ܐܝܕ̈ܘܗܝ — 25 B om. ܘܝܫܘܥ ܣܡ ... ܕܩܘܕܫܐ.

ܘܡܚܝܠ ܐܡܪ: ܘܝܫܘܥ ܣܠܩ ܠܫܡܝܐ ܘܝܬܒ ܡܢ ܝܡܝܢܗ ܕܐܒܘܗܝ܀

ܐܦ ܝܫܘܥ ܒܪ ܢܘܢ ܪܕܝܦܐ ܘܝܫܘܥ ܦܪܘܩܢ ܪܕܝܦܐ. ܝܫܘܥ ܒܪ ܢܘܢ ܐܬܪܕܦ ܡܢ ܥܡܡܐ ܛܢܦܐ: ܘܝܫܘܥ ܦܪܘܩܢ ܐܬܪܕܦ ܡܢ ܥܡܐ ܣܟܠܐ. ܝܫܘܥ ܒܪ ܢܘܢ ܫܩܠ ܝܪܬܘܬܐ ܡܢ ܪܕܘܦܘܗܝ ܘܝܗܒܗ ܠܥܡܗ: ܘܝܫܘܥ ܦܪܘܩܢ ܫܩܠ ܝܪܬܘܬܐ ܡܢ ܪܕܘܦܘܗܝ ܘܝܗܒܗ ܠܥܡܡܐ ܢܘܟܪܝܐ. ܝܫܘܥ ܒܪ ܢܘܢ ܐܩܝܡ ܫܡܫܐ ܒܫܡܝܐ ܘܥܒܕ ܢܩܡܬܐ ܡܢ ܥܡܡܐ ܪܕܘܦܘܗܝ: ܘܝܫܘܥ ܦܪܘܩܢ ܐܥܪܒ ܫܡܫܐ ܒܦܠܓܗ ܕܝܘܡܐ ܕܢܒܗܬ ܥܡܐ ܪܕܘܦܐ ܕܨܠܒܗ. ܝܫܘܥ ܒܪ ܢܘܢ ܦܠܓ ܝܪܬܘܬܐ ܠܥܡܗ: ܘܝܫܘܥ ܦܪܘܩܢ ܡܠܟ ܕܢܬܠ ܠܥܡܡܐ ܐܪܥܐ ܕܚܝܐ. ܝܫܘܥ ܒܪ ܢܘܢ ܐܚܝ ܠܪܚܒ ܙܢܝܬܐ: ܘܝܫܘܥ ܦܪܘܩܢ ܟܢܫ ܘܐܚܝ ܥܕܬܐ ܙܢܝܬܐ. ܝܫܘܥ ܒܪ ܢܘܢ ܒܝܘܡܐ ܫܒܝܥܝܐ ܣܚܦ ܘܐܪܡܝ ܫܘܪܝܗ ܕܐܝܪܝܚܘ: ܘܝܫܘܥ ܦܪܘܩܢ ܒܝܘܡܗ ܫܒܝܥܝܐ ܒܫܒܬܐ ܕܢܝܚܗ ܕܐܠܗܐ ܡܫܬܪܐ ܘܢܦܠ ܥܠܡܐ ܗܢܐ. ܝܫܘܥ ܒܪ ܢܘܢ ܪܓܡ ܠܥܟܪ ܕܓܢܒ ܡܢ ܚܪܡܐ: ܘܝܫܘܥ ܦܪܘܩܢ ܦܪܫ ܠܝܗܘܕܐ ܡܢ ܬܠܡܝܕܐ ܚܒܪܘܗܝ ܥܠ ܕܓܢܒ ܡܢ ܟܣܦܐ ܕܡܣܟܢܐ. ܝܫܘܥ ܒܪ ܢܘܢ

Iesus ascendit in caelum, et ad dexteram Patris sui sedit.

11. Etiam Iesus filius Nun persecutionem subiit, et Iesus Salvator noster persecutionem passus est. Iesus filius Nun a gentibus immundis vexatus est; Iesum Salvatorem nostrum persecutus est populus insipiens. Iesus filius Nun hereditatem a persecutoribus suis abstulit; Iesus Salvator noster hereditatem a persecutoribus suis ablatam, gentibus alienis tribuit. Iesus filius Nun solem in caelo inhibuit, et de populis qui eum insequebantur retulit vindictam. Iesus Salvator noster solem occidere fecit in meridie, ut erubesceret populus insectator qui eum cruci fixerat. Iesus filius Nun populo suo divisit hereditatem; Iesus Salvator noster promisit se daturum gentibus terram vitae. Iesus filius Nun Rahab meretricem servavit; Iesus Salvator noster Ecclesiam pollutam congregavit et vivificavit. Iesus filius Nun muros Ierichuntis die septimo conquassavit subvertitque; et die septimo Iesu Salvatoris nostri, in sabbato requietis Dei, mundus iste solvetur et corruet[1]. Iesus filius Nun lapidavit Achan, qui de anathemate furatus erat; Iesus Salvator noster Iudam a discipulis, sociis eius, separavit, quia de pecunia pauperum

AB] — 3 *B* om. ܘܝܫܘܥ. — 4 *B* ܘܦܪܘܩܢ. — 8 *B* om. ܠܥܡܗ. — 14 A ܥܡܐ ܪܕܘܦܗ. — 25 *B* ܦܪܘܫ (sic).

[1] Vid. Praef. § 17. Cf. Hebr. IV, 8.

subripuerat. Moriens Iesus filius Nun, obtestationem fecit populo suo[1]; Iesus Salvator noster, quando est adsumptus, apostolos suos obtestatus est[2].

12. Iephte quoque persecutionem subiit, et Iesus persecutionem passus est. Iephte a fratribus e domo patris sui eiectus est; Iesus a fratribus suis expulsus est et in crucem sublatus. Iephte vexatus dux populi sui exortus est; Iesus vexatus surrexit factusque est Rex gentium. Iephte votum devovit et primogenitam suam in sacrificium obtulit; Iesus Patri suo pro omnibus in sacrificium oblatus est.

13. David quoque persecutionem subiit, et Iesus persecutionem passus est. David a Samuele unctus est, ut loco Saulis, qui peccaverat, rex fieret. Iesus unctus est a Iohanne, ut esset pontifex magnus, loco sacerdotum praevaricatorum legis. David post unctionem suam vexatus est; et Iesus post unctionem suam vexatus est. David super unam tribum tantummodo regnavit prius, ac deinceps super Israel universum; Iesus primum in paucos illos qui in ipsum crediderant regnavit; in fine autem in mundum universum dominabitur. David triginta annos natus a Samuele unctionem accepit; Iesus cum esset

ܟܕ ܡܝܬ ܐܣܗܕ ܣܗܕܘܬܐ ܒܥܡܗ. ܘܝܫܘܥ ܦܪܘܩܢ ܟܕ ܐܣܬܠܩ ܐܣܗܕ ܣܗܕܘܬܐ ܒܫܠܝܚܘܗܝ܀

ܘܐܦ ܝܦܬܚ ܪܕܝܦܐ ܘܝܫܘܥ ܪܕܝܦܐ. ܝܦܬܚ ܐܚܘܗܝ ܛܪܕܘܗܝ ܡܢ ܒܝܬ ܐܒܘܗܝ: ܘܝܫܘܥ ܐܚܘܗܝ ܛܪܕܘܗܝ ܘܐܣܩܘܗ ܠܙܩܝܦܐ. ܝܦܬܚ ܪܕܝܦܐ ܩܡ ܪܫܐ ܠܥܡܗ: ܘܝܫܘܥ ܪܕܝܦܐ ܩܡ ܘܗܘܐ ܡܠܟܐ ܠܥܡܡܐ: ܝܦܬܚ ܢܕܪ ܢܕܪܐ ܘܐܣܩ ܒܪܬܗ ܝܚܝܕܝܬܗ ܩܘܪܒܢܐ: ܘܝܫܘܥ ܩܪܒ ܩܘܪܒܢܐ ܠܐܒܘܗܝ ܚܠܦ ܟܠܗܘܢ ܥܡܡܐ܀

ܘܐܦ ܕܘܝܕ ܪܕܝܦܐ ܘܝܫܘܥ ܪܕܝܦܐ. ܕܘܝܕ ܐܬܡܫܚ ܡܢ ܫܡܘܐܝܠ ܕܢܗܘܐ ܡܠܟܐ ܚܠܦ ܫܐܘܠ ܕܣܟܠ: ܘܝܫܘܥ ܐܬܡܫܚ ܡܢ ܝܘܚܢܢ ܕܢܗܘܐ ܟܗܢܐ ܪܒܐ ܚܠܦ ܟܗܢܐ ܥܒܪܝ ܢܡܘܣܐ. ܕܘܝܕ ܐܬܪܕܦ ܡܢ ܒܬܪ ܡܫܝܚܘܬܗ: ܘܝܫܘܥ ܐܬܪܕܦ ܡܢ ܒܬܪ ܡܫܝܚܘܬܗ. ܕܘܝܕ ܐܡܠܟ ܠܘܩܕܡ ܥܠ ܚܕ ܫܒܛܐ ܒܠܚܘܕ ܘܡܢ ܒܬܪܟܢ ܥܠ ܟܠܗ ܐܝܣܪܝܠ: ܘܝܫܘܥ ܐܡܠܟ ܡܢ ܩܕܝܡ ܥܠ ܙܥܘܪܐ ܕܗܝܡܢܘ ܒܗ: ܘܒܚܪܬܐ ܡܡܠܟ ܥܠ ܟܠܗ ܥܠܡܐ. ܕܘܝܕ ܒܪ ܬܠܬܝܢ ܫܢܝܢ ܡܫܚܗ ܫܡܘܐܝܠ:

AB] — 5 B *persecuti sunt* ܛܪ̈ܕܘܗܝ [ܛܪܕܘܗܝ. — 9 A om. ܗܘ. — *Ib.* A ܗܘܐ — 14 A ܗܘܐ [ܢܗܘܐ.

[1] Ios. XXIV, 22, seqq. — [2] Cf. Marc. XVI, 14. Matth. XXVIII, 18, seqq. Tatian. LV, p. 98.

